


13
7 E
33



LEGALIS
ANDROGYNVS
SIVE TRACTATVS
DE PRIVILEGIIS MVLIERVM
QVINQVE CAPITA, ET TREDECIM SPECIALIA CONTINENS,

In quibus latè differitur, nempè

In primo Capite, De priuilegijs Mulierum, circa Personam. In secundo, circa Honorem, & Dignitatem. In tertio, circa Statū, & Conditionem. In quarto, circa Actiones, Negotiationes, & Contractus. Et in quinto, circa Bona.

ET

In primo Speciale. De Mulieribus Impuberibus. In secundo. De Adultis. In tertio. De Virginibus. In quarto. De Vxoratis. In quinto. De Sponsis. In sexto de Viduis. In septimo, De Solutis. In octauo. De Secularibus. In nono. De Religiosis. In decimo. De Legitimis. In decimoprimo. De Matre. In decimosecundo. De Nouerca. Et in decimotertio. De Hermaphrodito.

OPVS NOVVM

Quamplurimarum legum Communium, & Municipalium dispositionibus, DD. Authoritatibus, recentissimisq; sententijs fulcitum, non minus necessarium, quam vtile in vtroq; iure versantibus, nunc primum Typis traditum

AB V. I. D.

D. CAROLO ROTA

PANDECTARVM EXPOSITORE IN PVBLICIS PARTHENOPEIS Studijs, & in Regijs Tribunalibus Causarum Patrono.

Cum amplissimo Indice, Verborum, & Rerum omnium, quæ in Tractatu continentur.



NEAPOLI, Typis Io: Francisci Paci M. DC. LXV.)(Superiorum licentia.
Sumptibus Iacobi Antonij Bagnoli.

PRÆFATIONES
AD TRACTATVM.



MVlierum priuilegia quamplurima sunt, & versantur circa personam, circa honores, & dignitates, circa statum, & conditionem, & circa actiones, negotiationes, & contractus, & circa res, & bona, à dignioribus quidem incipere fas est, idest à persona, *l. iustissimè* 44. *in princ. ff. de ædil. edicto, l.* 2. *ff. de statu hominum*, vt deinde ad inferiora, nempè ad bona deueniatur, & laudabilis ordo gradatim seruetur; etenim quæ ordine carent, confusione abundant, §. *inordinatum*, vbi *glos. vers. confusum*, *auth. de hæred. & falcid.* quod, vt in præsenti cõpositione euanescat, & ordinatè procedatur suis præfationibus vtar, vt auspice Deo optimum finem experiar.

Et vt paulatim tractatum hunc intelligentium auribus differam ab huius mulieris, de cuius priuilegijs agitur descriptione incipiendo, puto, cum non possit fundamentalitèr definiri; omnis enim definitio est in iure periculosa; *l omnis definitio* 204. *ff. de regul. iur.* licèt dixerit *Pugn. ad pragm.* 4. *de fals. num.* 26. quod omnis res, de qua agitur à definitione debet proficisci, nam haud valet semper validè adaptari; & si non potest definiri, debet descriptionis virgula designari, vt aliquid ostendat, & significet omni meliori modo, argumento *tex. in l.* 3. *ff. de milit. testam.* Est igitur mulier Virago creata à Deo ex ossibus Adæ ad hominis adiutorium; & ratione fulcitur, dum dicitur Virago ad differentiã viri, cum non sit propriè vir, sed viro cohærens, *Cassan. ad consuetud. Burgun. Rub.* 4. *n.* 18. Ex ossibus Adæ ad differentiam hominis, qui denominatur ab humo, idest à concordia, *Alciat. in l. hominis appellatione* 152. *ff. de verb. signif.* Ad hominis adiutoriũ ad indicandũ necessitatẽ fæminæ ad progeniẽ, nam sine ea non daretur generatio, est adiutoriũ passiuè ad coeundum, vt ex semine fructus exeat; & in hoc sunt duo in carne vna, vt omne habetur ex *Genes. cap.* 2. *Paul. Apost.* 1. *Cor. cap.* 11. *lit. E. & c. nuptiar.* 41. 27. *q.* 1.

Et postmodùm; dicta, Mulier, vt etymologiam enarrem à mollitie, & secundum *Varro.* si detraherentur certæ litteræ ab hac etymologia, formatur mollier; vt aduertit *Alciat. in l. mulieris appellatione* 13. *supra citato tit. & lib.* 4. *eod. fol.* 204. sicut ècontra vir à vi, .i. virtute dicitur per *Tiraquell. ad l.* 1. *connub. n.* 55. *fol.* 10. & licèt in stricta significatione sub mulieris nomine, corrupta tantùm comprehendatur, & possit extendi ad Virginem viri potentem, *dict. l. mulieris appellatione* 13. *Ludouis. decis.* 516. *num.* 1. tamen latiori vocabulo, quælibet huius sexus connumeratur, vt ex sententia *Pomponij lib.* 22. docet *tex. in l. argumento* 27. §. *muliebri*, vbi *glos. vers. faminini ff. de auro, & argento legato*, ibi: *Mulieres enim omnes dici, quæcumq; sexus faminini sunt. Thor. tom.* 2. *compend. decis. vers. Restitutio in integrum fol.* 601.

Dixi de mulierum priuilegijs, & non fęminarum in Titulo, quia fæmina est nomen improprium mulieribus, cum genericum sit, & amplectatur, non solum mulieres, sed etiam brutos, plantas, & herbas, dum inter herbas datur, vt videmus in allio, masculus, & fæmina, inter plantas, vt in palma mas, & fæmina, & inter reliqua animalia omnia, mas, & fęmina ad conseruandum, & perpetuandum eorum genimina; & propterea non de improprijs, speciebus tractandum est, vt magis earum facta clarescant, & error in titulo euitetur.

Et

Et dum de priuilegijs agitur, ne huius nominis significatum, & etymologiam ignoremus. Priuilegium dicimus esse ius speciale extra iuris communis regulas à publica potestatem particularibus indultum, vt colligitur ex *cap. priuilegia 3. dist. 3. Abb. Dec. & alijs in rubr. extra de consuetud. lib. 1. & Peregrin. de iure fisci tit. 2. lib. 1. n. 16.* licèt *Vanderam. de priuil. credit. cap. 2.* aliam dare definitionem conetur, & dicitur priuilegium, quasi priuans legem, vel priuata lex, *de Franch. decis. 544. n. 16. & 17.* dum generalis, siuè vniuersalis Iuris communis dispositio cessat respectû personæ priuilegiatæ, cum sit exempta, & immunis ab eo, quod omnes tangit, quod cunctos ligat ob specialem concessionis gratiam, *dict. cap. priuilegia glos. 25. quæst. 2. & Abb. in cap olim. 16. n. 7. de verbor. signific.* & propterea allegan̄ti priuilegium non est credendum, nisi de priuilegio doceat, ità idem *Abb. in cap. porro n. 1. de priuilegijs fol. 178.* & aliud est personale, & aliud reale, aliud quod datur à lege, aliud quod conceditur à Principe, vt per *Vanderanum d. cap. 2.* & hæc licèt pauca, sufficere possunt ad nominis priuilegij intelligentiam, vt breuitate vtamur.




COMMENDATORIA

Ad Gloriosissimam Deiparam semper Virginem.

VT Vniuersus Orbis me tuum minimum, ac indignum seruum cognoscat, te in principio huius operis humiliter veneror, & confiteor, te solam in cunctis meis egestatibus sedulam patronam habuisse: Et cum tot sis ob tua merita decorata priuilegijs in aula Sanctissimæ Trinitatis, tibi parientis in Mundo Saluatorem ad humanam salutem, & ad animarũ saluationem, abortum inscitiæ meæ, dum de Priuilegijs Mulierum tractat, quarum es peculiaris Aduocata, cum eorum sexus simplex, ac deuotus sit, reuerentèr dico, vt sub tuo sanctissimo, ac certo Præsidio fælicitatem experiatur, quod sit proficuus ad iustitiam, per quam hominum regitur natura, & dirigitur ad gloriam, nec non ad publicum commodum enucleatus, cum absit à me omne aliud ostentationis consilium: Dignare igitur Domina mea, pro nunc istam acceptare oblationem in vita, vt viuat semper in me protectio tua, & in morte meam in sinu virgineo suscipere animam, vt perennam tui filij fruitionẽ animo intuear. Amen.

Et dum de priuilegijs agitur, ne huius nominis significatum, & etymologiam ignoremus. Priuilegium dicimus esse ius speciale extra iuris communis regulas à publica potestatem particularibus indultum, vt colligitur ex *cap. priuilegia 3. dist. 3. Abb. Dec. & alijs in rubr. extra de consuetud. lib. 1. & Peregrin. de iure fisci tit. 2. lib. 1. n. 16.* licèt *Vanderan. de priuil. credit. cap. 2.* aliam dare definitionem conetur, & dicitur priuilegium, quasi priuans legem, vel priuata lex, *de Franch. decis.* 544. *n.* 16. & 17. dum generalis, siuè vniuersalis Iuris communis dispositio cessat respectu personæ priuilegiatæ, cum sit exempta, & immunis ab eo, quod omnes tangit, quod cunctos ligat ob specialem concessionis gratiam, *dict. cap. priuilegia glos. 25. quæst. 2. & Abb. in cap. olim. 16. n. 7. de verbor. signific.* & proptereà alleganti priuilegium non est credendum, nisi de priuilegio doceat, ità idem *Abb. in cap. porro n. 1. de priuilegijs fol. 178.* & aliud est personale, & aliud reale, aliud quod datur à lege, aliud quod conceditur à Principe, vt per *Vanderanum d. cap.* 2. & hæc licèt pauca, sufficere possunt ad nominis priuilegij intelligentiam, vt breuitate vtamur.





COMMENDATORIA

Ad Gloriosissimam Deiparam semper Virginem.

VT Vniuersus Orbis me tuum minimum, ac indignum seruum cognoscat,te in principio huius operis humilitèr veneror, & confiteor, te solam in cunctis meis egestatibus sedulam patronam habuisse: Et cum tot sis ob tua merita decorata priuilegijs in aula Sanctissimæ Trinitatis, tibi parientis in Mundo Saluatorem ad humanam salutem,& ad animarū saluationem, abortum inscitiæ meæ, dum de Priuilegijs Mulierum tractat, quarum es peculiaris Aduocata, cum eorum sexus simplex,ac deuotus sit, reuerentèr dico, vt sub tuo sanctissimo, ac certo Præsidio fælicitatem experiatur,quod sit proficuus ad iustitiam,per quam hominum regitur natura, & dirigitur ad gloriam, nec non ad publicum commodum enucleatus, cum absit à me omne aliud ostentationis consilium: Dignare igitur Domina mea, pro nunc istam acceptare oblationem in vita, vt viuat semper in me protectio tua,& in morte meam in sinu virgineo suscipere animam,vt perennam tui filij fruitionē animo intuear. Amen.

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. DIDACO SORIA MORALES, ET TORRES

Regio Sanctæ Claræ Consiliario Meritissimo, ac M. C. V. Proregenti Vigilantissimo

S. P. D.

V. I. D. CAROLVS ROTA.



Onstituuntur arces ad publicum præsidium, & in verticibus vrbium, vt vrbes tueantur, & inimicos arceant, àc simul, & Inuidos, ita reperta sapientia ad præsidium, cuiq; adhærentis sibi, atq; fidentis, tãtùm cum ei supersit gloria, vt commune quoddam Deorum immortalium bonum esse credatur, cui igitur adhærere possũ ego, si præcelsæ sapiẽtiæ tuæ, Obseruandissime Domine, non adherebo? dùm ipsa fert pacis temporibus leges, in Bello victoriam præbet, ipsa sola diuinitatis proximè exprimit similitudinem, sola velut Deus futura prospicit; quis velit ergo ipsi rem fortiorem comparare? vt igitur securus viuam, & tractatus, quem in lucem edere cẽsui DE PRIVILEGIIS MVLIERVM, *ob publicum vniuersale commodum, non erubeat comparere, cum tibi obseruantèr offero, tanquam fructum tui beneficij, ornato omnium scientiarum cumulò; vndè ideò vultu sereno es, morum simplex, grauis in sermone, grauidus in cogitationibus, maturus in Consilijs, fidus in promissis, non blandiloquus, tibimet ipsi similis semper, clarisq; radijs innatis tibi coruscans: vndè quid mirum, si Pax, & iustitia virtutis duces te comitantur assiduè, & in tuo adsunt comitatu labor, & tolerantia virtutis præcursores modestia; & decus metipsius Ancillæ, & tandem iucunditas, & securitas sociæ: vndè heroica Magnanimitas tua, non nisi à propria oritur virtute, quæ te reddit amabilem, vt oculis etiam offeras, & pietatem cum proximo, vt adhibeas, estq; tua virtus honorum summorum reclamatio, àc fidum vaticinium, qua ratione Catholica Maiestas te ad summum munus S. Claræ Consiliaratus elegit, videns iam quod ita viuis, vt alijs prosis, atq; vniuersis vtiliora prouideas, quodq; tua cum sufficientia deuincis cunctos ad legum obseruantiam, quod ciuium controuersias pacas, effectum causis das, mulieres veneraris, beneuolentiã inter subditos Regis substẽtas: à metipsa Maiestate Catholica alter Antipatrus existimaris, qui non tibi, sed sẽper ipsi acquiris, ad sũmos Aulæ suæ gradus te conducere censet, & eò magis cum in te Scipionis integritatem,*

Pompeij dulcedinem cognouisset regnantes, & super omnia Octauiani fortunam; quia cuncta prospera Deum colẽtibus eueniunt, & aduersa spernentibus: cedant igitur præclaris gestibus tuis inflatas Archimedes, tamquam Chrystallini Cæli sui inuentor, Orpheus Lyræ machinator, Lacedemones, qui ancipites repererunt mucrones, Midias Loricæ, Persius Iaculorum. Liberius stemmatum, Cadmus auri, & Cheennis pyramidum, quoniam gloriosior es tu virtutum omnium possessor, qui eloquenti, atque affabili sermone tuo pluis mãnam, & nectar stillas; & quia casus, & experientia plus his Excellentissimis huius Regni Proregibus aperierunt, quod tua sola integritas, atque animi prudẽtia valuisset prouinciarum occurrere inuasionibus ex maximo exulum abundanti numero, te ipsis præfecerũt, vt malos extirpares, bonis statum quietis statueres, atq; calamitatibus prospiceres: & nouissimè Inclytus, & Oculatus Pignoranda modò vices summi nostri Monarcæ gerens pro Reipub. vtilitate, satis vigilans, atque sollicitus, cupiens tanquam Religiosus Princeps Regiæ huic Parthenopi, totiq; Regno consulere, vt per Iustitiam cuiq; ius suum redderetur de per te gestis edoctus inter Iustitiæ addictos, te elegit in Præfectum pretoriũ vigilem, teq; præfecit languentis Astreæ Tribunali, atq; regimini pro subditorum Catholici pace, & vbertate, nàm vbi est Iustiia, ibi viget abundantia, & pax, quam electionem, non est, qui non plaudat, & animo læto nõ dicat. Viuat diù, qui te præfecit, etenim sub regimine tuo perspicietur, quod quisq; suo debet esse contentus, & indebitum nõ prætendere, omnibus cum sis præsidium, nùnc, neq; orphani, neq; pupilli, neq; insõtes, neq; miserabiles calumniã patiẽtur, cum adsit qui ipsi consulet, eos protegat, atq; tueatur, poterunt enim liberè oppressi ad tuæ pietatis vexillum confugere, dum omnium auxiliator, & protector es: Adesto proindè precor mihi fautor, meisq; euigilatis laboribus defensor Iustus, nè infidæ linguæ subiaceam, quę mordet susurrans transfigit, quamuis inuisam transuolueret spiculam, quæ semper modellis nouis descerpit, quæ facilè labitur ad detractandum, & modus non reperitur, vt reprimatur, quę merit rixas, ornamenta aspectabilissima luminarum actionum cõcultat, absentibus nõ parcens, præsentibus nocens, & sic remigans in legum Oceano, tutus ero, in tali tuto portu me protecturo, mulieresq; etiam rogantes te, vt Iuribus suis patrocineris, tamquam Eques ipsarum tutelaris, cõfisarum insignibus gloriosis tuis ostendentibus, te malle mori, quàm fœdari, Rotaq; mea, ligno terete tuo, munita, non timebit, ne moueretur, dùm in cardine valdè valido rotari videatur, & ansex quisq; ex ansere esse te coram, contentus erit. Vale igitur, vt pro nobis velox sèmper valeas, & vallus contra nostros hostes esses, cum sit tibi potestas, vt argiuos etiam exarmare possis.

D LECTORES

HErmaphroditum à natura produci experientia docet, qui alio vocabulo Androgynus nominatur,tanquam primus, ita cognitus, & nihil aliud est,nisi verè grammaticus homo, licèt aliquando legalis quoque esse possit,dum hominis appellatione regularitèr mulier continetur, vt in *l.hominis appellatione* 152.*ff.de verbor.signific.Bart.in l.1.num.2. ff. eod.* sed non ècontra, vt *Regens Sanfelic. decis.* 358. *numer.* 78. itaque hermaphroditus mas,& fæmina est,talis quidem, & habet vtramque naturam,& multoties in vna magis,quam in altera prævalet, ac secundum fabularios poetas originem traxit ex Veneris, & Mercurij concubitu, & ex ipsis filius natus Androgynus fuit nuncupatus .i. masculus,& fæmina; qui maior factus cum in cuiusdam fontis aquas introisset; ibi eum inuasit quædam nimpha salmaticis,adeò eius amore capta: quod ne amplius ab eo separaretur, dū fraudolētèr post vepres latens nudum in aquis apphendit,ex quo blanditijs haùd potuit constantē iuuenem secum coinquinare, & quasi eius fortitudine animi delusa,ne de hoc se iactaret,vel forsā perpetuò eius amore gaudere maluisset:superos exorauit,vt in vnum corpus coalucrent, & sic,exaudita illicò euenit, imò fons tanquam operis causa fuit dotatus, vt qui in eum intrarent,in vnum corpus redigerentur, & fuit priuilegium mulierum mulieris præcibus imperratum;rationabilitèr igitur tractatum hunc *Legalem Hermaphroditum* appellaui, etenim sicut androgynus vtramque naturam habet; ità mulier vtrumque gradum in iure retinet,fauoris .f.& calamitatis:Est in multis,quampluribus prærogatiuis decorata,& in diuersis casibus multis grauata oneribus; putarem, nisi obiurgarer, quod tanquam hermaphroditus quicquid habet boni, è Mercurij eloquentia euenit, quidquid mali è Veneris impudica fragilitate reportat. Si nomen igitur debet esse consequens rei,*§.est,& aliud genus inter viuos instit. de donat.* meritò tractatus iste nomen *Androgyni* sibi adscribit, dum, & pro, & contra mulieres coaceruat sanctiones,& decreta,vt ex opere experire poteritis, & interim dilectissimi,quod has meas vobis lucubrationes deferro sub nouo adhuc typis non dato titulo, vbi nisi omnia noua erunt, cum nil sit sub sole nouum,nec dictum,quod non sit prius dictum,vt *Eccles.*1.spero quod saltim nouitatem sapient,omne per æuum valete.

AD EOSDEM.

DEbebat similitèr iste legalis Androgynus mei Ingenioli abortus, qui hominem imperfectũ designat, imperfectionem experiri, vt effectus nomini operis responderet, & principio meę aduersę fortunę, infortuniorũ finis, ineptæ compositioni (vt quæ tenebris digna sunt, igni commendarentur) comitari tot errata, quæ in tanta sunt copia, quod vnum faciunt in omnibus errorem, at hoc temporis ægestati adscribendum est, cum popularis per contagium Vrbibus in hoc Regno, & deperdita prudentum, ac sapientum memoria, necesse est ex necessitudine virtutem facere; per quinq; hypographorum manus hæc editio transiuit, quorum principalis fuit quidam Siculus, adeò indignus, qui postquam 60. folia impressit subtractis 300. voluminibus fugam Romam arripuit, vndè non nisi 230. penès me ramanserunt libri, quos deinde omni meliori, quo potui modo resarcire in reliquis foliis curaui; vndè possum dicere, quod qui habet sibi fatum inimicum, omnia sequuntur aduersa, qui fauorabile, cuncta secunda, propterea nõ dũ errata literarum noscuntur, verum etiam multi falsi sensus in opere leguntur, sint mihi testes specialium errores à fol. 212. ad fol. 215. vbi quintũ speciale fuit positum pro sexto à fol. 269. ad 270. vbi speciale. 8 fuit positum pro. 7. & à fol. 271. ad fol. 289. vbi speciale 9. fuit positum pro 8. à fol. 290. ad fol. 301. vbi speciale 10. fuit appositum pro 9. sint mihi testes principia capitum, dum caput 5-est de Priuilegiis circa bona, & à fol. 381. vsq; ad finē libri, legitur circa negotiationes, & contractus, & tandē sint mihi testes numeri foliorũ à fol. 251. vsq; ad fol. 269. relictis aliis consimilibus, qui falsissimi sunt, vnde sumpto à maioritate rationis argumento; si tot errata noscuntur in his indicatis de frontespitio, quæ sine numero esse poterunt in toto corpore tractatus, barbara impræssa verba? in tot infortunijs, sum miseratione dignus, & vestram humanitatem, atque solertiam spero in opere esse inseruituras pro clypeo non pro iaculo, & si infortunati fuerunt in omnibus labores isti, in hoc erunt fælices, quod peruenient ad tot Argos, ad tot Aristides, qui oculatata prudentia seligendo verum à falso, & secernendo album à nigro, commiserando præsentaneis calamitatibus, rutilante virtutis Apolline, censorum fugabuntur noctulę, cum inscitiæ sit inimica virtus.

AD AVCTOREM

BLASII CVSANO V.I.D.

EPIGRAMMA.

Terrarum tenebras fugiens, Astræa reliquit,
Clarior Arctoo conspicienda Polo.
Mox neuiter properans, imum remeauit in Orbem;
Cum tuus effulsit doctus in Orbe nitor.
Cur Dea sic vltrò, Stellis, Phœboq; coruscas,
Cælestes voluit deseruisse rotas?
Nimirum: Æthereo Legum fulgore micantem,
Te quoq; Cælestem censuit esse ROTAM.

DOMINVS CAROLVS ROTA

ANAGRAMMA PVRVM.

IVS Clarum odor sonat.

Non dandi Iuri Ius, scribit Iura suorum
At potius pateant lucidiora viris,
Est Deitatis opus mortali tradere leges
Quid valet in terris? quid sine lege? nihil.
Sub pedibus Fortuna tenet, sine pondere pondus
Sed sua Fortunam pondere ROTA tenet.
Hunc ODOR ipse sonat, Ius CLARVM temporis æuo,
Si fors. mortalis, ROTA sit, vsque sua.

D. Paulus Orontius Nucci
Altamur. Acad. Fur.
D. D. D.

APPROBATIONES

Al Signor Canonico Giannettasio.

Gregorio Peccerillo Vicario Generale.

Ioseph Giannettasius Canonicus Deputatus vidit.

IMPRIMATVR.

Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis.

ILLVSTRISSIMO, ET ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

IL Dottor Carlo Rota, dice à V. E. come desidera mandare alle Stampe alcune sue fatighe sotto titolo de Priuilegijs Mulierum, la supplica perciò ordinare, che si riuedano à chi comandarà, che lo riceuerà à gratia, vt Deus, &c.

Reuerendus D. Thomas Tironus videat, & referat in scriptis.

Galeota Reg. Muscetola Reg. Vlloa Reg. Nauarrus Reg.

Prouisum per S.E. Neap. die 27. Nouembris 1661.

Lombardus.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

CAroli Rota Iurisconsulti Clarissimi, Tractatum de Priuilegijs Mulierum, vidi sic Excellentia Vestra iubente, nihil reperi Regiæ Iurisdictioni aduersum, sed immò laudanda est Authoris sapientia, in legali scientia, bonarum litterarum eruditio, & methodus scribendi clara & vtilis, qua propter dignabitur Excellentia vestra mandare, quod imprimatur. Neap. 15. Decembris 1661.

Excellentiæ Vestræ


Seruus Deditissimus.
Doctor Io: Thomas Tironus.

Visa supradicta relatione Imprimatur, & in publicatione seruetur Reg. Pragm.

Galeota Reg. Muscetula Reg. Vlloa Reg. Nauarrus Reg.

Prouisum per S.E. Neap. die 15. Mensis Decembris 1662.

Clauelli.



DE PRIVILEGIIS MVLIERVM.

SVMMO EMOLVMENTO REBVS PVBLICIS

Nuperus Tractatus non minùs Tyronibus, quàm Veteranis vtriusque Fori Togatis Militibus proficuus, atque necessarius.

INTERPELLATIS VIGILIIS ENVCLEATVS,

PER

V.I.D.D. CAROLVM ROTA

IN PARTHENOPÆIS PVBLICIS SCHOLIS

PANDECTARVM INTERPETREM,

AC IN REGIIS TRIBVNALIBVS

CAVSARVM PATRONVM.



S V M M A R I V M.

1 *MVlieres Ammazonæ, & aliæ bellantes referuntur.*
..*Bellona soror Martis est.*
..*Valasca in Boemia quid fecit, & quid Omphalem in Lidia.*

2 *Mulieres nostris temporibus magis composita sunt antiquis.*
.*Auaritia mulierum hodie prudentia est.*

3 *Mulieres, vt probæ sint tantùm linū, & lanā quærant, & alia, vt hic faciant. & num. 72.*

4 *Mulieres in anno 12. pubescunt, homines in anno 14.*

5 *Tutor, & balius quando tales esse desinant?*

6 *Mulier si ante 12. annos nubat, exit à potestate tutoris, cum transeat in illam viri.*
..*Duplici onere nemo grauandus.*

7 *Mulier quando possit testari, & quādo masculus,*
..*Minor etas in muliere in legato alimentorum cōsideratur vsque ad annum*

annum decimumquartum.

8 Sterilitas in mulieribus olim erat opprobrium.

..Omne simile appetit sibi similem.

9 Fecunditas mulierum est in solatium nuptiarum.

..Mulier est gloria, & corona viri.

10 Vir caput est mulieris.

11 Matrimonium est magnum Sacramentum, & quare denominetur à muliere?

12 Mulierum maximum onus est educare filios, & durat usque ad triennium.

13 Mulieres lactantes non tenentur ad ieiunium, & pregnantes ampliorem habent licentiam.

14 Pater tenetur alere filium, dummodo non sit pauper, quo in casu mater tenetur, si diuitijs abundet.

..Non entis nullę sunt partes.

..Mulier serua lactat filios, & quare?

15 Mulier inhonesta poterit, & castigari, & repudiari à viro, & à superioribus excommunicari.

..Vir ob adulterium mulieris lucratur dotem. Imò, & paraphernalia. Sed quando limitatur num. 19. & ipsa detrudetur in Monasterium.

..Vxor ob viri adulterium potest petere dotem, & tori separationem.

..Maritus non debet adulterare vxorem.

16 Adulter non potest ducere adulteram in vxorē, nec eam instituere hęredē, sed potius succedit fiscus.

17 Repudiata una vxore, non potest ea viuente aliam ducere, & vxor non aliam, etiam viro mortuo. num. 18.

..Tori separatio non intelligitur quoad Sacramentum sed quoad consortium.

..Tori separatio potest dari, etiam ex simplici confessione mulieris dicentis, adulterasse.

18 Mulieri asserenti, maritum esse impotentem quando credatur, & quando vir circa hoc maiorem fidem in contrarium faciat.

..Tori separatio si ciuiliter proponatur etiam per procuratorem peti potest.

..Mulier adultera non potest amplius virū ducere, si suo adulterio matrimonium separetur, sed maritus sic.

19 Tori separatio nō potest peti per maritū adulterum, si de adulterio voluerit mulierem accusare.

..Maritus nō lucratur dotem, si criminaliter agat contra mulierē, vel eam interficiat, secus si ciuiliter petendo tori separationem.

20 Matrimoniū separatum ob adulterium mulieris, si inde vir adulteretur ex eius delicto, reintegrabitur.

21 Maritus si steterit cum vxore adultera, videtur ei remittere pœnam, imò poterit dici leno.

..Vxor accusata de adulterio per virum, quomodo possit se defendere.

..Quando detrudenda in monasterium? & si postquam detrusa est, an repetiti possit per virum?

22 Adulteriū an dici possit, si sponsa sponsi fregerit fidem?

..Sponsa non potest alienare rē promissam in dote.

..Sponsa per osculum lucratur medietatem donationis propter nuptias.

..Vxoris appellatione an veniat sponsa?

..Vidua si bona sit, adhuc dicitur nupta post obitum viri. & num. 43.

..Tori separatio ex quibus detur remissiue, & num. 32.

23 Diuortium per matrem peti non potest pro parte filij, sed benè per patrem, dummodò non sit emancipatus.

24 Matrimonium requirit consensum coniugatorū, qui essentialissimus est.

..Dos nō est de essentia matrimonij.

25 Intentio & voluntas ministri requiritur in Sacramentis conficiendis.

..Vnumquodque soluitur modo quo ligatum est.

26 Pater non potest reconciliare filium cum vxore, si eam renunciauit.

27 Matrimonium non potest dirimi ex sola voluntate coniugum, sed causa cognita, mediante Iudicis Ecclesiastici decreto.

decreto. Sed quomodo, & quando hoc limitetur.

..Adulterium quando sit mixti fori.

..Cardinalis Piattus Milanensis vxorē habebat, sed in clausura, qui quomodo Cardinalatus dignitatem obtineret, demonstratur.

Sola vxoris velantas, quando sufficit ad faciendum diuortium.

28 *Maritus si absque consensu vxoris monachus fiat in statu eo, quod reuertatur, redire debet, & ita vxor si fiat monialis instante viro cum omnibus bonis in monasterium delatis.*

29 *Matrimoniū indiuiduam vitae consuetudinem cōtinere debet, alias indaicum putatur, & num. 30.*

..Rex Assuerus dimissa vxore Vasthe, duxit aliā Hester, quod hodie damnatum est per legem euangelicā.

..Mulieres quomodo se segregent à viris in canobijs, enarratur casus.

30 *Matrimoniū animo debet contrahi, vt indiuisibile sit, & solùm morte separetur.*

..Vxorem non quarat, qui non habet animum firmum pro sustentatione oneris matrimonialis.

..Vxorati si viuant, vt decet, multa commoda experiuntur.

31 *Repudij pœna qua sit, si perueniat ex parte vxoris, & qua ex parte viri. Et qd restituere teneatur dissolutus.*

32 *Matrimonium non est dirimendum ex quauis leui causa.*

..Dirimitur si vir post nuptias, hermaphroditus appareat, & nullum declarabitur.

..Mulier per tori separationē quādo vidua censenda sit.

..Monialis professa si hermaphroditus detegatur, annullatur professio.

33 *Sponsa an post sponsalia si sponsus renuerit eam ducere, possit nouas nuptias contrahere?*

..Mulieres olim poterant denuò nubere si post certum tempus hic statutum de viro viuum esse non habebant scientiam, hodie verò alias seruatur.

34 *Adulterium est, si vxor secundo nubat viuente primo viro, & adulterij pœna subest.*

35 *Viuere homo presumitur per spatium centum annorum, nisi contrarium probetur.*

..Probationes qualiter fieri debeāt super morte viri, vt vxor iterum nubere possit remiss.

36 *Filia nupta, an sit in potestate patris, vel viri?*

..Neap. & in Hyspania est liberāta à patria potestate, secùs in Francia; & sub num. 93.

..In Regno Neapolitano alicubi viuitur iure Romano, alicubi iure Longobardo.

37 *Mulier cum nubat, dicitur velata, & velare, quid sit?*

..Debet esse subdita viro.

..Velationem tacitè si tollat mulier, est renuere maritum.

..Nuptia vndè dicta.

38 *Ornatum mulieris non sit sine scrupulo peccati, & erit attēdēda intentio.*

39 *Mulierum prauarum conditio ostenditur. Principium, & finis.*

..Letantur ista de morte virorum.

..Peccatum postquam consummatum est, generat mortem.

40 *Mulierum Cimbrorum, & Romanorum priscis temporibus laudes.*

41 *Vidua vndè dicatur?*

..Ve soli, qui cum ceciderit, non est, qui sustinet eum.

..Tenetur tondere crines in morte viri, & quare?

..Ecclesia ob delictum mulieris non potest ei crines tondi facere.

42 *Mulier tondendo sibi crines absque viri licentia, est perdere ei obedientiam.*

..Tondere crines mulieribus in obitu viri, vt seruatur in Regno nostro, quid importet?

43 *Vidua effecta mulier qua patrem habet, an reincidat iterum in eius potestatem, a qua erat per matrimonium soluta? & in num. 47.*

..Pater non habet ius pracipuum, accusan-

accusandi filiam viduam adulterã.

44 *Vidua retinet in viduitate eadẽ priuilegia, qua prius habebat in vita viri, vnde adhuc potest dici Ducissa, si Dux erat, sed non de iure Longobardo, & nu.* 83. *&* 87.

..Thes. in decis. 123. & Carleual. de Iud. to. 1. disp. 2. q. 1. *quomo intelligendi.*

..Text. in l. 4. C. de municip. lib. x. *traditur intellectus.*

45 *Vidua etiam transiens ad secunda vota retinet vsumfructuum à marito relictum de Iure Longobardo, dummodo non sit prohibitus ob transitum ipsum.*

46 *Mater an recuperet tutelam filiorum, quam amisit per secundas nuptias, si iterum fiat vidua per obitum secundi viri; & sub. num.* 90.

..*Cessante causa, cessat effectus.*

47 *Mater si renunciat tutela ob secundum tentatum matrimonium, si nõ sequatur, nõ est priuanda tutela predicta.*

..Neap. *opinio quod filia per viduitatem recadat in patriam potestatem confutatur, itaq; saluari non potuit, nisi per sententiam. Quod quandoq; bonus dormitat Homerus.*

48 *Liberatus semel à seruitute amplius in eam non reinci dis circa num.* 50.

..*Actio patria potestis extincta per nuptias, amplius non reuiuiscit.*

49 *Filius, & seruus in omnibus quasi aequiparantur.*

..*Filiusfamil. per nuptias adeò fit sui iuris quod habetur pro emancipato.*

..*Emancipatus à patre non poterit volens aduersus emancipationem venire, & si dispensetur à Principe, non fit amplius suus patri.*

..*Actus pro non facto haberi non potest, etiam apud Deum.*

50 *Filiusf. emãcipatus, & seruus liberatus à patria potestate per ingratitudinem reincidunt in eam, nec potest amplius emancipari absque speciali Principis priuilegio, sic etiam nec amplius seruus manumitti.*

51 *Vidua mulieres iure Romano viuentes possunt testari, secus autem Longobardo, dum tunc debet Mundualdus interuenire.*

52 *Filiusfam. testari non potest; secus in Hispania & alio quoq; modo limitatur, vt hic.*

..*Et quid si exterus perueniat Neap. vel Hispaniam, & sit filiusfamil. an possit testari?*

53 *Vidua à quibus contributionibus, sint in Vniuersitatib. immunes? & firur decretum Regia Cam.*

54 *Filia an possit nubere citra cõsens. m genitoris plura sunt inspicienda iura vsq; ad num* 6.

..*Parentes possunt vendere filios ob famis necessitatem.*

..*Filius quicquid acquirit, acquirit patri.*

..*Non obligatur ex voto facto absq; consensu patris.*

..*Non potest in Regno contrahere, nec se obligare, sed pro dote obligatio tenet.*

..*Dominus noster Iesus Christus Dei Patris voluntati obtemperabat.*

55 *Meliorem amicum patrem non habemus, nec vllus affectus vincit paternum, ita quod liberè poterit cũ eo cõtrahi absq; propinquorum aliorũ auctoritate, quando ita statutum dictaret, & quid si velles cum alijs donare causa mortis?*

..*Honorare parentes est de Iure Diuino.*

..*Filiam in vxorem ducere de manu parentũ precipitur, sed quo Iure?*

..*Sampson noluit ducere vxorem absq; patris consensu.*

56 *Parentibus obedientiam prestare de Iure gentium debemus.*

..*Iura sanguinis per ciuiles actus non tolluntur.*

57 *Consensus patris in matrimonio contrahendo per filium in potestate existentem iure ciuili requiritur, & sufficit orcte us datus.*

58 *Filiusfam. patre defuncto, iure ci... nubere debet cum cõsanguini...*

uel interim consensu,qui si fuerint discordes ad iudicē recurrendū est.
..*Emācipata,aut vidua potest liberè de per se virum ducere,*
59 *Mulieres,vt plurimum contra propria commoda laborant.*
..*Filiafam.masculiata potest nubere sine vllo cōsensu paterno;imò si meretrix fiat,non poterit exhæredari, & num. 60.*
60 *Mulieres,quæ tardè nubunt,suspectā habent pudicitiam.*
61 *Matrimonia de iure canonico sunt libera,& tantùm voluntas contrahentium attenditur, & sic decreuit* S. Conc. Trid. nu. 63.
..*Parentibus imputanda est mala filiarum collocatio.*
62 Tex.in c.nostrates 30.q.5.*qui dicit,* maiorum consensum esse necessarium in matrimonio liberorū, *quomodo intelligatur.*
..*Virginali pudori nō conuenit inscio patre,virum ducere.*
..*Verbum oportet,quandoq;denotat conuenientiam,& non necessitatem.*
63 *Sponsalia de futuro non possunt contrahi absq;consensu patris.*
64 *Curatorum,& Tutorum officium non est nubere puellas.*
..*Matrimonium cōtractum per filios absq;parentum voluntate dirimi nō potest. Sed nōnulli dicunt liberos inde natos nō esse in eorum potestate.*
..*Matrimonia contrahere,quo tempore prohibetur.*
65 *Barones improbantur,& malè faciūt mittere falcē dominij in messe matrimonij contrahendi per vassallos cum alijs valdè dignis.*
..*Idem peccatum est,coniungere non coniugēdos. Quàm separare non separandos.*
66 *Matrimonio tollētes libertatem sunt excommunicati.*
..*Quare debet esse liberum.*
67 Dos danda est filie,si nubat inuitis etiam parētibus,dato quod ab eo viro nō promittatur secundùm æquorem sententiam,dummodò indigno non nubat, licèt contrarium alij teneant. *Quo in casu nec minus gaudet dignitate patris,vel aui.*
68 Ianuensium statutum est,non dare *dotem filiæ nuptæ citrà voluntatem parentum,sed tantùm alimenta,dūmodò non sit masculiata.*
69 Filia nupta transit in potestatem *mariti,eiq; subdita tenetur in omnibus obedire,cum vir sit caput eius, sicut* Christus caput Ecclesiæ, & nu. 114.
70 *Vxor potest castigari à viro,sed quomodò; & num.127.*
71 *Saeuitia viri potest esse causa repudij.*
72 *Vxor tenetur laborare in domo viri, iuxtà eius conditionem; imò potest ad hoc compelli,quod procedit,ēt facta vidua, & non laborando, compensabuntur.*
73 *Vxores æquiparantur seruis, quod declaratur.*
74 *Vxores hic reprehenduntur.*
75 *Viri qualiter se gerere debeant erga vxores.*
..*Studere debet, quomodò placeant mulieribus.*
..*Seruant decus familiæ, & ipsam educare tenentur.*
76 *Scientia est,quę Orbem decorat.*
..*Mulier creata est pro viri adiutorio.*
77 *Coniugium fælix, & nuptiæ fortunata quando?*
78 *Mulier est gloria viri, & vir gloria* Dei,quando se benè gerunt.
..*Mulieribus est debenda reuerentia.*
..*Mulier si vult inducre pallium, & vir gallicam,non poterunt esse concordes.*
..*Coniugatorum, vt plurimum est miserabilis status.*
79 *Vxor subtrahendo bona mariti,an cōueniri possit,& an ex officio contra eam procedi.*
80 *Mulieris prauæ encomia; carmina canunt.*
81 *Vxor non habens maritum vtilem, vidua dicitur, & viduarum debet gaudere priuilegijs.*

Dicitur

..*Dici tur socia viro.*

82 *Maritus, & uxor dicuntur vna domus, eademque familia.*

..*Inuicem debent redere debitũ, vlla data in hoc inter eos disparitate, aut priuilegio, & facientes contrarium peccant, sed in quibus casibus limitetur.*

..*Vxor non tenetur de nummis à viro receptis, nisi pauper sit, & si de ea emerit fundum, suus erit, & maritus non habet, nisi actionem ad pretium.*

83 *Vxor non potest facere eleemosynas inscio viro sicut nec etiam filius de peculio castrense.*

..*Sequitur forũ, &, domicilium viri, & eius honorem, & dignitatem, vndè si vir erit Dux, ipsa dicitur Ducissa, si Rex, Regina.*

..*Mutatio domicilij non facit mutare forum.*

84 *Vxor clerici coniugati, vel militis an gaudeat priuilegijs mariti? & quid de vxore alicuius matriculati? & contrarium nu. 86.*

85 *Clericus coniugatus retinet in se ordines, vndè si mortua vxore voluerit sacerdotium suscipere, non indiget nouis ordinibus. Et propria dispensatione Superioris gaudebit priuilegio fori, & canonis,* Si quis suadente, &c.

86 *Vxor sequitur forum, & domicilium viri, etiam si adhuc ducta non sit domum viri, sed quomodò hoc intelligitur, & num. 132.*

..*De bonis datis in dotem, tenetur subire onera in propria, & non in patria vir.*

..*Bona tenentia soluitur de bonis in loco, vbi sita sunt, à qua nec minus Neapolitani sunt immunes, & dicemus etiam infra cap. 5. n. 21.*

..*Priuilegium immunitatis propter onus duodecim filiorum concessum patri suffragatur vxori.*

87 *Vxor gaudet priuilegijs viri, vsquedũ durát nuptiæ, vel mãserit in viduitate, nam si nubat iterum, non primi, sed secundi iura retinet, dummodò aliquod Principis in contrarium non habeat priuilegium.*

88 *Maritus non gaudet dignitate mulieris, vndè si est Comitissa, non potest dici Comes, sed in cõtrariũ est abusus, cum vir illustretur illius honore, & num. seq.*

89 *Mater priuata si filius sit titulatus, ipsa non est titulata.*

90 *Vxor, quæ plures habuit viros, si fiat vidua, cuius iura sequatur.*

..*Vidua plurium virorum cum decedat, cuius sepulturã eligere debeat.*

91 *Filia nupta cum exempta sit à patria pot state, an possit testari, & nu. 105. vsque ad num. 113.*

..*Maritus est legitimus mundualdus vxoris, & an debeat interuenire in illius testamento?*

92 *Mulieres in dubio semper viuere præsumitur iure Romano, & non Longobardo in Regno nostro.*

..*Mũdualdus quo iure datus est mulieribus.*

93 *Statutum nõ potest inducere, quòd mulieres non possint testari absque consensu viri, quia tolleretur libera testandi facultas, & nu. 98. 99. & seq.*

..Decisio de Affl. 260. *non acceptatur.*

94 *Filia emancipata liberè potest testari.*

95 *Emancipatio quid sit?*

96 *Filia nupta dicitur effecta sui iuris, si viuat iure Longobardo, vel secundum consuet. Neapol. dato, quod cum patre permaneat.*

97 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates quando valeat.*

98 *Contrahentes possunt inuicem se decipere.*

99 *Voluntas captatoria à lege damnata est, ita quod nec minus militibus concessa videtur.*

..*Testamentum mulieris citrà aliqui propinquorum consensum ad pias causas valet.*

100 *Mulier de facili præsumitur decepta suasionibus viri.*

101 *Testamentum non potest dici nullum, si*

si mulier inducatur à marito ad testandum eius ad fauorem.

102 *Maritus dñus est volũtatis uxoris.*
..*Suspectus est pro uxoris curatore, sed potest esse procurator, & quæ differẽtia sit inter tutorem, & procuratorem. Et de quibus bonis non possit esse curator.*

103 *Uxores non possunt esse curatrices virorum.*

104 *Correlatiuorum eadem est disciplina.*

105 *Mulier non potest se obligare, nec renunciare* Velleiano, *etiam certiorata. Sed benè testari, & disponere in actibus vltimę voluntatis sine alicuius consensu.*

106 *Filiorũ rebellis mors est solatium, & vita suppliciũ. Si tamẽ clerici nõ sint.*

107 *Dispositio testãtium pro lege habetur.*

108 *Legitima debetur libera absque onere filijs à parentibus.*
..*Dos potest committi alterius fidei quanta sit; & in hoc dictum vnius sufficit.*

109 P*ater, vel extraneus dotando filiam, vel extraneam potest adycere pactũ, vt dos redeat ad ipsos, si decedat absque liberis.*

110 *Frater per nostram constitut.* In aliquibus *debet liberè dotare sororem absque aliquo pacto, vel onere.*

111 *Filiam non posse codicillari, neque testari, quomodò intelligatur, etiamsi vxorata sit.*

112 *Filiusfamilias, etsi non possit testari, potest tamẽ de castrensi disponere, & facere donationem causa mortis, & quid si pater consentiat in testamento.*

113 I*anuensium filiæ nobiles possunt facere testamentum cum consensu genitorum.*
..*Filius, & filiafam. in ciuitate Neapol. possũt de bonis maternis testari.*

114 *Filia nupta, quas habeat prærogatiuas remissiuè.*

115 *Filia nupta longiores habet habenas, quàm filiafamilias.*

116 *Mulieres natura fragiles de facili decipiuntur.*
..*Non possunt contrahere absque virorum consensu, & quid de sponsa dicendum est?*

117 *Maritus, an si dotem ab vxore non habuit eam, è domo dimittere possit? & vsque ad num. 125.*

118 *Mulier si dotem viro promittat, & eam non integram dederit, non per hoc expelli poterit, ratio est; quia matrimonium potest esse sine dote; sed non dos sine matrimonio.*

119 *Vxor nõ potest dimitti, quia dotem nõ dedit, ratio adducitur, & n. 122.*

120 *Culpa suum sequitur authorem.*

121 *Iure suo ob alterius delictum nemo priuari debet, nisi maximum enormissimumque sit.*

122 *Maritus, & vxor duo sunt in carne vna, & num. 133.*

123 *Mulier ciuilis cognationis allegando obseruantiam, vnquam vxorem ob non traditam dotem fuisse à marito dimissam, obtinebit cõtra cõmunem opinionem.*
..*Plebei, & rustici solent dimittere uxorem absque dote habitam.*

124 *Maritus dimittens vxorem absque causa, tenetur eam alimentare, & si eam dimiserit, quia dotem nõ habuit, tenetur non dum ad alimenta, verùm etiam ad donationem propter nuptias.*

125 *Sequestrum fieri debet in bonis viri pro alimentis vxoris in casu sæuitiæ, & similium, dum lite pendente alimenta debentur.*
..*Concubinatus est iusta causa separationis thori.*

126 *Maritus concubinarius potest cogi à parentibus ad dimittendam concubinam, & ad dandam cautionem de non offendendo vxorem, sed poterit eam corrigere, dum correctio non est offensio.*

127 *Sæuitia viri si vel ne sit, talis iudicis arbitrio remittitur.*

128 *Mulier conscia de moribus viri priusquàm eum ducat, non poterit eum indè reprobare, tamquam sæuum. secus si ignoranter contraxerit, dum non*

non solùm potest se separare, sed etiam dotem, & alia habere.

..*Creditor sciens conditionem debitoris tempore contractus non potest amplius, eam improbare.*

129 Mulier *an teneatur sequi virum histrionem, peregrinantem, vouentem, vel bannitum. Et quid de excommunicato, heretico, vel rubelle, remiss.*

130 Filia *extera, si Neap. nubat, an etiam sit libera, ac esset Neapolitana à patria potestate? usque ad num.* 136.

..*Filiusfam. non hyspanus si decedat in Hyspania, non potest testari.*

131 *Statutum fauorabile debet ampliari, odiosum restringi.*

..*Dua causa concurrentes simul fortiùs stringunt.*

..*Nuptiarum fauor maximus est.*

132 *Lex simpliciter, & indistinctè loquens, sic quoque debet intelligi.*

..*Deus qui fecit hominem ab initio, masculum, & fæminam fecit eos.*

133 *Maius dignum trahit ad se minus dignum.*

..*Maritus, & vxor fiunt vnum corpus, & vna caro.*

134 *Filius sequitur familiam, & amplectitur cognomen patris.*

..*Iesus Christus è Iosepho natus.*

135 *Filia nupta videtur translata ex matrimonio in virum etiam, quo ad familiam. sed quomodò.*

..*Mulier non dicitur de cippo domus, sed finis sua familia, & principium alterius.*

..*Vxor illustratur radijs honorum, & dignitatum uiri.*

136 Paria *sunt ferum sortiri, & statutis ligari.*

137 Donatio *propter nuptias facta à sponso sponsæ; si post osculum sponsus decedat medietatem dictæ donationis lucratur sponsa superstes, dato quod osculũ detur per procuratorem; sed si prædecesserit sponsa ad sponsum reuertitur.*

138 *Mulieres possunt se ornare, & faciem fucare, sed quomodò, ne peccent.*

139 *Mulieres pregnantes non tenentur ad ieiunium.*

..*Vxores possunt frangere ieiunium, si viri voluerint, & non peccant.*

..*Maritus potest reuocare votum ab vxore factum.*

140 Mulieres *pregnantes non possunt torqueri, imò nisi post* 40. *dies à partu, non sunt tormentandæ.*

..*Si fuerint citata, non tenentur comparere, nisi rudes sint: imò necminus verberari possunt.*

141 *Obstetricibus standum erit depregnãtia mulierum.*

142 Mulieres *primo parientes tenentur confiteri, adeò est proximum vitæ periculum.*

..*Post partum non exeundo ad audiendam missam, non peccant.*

143 Puella *non audientes missam diebus festiuis, non peccant, si consuetudine sit introductum.*

144 Mulieres *post primum partum, non ingrediuntur in* Ecclesiã, *nisi priùs benedicantur, sed quomodò hoc permittatur.*

145 *Mulier pregnans non potest banniri, neque expelli à patria; imò nec minus citari.*

..*Non comprehenditur in exfracto.*

..*Non debet molestari, si peperit, vsque dum partum lactauerit.*

146 Iudex *imperitus si torserit mulierem pregnãtem, tenebitur in sindicatu, & quid si fecerit ex tortura abortum? vel alium torquendo moriatur?*

..*Mulier procurando abortum qualiter puniatur.*

147 *Confessio extorta in tortura à pregnante nullius momenti est.*

148 Mulieres *pregnantes suspendi non possũt, nec alia pena puniri, sed quid agendum.*

..*Decedendo etiam puer cum ea, quę gestat in vtero decedere videtur, & propterea venter cadi debet, vt infans viuere possit.*

149 Cæsar *Augustus sic dictus, quia fuit cęsus ab utero matris.*

..*Mulieres pregnantes non sunt humanda.*

150 Mu-

150 *Mulieres pregnantes bannita non debent interfici.*

151 *Mulieres vi cognita non peccant, & si insidiatorem honoris offenderint, non puniuntur.*

152 *Virgo vi deflorata virginitatem non ammittit; sed meliùs erit, si se defendat, cum possit, quàm ad tantum trahi periculum.*

153 *Aggressus potest aggressorem interficere, sed quando.*

154 *Vitam meliùs est perdere, quam honorem.*

155 *Mulieres pro debito haud ad carceres posse detrudi, quod ampliatur dato, quod debitũ sit publicum; & apud Iannenses est super hoc particulare statutum.*

..Limitatur tamen, quando agitur de liquidatione instrumenti vigore ritus M. C. Vicariæ, & quid pro administratione tutelæ n. seq.

156 *Debitor pauper carceratus potest petere alimenta.*

157 *Mulieres an possint carcerari pro pœna fisci, vel pro functionibus fiscalibus.*

..Et quid si meretrices sint.

158 *Mulieres non possunt interesse, & cõparere in tribunalibus, nec pro se, neq; pro coniunctis.*

159 *Coniunctus admittitur ad defendendum coniunctum, si tamen caueat de rato.*

160 *Mulier non potest compelli ad comparendum in iudicio, & qua ratione, sed audienda sunt domi, atque sint ista mulieres n. seq.*

161 *Actuarij, & scriba tenentur ire domus mulierum ad earum depositionem iuramentum, vel alium actum exercendum, vsque ad num. 163.*

162 *Mulieres pregnantes plebeę, in quibus, vt nobiles tractanda sunt.*

163 *Mulieres, quæ peperierunt, non possunt compelli ad comparendum in iudicijs, vsqueque decubant.*

164 *Instrumenta si liquidanda veniant per mulieres, vel moniales, qualis sit praxis.*

165 *Variatio fori potest peti per procuratorem ad instantiam mulieris, contra Follerium.*

166 *Mulieres attento iure canonico non possunt esse testes in criminalibus; secus de iure ciuili, quod attenditur, & numer. 186.*

..Imò, & nec etiam accusare, sed quando.

..Infames audiuntur ad accusandum pro vindicanda morte consanguineorum etiam contra clericos.

167 *Mulierum sola depositio, quando non potest alia haberi, valet, sed non in arduis negotijs.*

168 *Meliùs est nocentem dimittere, quàm innocentem condemnare.*

169 *Mulieres non possunt esse testes in testamẽto, quod procedit etiam de Iure canonico, & num. 171.*

..Limitatur tamen apud Iannenses, vbi valet testamentum, etiamsi quinque interueniant testes contra dispositione iuris communis, & tale statutum valet.

170 *Testamentum iure statutario Iannensium valere coram quinque testibus factum, adducitur casus decisus.*

171 *Mulieres, aut fragiles, aut mendaces sunt.*

..Quare non possint esse testes in criminalibus, & quid si alij testes haberi non possint.

172 *Mulieres possunt esse testes in testamento ad pias causas.*

173 *Mulieres possunt esse testes in testamento inter liberos.*

174 *Mulier quare non possit esse testis in testamento, & in codicillis sic.*

175 *Testamentum, vt valeat debet continere hæredis institutionem, cum sine herede decedere iniuriosum sit.*

176 *Mulieres possunt esse testes ad probandam testamenti validitatem.*

177 *Mulieres possunt esse testes in testamento militis.*

178 *Hermaphroditus tàm in testamento, quã in causa criminali potest esse testis, si magis in sexu virili praualeat.*

179 *Mulieres de iure canonico admittuntur in testes in causis clericorum, tam in ciuilibus, quam in criminalibus; sed quando.*

180 *Mulieres quando admittantur in testes, contra clericum.*

181 *Mulieres condennatę non possunt esse testes, sed quomodo hoc intelligatur.*

..Condennatus ex aliquo delicto non potest esse testis contra alium pro eadem causa.

182 *Mulieres infames ex iuris sententia non possunt esse testes, & quare, sed quatenus admittendæ, cum tortura recipi debent.*

183 *Testes etiam infames recipiuntur in crimine lesæ maestatis.*

184 *Mulieres non admittuntur ad accusandum viros de adulterio, vel alio crimine.*

185 *Maritus cognoscendo solutam non committit adulterium de iure ciuili, secus de iure canonico, & iure authenticorum.*

186 *Mulieres in criminalibus possunt esse testes, secundum quotidianam praxim; imò aliquãdo præferuntur depositionibus masculorum.*

..Non admittuntur in causa, quæ agitur contra, vel pro viro.

187 *Filius sequitur matrem, sed in quibus, & in quibus sequatur conditionem patris.*

188 *Filius potest dici ex matre certa, sed non patre.*

..Generatio fit per patrem, qui præstat formam, & non ex matre, quę dicitur materia.

189 *Mulier creata à Deo ad perpetuandam generationem.*

..Concurrit passiue in generatione, sed eius semem non est necessarium.

..Retrahendo se à semine cum rem habeat cum viro, non peccat.

190 *Mulieres inuicem semen effundere possunt, & se delectare, sed non generare.*

..Sodomia est si mulieres inuicem copulentur; & tanquam sodomitę puniri debent.

191 *Mulieres, quare pilos in facie non producant.*

192 *Mulieres possunt dici, quodammodo sanctæ, & ità seruanda sunt.*

..Res Sancta, vti muri Ciuitatum quare sic dictę.

193 *Lenones è ciuitatibus eyci debent.*

194 *Lenonum pæna, quæ in Regno.*

..Magna curia sola iudex in lenocinio.

195 *Lena mitius punitur lenone, & quæ sit eius pæna.*

196 *Meretrices, quæ vtuntur lenonibus grauiter puniuntur in Regno.*

197 *Parentes, & patroni, qui permittũt filias, vel ancillas fornicari amittunt in eis potestatem, quam habebant; sed quando hoc limitetur.*

198 *Mater dando filiam ad meretricium debet perdere nasum.*

199 *Inducentes mulieres ad peccandum cum eis, quomodo puniantur.*

200 *Confessarij sollecitantes in confessione pænitentes, quomodo puniendi, & num. seq.*

..Aman suspensus in patibulo Mardochei.

..Quod quis facit semper expectat.

201 *Peccata remissa in terra remittuntur in Cælo.*

202 *Pęnitentibus, quæ confitentur in confessione sollicitatas esse, quomodo à confessoribus consulendum.*

203 *Deosculantes per vim mulieres, quomodo puniantur in Regno, & quid si vis recedat vsque ad n. 208.*

204 *Volẽti, & cõsentiẽti nulla fit iniuria.*

205 *Mulieres consentientes deosculari debent amittere dotem, & priuari hæreditate parentum, ac si essent adulterę.*

206 *Iudicis officio procedi potest contra deosculantes, & rapientes mulierem.*

207 *Rapientes, & osculantes per vim honestas mulieres debent omni patrimonio priuari, & nemo potest pro eis intercedere, quod hodie non seruatur.*


208 *Osculantes vi mulierem de iure canonico,*

nico, quomodò puniebatur vsque ad num.214.& 215.
..Casus duo referuntur inter se contrarij circa deosculantes mulierem.
209 Deosculantes mulieres animo ducendi eas in vxorem, an sint puniendi.
210 Stuprum commissum absque violētia, punitur pœna extraordinaria.
211 Fornicatio per vim cum meretrice commissa, quomodò puniatur, & nu. 222.
212 Meretrices nisi conquerantur infra octo dies de violētia ipsis illata, quare amplius non audiantur.
..Tempus an possit coarctari ad quarelandum.
..Mulieres nuptę sollicitatę habent annum ad conquerendum de Iure communi, sed statutario vrbis Romæ duos menses.
213 Meretrices ad euitandum maius scelus tolerantur à lege, & dissimulantur ab Ecclesia.
214 Statutum factum contra raptores mulierum non extenditur ad rapientes meretrices, sed quando quoque extendatur.
..Persona noua censetur, quæ antiquum vsum destituit.
215 Iudicis arbitrium vsque ad quod extendatur?
216 Monialem cognoscendo quot delicta committat.
217 Fornicatio simplex non punibilis in foro fori, sed benè in foro poli, & num.222
218 Pœnitentia septemnalis olim pro quolibet mortale peccato dabatur.
219 Pęnitentia in purgatorio quomodò indulgeatur.
220 Missa magnum sacrificium, in quo orat Ecclesia.
221 Absolutio à peccatis data, quomodò intelligatur, quo ad culpam, vel quo ad pœnam.
..Purgatorium vnde sic dictum.
..Pœnitentis attendendus est potius internus dolor, quàm externa mortificatio.
222 Solutus cognoscens solutam mortaliter peccat.
223 Moniales cognoscentes excommunicantur, dummodò non interueniat raptus, tunc enim etiam iure canonico capitali pœna plectuntur. Et de Iure ciuili bona rapientis insuper applicantur monasterio raptæ.
224 Monialium raptus à quolibet statuto, vel abolitione exceptuatus est, & punitur affectus, etiam non sequuto effectu.
225 Incestus pœna, quæ sit. Et de quo incestu intelligatur.
226 Feudatarius rem habens cum domina, feudum amittit, quod procedit, dato sit tantùm tentatus, & non consummatus actus. Et si tentauerit eam per modum lenocinij? & quid si domina sit meretrix?
227 Iniuriandum non est ei, quem tenemur defendere.
228 Cognoscens mortuam quomodò puniendus.
229 Mulierum hæredes non tenentur earum obligatione, dato, quod iuramento facta sit.
230 Mulieres pro causis criminalibus leuioribus, in quibus non venit imponenda pœna corporis afflictiua, non sunt carcerandę, sed sufficit iuratoria cautio, at de quibus mulieribus intelligatur, & num. seq.
231 Scribarum pessimum genus: Cum sint omnes fures, & mendaces.
232 Mulieres honestæ in grauioribus delictis, vbi carcerari debeãt praxis, demonstrat cum num. seq.
..Et quid de meretrice maritata, & vidua illustri?
233 Meliùs est ante tempus occurrere, quã post malum remedium quærere.
234 Moniales vllo modo distrahi possunt à monasterijs pro quauis causa delicti.
235 Carcererijs, siue carcerum custodibus vetitũ est, ne mulieres carceratas detineant cum alijs carceratis.
236 Mulieres fugientes è carceribus ne offendãtur forsan ibi in honore nullam

lam incurrunt pænam.
..Carcererij hodie quomodò sint Lenones.
..Carceres mulierum debent longè abesse ab illis hominum.
237 Meretrices non possunt detrudi ad hominum carceres. Et eas cognoscentes, etiam si meretrices sint, grauitèr puniuntur.
..Officialis in officio cognoscendo mulieres, arduis pænis puniendus est.
238 Mulieres nobiles carcerandæ, quomodò sit praxis in Ciuitate Neapolis.
239 Mulieres possunt habere dignitatem, sed de qua dignitate intelligatur, infra num. seq.
240 Tex. in l. feminæ de senatoribus, & l. 1. C. de dign. lib. 12. quomodò concordatur cū l. nullus, C. de decur. lib. 10. & l. 2. ff. de reg. Iur.
141 Abbatissa potest retinere dignitatem suam cum administratione.
142 Fæmina non sunt habiles, neque capaces ad inducendam consuetudinem, & quare.
243 Mulieres regularitèr non includuntur in crimine perduellionis, sed quando limitatur num. 249.
244 Tumultus, & sublevationis Regni Neapolitani anno 1647. narratio ponitur.
245 Ioanna de Lorena in Francia, & Thomas Anella Amalfi in Regno Neapolitano, quomodo assimilentur, ac Nicolaus de Rensi in Alma vrbe.
146 Iudicia Dei imperscrutabilia sunt.
..Parcendum est multitudini.
..Principaliores populi delinquentis in sublevationibus puniendi sunt.
247 Comitis Oñate laudes.
248 Vxores quomodò seruata immunes à crimine perduellionis virorum traduntur exempla.
249 Rebellare quid sit.
..Principissa Salerni punita ob crimen per duellionis viri.
250 Mulieres non possunt adstringi ad defensionem ciuitatis, nisi ipsæ liberè voluerint.
..Romanæ tēpore Anibalis Carthag. fuerunt primæ ad eum expulendum.
251 Bannum, quod sumantur arma contra hostes, vel bannitos, non comprahendit mulieres, quod facit contra Gubernatores Ciuitatum, & Terrarum.

De Priuilegijs Mulierum circa personam.

CAPVT PRIMVM.



ST credendum, quod antiqui authores tradidere, vti *Iustin. lib. 2. Vopiscus in Aurelianum Petr. Messia*, & alij, (quamuis
1 Pater Lācellottus id improbet) quodam genus adfuisse mulierum Ammazonum ex Scithia ad Cappadociam, quæ non minus deliberatis, quam disperatis animis sub arte Bellonæ, Martis sororis, vt ex *Virgilio 9. Æneydos*;

Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.

viriliter præliantes virorum mortem inimicorum nece vindicarunt, quod totum cōtrarium fecit Valasca in Boëmia, quæ conspiratis mulierum voluntatibus regnandi ambitione, eas induxit ad occidēdum parentes, natos, & viros secundùm enarrationem *Papæ Pij in Historia Boemiorum*, & iam per spatium septem annorum regnarunt, & Omphalem in Lidia aliarum fœminarum auxilio maiora fecisse legitur, dum euasit Domina illius Prouinciæ, non potest denegari, quin admirabilis non fuerit harum mulierum resolutio sed non est obstupescendum, cum præteritis ætatibus laxis habenis magis liberæ vixerint, & non vt hodie nostræ, quæ (ge-

ne-

2 neraliter loquendo) omni studio,
virili corde,& eximia animi eorum
fortitudine seruare custodire, imò
augere procurant familiarum de-
cus virtutum armis,scimus etenim
antiquitùs fœminas liberalibus ar-
tibus institui,quæ audaciores ipsas
reddebant,quod ad præsens omni-
nò recessum vtiliter videmus, *l.qui*
filium 4.vbi *gl.ff.vbi pupill.&c.*& li-
cèt cunctas prauas appeller *gl.in l.*
pater 100. *§.socrus nurus,ff.de condit.*
& demonstrat. iuxtà illud. *Fœmina*
nulla bona, & eorum genus auaris-
simum enuncict, *tex.in l. si stipulata*
34.*§. si vxor*, vbi *gl.lit.V.ff de donat.*
inter virum,& vxorem, & *gl.in l.quę*
dotis 34. *ff.sol.matr.* attamen regula
ista sicut cæteræ subiacet exceptio-
ni, cum non possit denegari, quin
earum sexus deuotissimus sit, nec
auaritia hac nostra ætate vitium,
sed *prudentia* in eis censenda est,
ob temporum calamitatem,& vni-
uersi orbis necessitudinem, parum
quidē lucratur in mercimonijs,re-
ditus sunt deperditi,& ars vlla pro-
dest, vndè si quis, quod habet dili-
genter non custodit,vel verecundè
mendicare, vel turpitèr expilare
oportebit, ò temporum calamitas,
ò calamitatis vltimus finis; debent
igitur mulieres,vt apud viros pro-
bæ sint,(& ipse non mētiar,qui ea-
3 rum prærogatiuas enarro,) tātum-
modò quærere lanam,& linum, vt
dixit *gl. in l.cum quæreretur* 58. *ver.*
in lana ff. de l g. 3. & omni prorsus
virile destituto exercitio,earum ar-
tes liberales, & arma sint fortitu-
do,& animi constantia circa hono-
rē, & circa animā,lachrimæ,& ora-
tiones,sic.n.Deo placebūt,& homi-
nes,delectabūt *l.* 1. *§.hoc autem in*
*medio,ff.ad Sen.Cōs.Syllanian.*ac mæ-
rebuntur potiri iuris priuilegia in
casibus expræssis,vt in *l.quamuis xj.*
*& l.fin.*vbi *Bar.Paul.*& alij *C.de Iur.*
& facti ignor. quorum primæuum
erit, ab earum prima ætate depen-
dens, vt sint priuilegiatæ in annis;
dum in 12.fiunt puberes, & dicun-
tur viri potentes, quod in masculis
4 non cadit, nisi in anno quartodeci-
mo *l.qua ætate* 5. *ff de testam.* & la-
tiùs infra *capit.* 3. *de mulier. impu-*
beribus. Ex quo,hoc resultat bene-
ficium, quod ea ætate completa li-
berantur à potestate tutoris *instit.*
quib.mod.tut fin. & l. 1.*C.quando tu-*
tor, & curat. esse desin. intelligendo
tamen de ordinarijs priuatis puel-
lis,dum feudatariæ subiacent balio
vsque ad annum 18. vt *in prag.2.de*
*minor.*quo completo tempore, sta-
5 tim cessat onus baliatici secundùm
Matth. de Afflict. in constit. si quando
*in fine de pœna foriudicat.*quod pro-
cedit,dummodò non nubant antea,
nam si statim, quo pubes aliqua fa-
cta est,virū ducat,tenēdo maritum,
non eget amplius balio, & si fuerit
læsa ante, vel post contractum ma-
trimonium, habet restitutionem in
6 integrū,vt ex *Reg.Rou. in d.prag.2.*
est ratio,quia si per nuptias sit sub-
dita viro, non potest alteri, & sic
duobus subesse, grauaretur enim
duplici onere,arbitrio, viri scilicet,
& balij,contra *tex. in l. iure succursū*
7.*ff.de Iure dot.*opportunè ad hoc;
Mastrill.de magistrat.lib.1.cap.21.n.
51. sic similiter deuenta puella ad
12.annum, sed completum, habet
testamenti factionem actiuam,valēs
de bonis eius disponere, quod in
masculo non est, nisi completo an-
7 no decimoquarto *d.l.qua ætate*, vbi
gl.et Cassan.ad Consuet. Burg.rubr.6.
§.4.ver.En eage souff sant.n. 13.atta-
men fauore alimentorum; si puellæ
alimēta legētur, æquiparatur ma-
sculis,dum ætas eius currit pro illis
obtinendis vsque ad annos qua-
tuordecim,quod est summæ præro-
gatiuæ,& fauoris *l. mela* 14. vbi *gl.*
& Bar.ff.de alim.et cibar. legat. & di-
cemus pleniùs infra *capit.3.spec.* 1.
sub.num.3.

Contractis igitur nuptijs, &
con.

consummato matrimonio, mulierũ erit maximum priuilegium liberos parere, dũ sterilitas apud hæbreos reputabatur opprobrium secundũ
8 *Luc.ca.1.lit.C.*&*gl.in c.nuptiarum 41. in ordine 27.q.1.ver.legis*,& meritò, dum naturæ appetitui non valentes satisfacere existimabant præter ipsius naturæ ordinem natas, cum sibi similem producere prohiberẽtur iuxtà communem desiderium, vt notauit *Orat. epist. ad Lellium lib.* 1. per cõtrarium verborum sensum,scilicet:

Oderunt hilarem tristes, tristemque io cosi.
Sedatum celeres agilem gnauumque remissi.

Hocque videtur etiam quodam solatium in præmium nuptiarum, &
9 virginitatis amissæ *gl.in c.nasci.v.lit. B.56.distin.* concurrentibus igitur his, quod mulier sit prudens, quæ ęconomicam sapiat,& fęcunda, quę prolem pariat pro amplianda progenie,potest dici vera gloria, & corona viri, vt in *Prouerb.* 12. & propter virum à Deo creata, nam licèt vir sit caput mulieris;caput non co-
10 ronatum mundi gloria, mundum erit,vt ex*Apost.1.Cor.cap.xj.lit.B*,& C. & cum hac gloria decorata muliere, & substentando onera matrimonij secundùm *tex.in d.c.nuptiarum*,& S.*Io:Chris.de non iterando cõiugio fol. mihi* 204. super illis verbis *Genes.*2. *faciamus ei adiutorium*, hoc magnum Sacramentum, vt ex *eod.Apost.ad Ephes.*5. ab eius nomine tanquam mag is digno denominationem *capit.* 1. matrimonium à matre *cap.*2. *de conuers.infid.* vbi la-
11 tissimè *gl.*& latiùs infra *cap.2.n.*121. quæ onerum substentatio præcipua est circa sobilis educationem, dum patitur multa mala,teste *Didaco de Medrãno de consensu connubij cap.* 2. vt natum ad perfectionis statum ducat iuxta dictum,*Virgil.8.Æneid.*

Ceu fœmina primùm,
Cui tolerare colo vitam, tenuîque Mineruę
Impositum cinerem sopitos suscitat ignes,
Noctem addens operi, famulasque ad lumine longo
Exercet penso castum, vt seruare cubile
Coniuges, & possit paruos educere natos.

Et hoc maternum onus à iure præfixum est vsque ad triennium, vt ex
12 vulgata sententia,scilicèt,

Mater alit puerum trimum, trimoque minorem,
Maiorem verò pascere patris erit.

*c.2.de conuers.infid.l.9.C.de patr.pot. Bar.in tract.de alim.in volum. consil. n.*13. *Ozer.instit. de iure natur. gent.*
13 *& ciuil .n.* 28. latissimè *Tiraq. de nobil.cap.*20.*n.*78. *& sequenti Neap. in consuetud.si quis, vel si quę de success.ab intest.n.*132.vbi portat Sacrã Scripturam, quæ dicit, *hoc triennio dedi. Visc. decisiuis conclusionibus Ver. mater tenetur lactare, fol.*174.*col.*1. quo tempore perdurante,si semper puerum lactet,exempta est à debito ieiunij,*vt ex Tolet.in sũma lib.6.c.4.in principio.*Hocquè priuilegio gaudet, etiam cum sit prægnans;immò tunc lapsiores habet habenas in omnibus,quę appetit,ne partus,siue oriũdus in vtero offendatur, potest nãque vesci quicquid vult, & quantum vult, parum laborare, & satis dormire, prout faciunt in dies etiã fœminæ pauperes,& ordinariæ;elapsis postmodum tribus annis paternum erit munus filios educare, vt diximus ex naturali iure prouenięns *ad Tex.in Rubr. de iure nat. gent.* & *ciu. inst.* & colligitur ex *Conar.in epit.par.*2. *cap.*8. §.6. *n.*1. vbi serua adhuc filios lactat,ea ex rõe, quod serui amiserunt, quæ à lege ciuili fuerunt introducta, non quæ proueniũt à naturali ad *tex.in l.quod attinet* 33.*ff.de reg.iur.*vbi DD.*l.serui* 13.*ff.de actio.& oblig. l.quod seruus*

42.

42.ff.de pecul.& *l.si id quod 64.ff. de cond.indeb.* dummodò pater egenus
non sit, & mater diues, tunc enim
ipsa semper ad alimonia tenetur
14 secundum opinionem *gl. & DD.*
com.in l.alimenta xj, C.de negot.gest.
& Bar. vbi supra *d.num.13.* dum dixit Poeta.

Ignudo huom, che non hà, come può
porgere.

& est etiã iuris sententia, quod non
entis, nullæ sunt partes *l.diuus 35.ff.*
de milit.test.§.seruus autem inst.de capitis diminutione, l.ciui, qui in prouincia 41.ver quare si nulla.ff.si cer.petat.

Econtra postmodum, quando
mulier eiecto pudore, proprij honoris paruifaciens, suarum rerum enixe non satagit, eiusque viro, vt decet, non obtemperat, ac aliquam
noxam in eius vite honestatem cõmittit, omni pæna, omnique dedecore digna est, dum

Meglio è morir, ch'à viuer con ver-
gogna.

& meritò poterit per virum nõdũ
castigari, verùm etiam repudiari, &
in monasterium detrudi ad perpetuò pœnitentiam peragendã *c.gau-*
15 *deamus in Domino 19.de conuers.coniug.c.si cuius vxorẽ xj.in ordine 34.*
dist. & gl. in infracit. c. tua fraternitatis lit.A. & B. imò etiam excõmunicari, *cap.intelleximus 6.* vbi *glos.de*
Adult. & eius vir ob suum adulteriũ
lucrabitur dotem, vt *in l.consensu 8.*
C. de repud. (vbi quamplures aliæ
enumerantur aduersus hoc scelus
pænæ) *§. si igitur secundũ Theodosij*
authorit.de nupt.§.quia verò plurimas
Aut.vt liceat matri, & auia c.fin. de
conuers.coniug.c.quanto 7.& c.seq.de
diuort.gl.in l.1.*C.ad l.Iul.de adult.* vbi
etiam *Mangr. lit.T. l.iubemus xj. §.*
pen.C.de repud. Gratian.discep. for.c.
5.num.24. & est opinio etiam, quod
lucretur paraphernalia, vt est videre apud *Bal.in l.1,num.9.ff. de iure*
dot. ac alia dixi *in meo Florilegio in*
Rub.de adult. & sic ècõtra, quia ad im-
paria non debent adiudicari sĩn. *D.*
Cõs.Hodier.lib.1.cõtrou.for. cap.42.n.
3.& 4. ob viri adulterium, poterit
vxor petere thori separationem,
& dotis restitutionẽ. *Idẽ.Grat.discep.*
for.cap.35.num.18. dum non debet
adulterare vxorem, sicut Episcopus
nõ debet adulterare Ecclesiam *c.sicut vir. xj. in ordine 8. q. 1.* hocque
adulterij crimen adeò detestabile
est, quod si quis dannatus fuerit, ex
quo adulteratus est aliquam mulierem, si pœnam ex gratia, vel aliquo
modo euaserit, & voluerit ducere
in vxorem dictam adulteram, quia
forsan isto medio tempore eius vir
decesserit, & eam hæredem instituere, nec matrimonium, nec institutio valebit, sed fiscus potius suc-
16 cedet in defectum consanguineorum *tex.est in l.Claudius Seleucus 13.*
cum gl.ff. de ijs, quibus, vt *indign.* est
ratio patens, quia si contractum separatur ob adulterium, vt ex *Matth.*
*cap.19.lit.*B. à fortiori nõ est à principio contrahendũ, & hæc tori separatio datur, etsi videatur contra
tex.in c.quos Deus 18 suo ordine 33.
17 *q.2.& c.2.de trans.Episc.* qua facta
separatione alteram ducere non
datur amplius repudianti facultas
cap.sicut alterius 39.in ordine 7.q.1.c.
qui vxorem xj.distincti. 34.gl.in c.1.
32.q.7.& in c.1.vers. ad separationẽ,
vt lite non contestata, quæ loquitur
contra *tex. in auth. sed nouo iure §.*
nisi vir.C.de repud & *S.C.Tridẽt.sess.*
24.can.7. quibus iuribus declaratur
segregationem istam dari, non quo
ad sacramentum, sed quoad mutuã
seruitutẽ *c.1.& 2.d.32.q.7.* quod dixit etiam *Abb. in c.quanto 7. n.6. de*
Diuort. etenim matrimonium non
potest claudicare, quoad substantiam, sed tantũ quo ad redditionem
debiti *c.qualis est el 4.* vbi *gl.30.q.5.*
Aldobr.inst. de Patria potestate §. in
potest.nostra n.17. et *Costa de facti sciẽtia cent.2.dist.25.n.8. & 9.* quæ mutuæ seruitutis, separatio potest da-

ri

ri etiam ad ſimplicem mulieris cō-
feſſionem dicentis adulteraſse, da-
to, quod malitioſè id dixiſſet ad
eximendam ſe à poteſtate viri im-
portuni, dum matrimonium, quo
ad eius ſubſtantiam non læditur *c.
ex literis 5.de diuortijs*,& ibi *gloſ.* nec
in hoc, vt iuſtū ſit iudicium, requi-
ritur alia maior veritatis indagatio,
& probatio, quàm ſui proprij oris
confeſſio, *l. cum præcum 9.C. de libe-
rali cauſa*, *Bonac.to.1.de ijs, quæ per-
tin.ad vſum matrim.q.4.pun.5.* prout
etiam dicimus ipſi credendum
aſſerenti, maritum eſſe, impoten-
tem, dummodò virgo ſit, & ex eius
corporis inſpectione veritas poſ-
ſit comprobari; ſecùs tamen ſi cor-
rupta, quia potius dictis viri ſtatur
affirmãtis habilem eſſe, & debet præ-
ferri vxori confitendo, tanquam
18 magis dignus, & idoneus, vt poſt
diſcuſſum articulum, concludit *gl.
in c.ſi quis 3. ver. tempore 33.q.1.* &
quod plus talis ſeparatio tori po-
terit etiam per procuratorem pro-
poni cum ſit mera ciuilis, ſecùs ſi
criminaliter circa infligendas pęnas
ageretur coram iudice laico *c. tuæ
fraternitati 5.* vbi *gl. extra de Procur.*
& *Menoch.de Arb.Iud.q.80.n.172.*
vbi aſſignat rationem, quia in tali
caſu vlla venit aliqua iniungenda
punitio corporis; ſed tamen
non poterit per eundem reintegra-
ri, & reconciliari; ſed opus eſt prin-
cipalium conſenſu, ſicut à princi-
pio matrimonium contraheretur,
c.placuit il 5.32.q.7. & nota hoc, q
ſi ex adulterio vxoris matrimoniū
ſeparetur, non dum viuo marito,
non poteſt alteri nubere; ſed nec
minus eo defuncto in pœnam for-
nicationis, & ſic deterior eſt condi-
tio mulieris conditione viri adul-
terantis, qui nubere poſt mortem
mulieris valet, iuxtà *tex.in c.hi verò,
qui 22.* vbi *gl.32.q.7.* qui vult, vt
omnibus diebus vitæ ſuæ ipſa
acerrimè pœnitentiæ lamenta per-
ſoluat, & meminit *Aldobr.* vbi ſu-
pra *num.18.*

Limitantur tamen præfata om-
nia, quando non ſolùm mulier, ſed
vir etiam adulteratus eſt, dum va-
lebit contra eum conquæri de pari
ſcelere, & ſic non poterit tori ſepa-
ratio dari, *c.tua fraternitas 7.de adul-
19 ter.* cum non poſſit latro ad latro-
nem dicere, nec aliquis de ſua ſo-
te doleri, ſed paria delicta mutua
compenſatione tolluntur, *d.c.tua,
1.gl. in c. ſignificaſti 4. de diuort. Co-
ſta d.diſtinct.25.n.1. Ang. de maleſic.
ſub rubrica de damno dato n. 6. 7. &
24.gl.in §.fin. ver. teneri, & Nicaſ.
in §.manet in fine de ſocietate, c. intel-
leximus 6.eod.tit. de adult.l. viro 40.
ff.ſol.matr. Socc. in Reg. delicta paria
86.* et *gl. in l.4. C. de compenſat.* Om-
ubi addentes in *§. in bonæ fidei nu.
22. inſt.de act.* & in hoc caſu à for-
tiori non ualebit maritus adulter
adulteræ uxoris dotem lucrari, *De
Leonard. in tract. de magiſtr. cap.19.
n. 31 & ſeq.* et vide *Bal. in auth. ſed
hodie, C. ad l. Iul. de adult.* ſecun-
dum quem nota; quod ſi maritus
ageret criminaliter in caſu permiſ-
ſo, nec minus dotem conſequi-
tur, ſed oportet, quod ciuiliter tan-
tum conquęratur pro ea obtinen-
da, cum ſit ualdè impium fragilem
fœminam duplici pæna caſtigare
corporali, & pecuniaria per dotis
amiſſionem, quod tene menti, quia
forſan faciet tibi honorem, & à for-
tiori procedit, quando eam inter-
fecerit, & pręcipuè ſi adſunt filij, nam
ad eos dos ſpectabit ſecundùm no-
tabilem *gl.in c.admonere 8. verſ. non
inſidiatem.33.q.2.* imò quod eſt plus,
20 ſi fuerit facta ſeparatio, & poſt eam
maritus non caſtè uiuat, & adulte-
rium committat, reintegrabitur ma-
trimonium *tex.* eſt notabilis, & *ſin-
gul. ſecundum Panorm.* ibi *in cap. ex
lit.5.de diuort.* et *Coſta*, ubi ſupra *n.
2.* quę reintegratio etiam alijs mo-
dis fieri poteſt, vt iurgia tollantur,

nempè per tacitum,& per expressum cōsensum viri,per tacitum, si vir post adulterium steterit scientèr cum vxore,licet hoc,vt rectiùs loquar,procedat veriùs ante separationem,dum censetur ei remittere reatum,nec po-
21 test de adulterio conquæri, imò imputati, & accusari de lenocinio *l. 2. vbi gl. C. ad l. Iul. de adult.* & hæc est optima mulieris defensio aduersus quærelas viri,nempè postmodū ab eo cognitā, vel ipsū cōsciū de adulterio fuisse,de quibus est optimus *tex. in l. cum mulier 49.ff.sol.matr.* docet *Angel.* qui etiam alios in hoc defendi modos ostendit in *tract.de malefic.rub. che hai adulter. la mia Donna*, vbi latissimè *August.num.*20.49. & 50. per expressum,si maritus infrà biennium repetierit vxorem detestata prorsus antiqua iuris dispositione dictante, hoc agere infamiam esse *S. adulteram verò auth. vt nulli iudic. &c. c.gaudemus 19.de concurs.coniugat.*& indulta pœnitentia sibi data per duos annos iuxtà *tex. & gl. in c. 3. & 4. 32. q. 1.* ex quibus iuribus quoque statutum est, vt si reconciliationem istam renuerit vir,biennio elapso, ne amplius libera sit ad malum patrandum,detrudetur in monasterium, vt perpetuò, ibi pœnitentiam agat, vt superiùs dictum est, quod optimum videtur remedium,& sācta dispositio,& quod si post detrusionem eam repetat, an sit audiendus dato,quod offerat cautionem de non offendendo, quandò mulier de hoc dubitauerit,vide *gl. in c.de benedicto el.5.32.q.1.*

Et quæ de vxore dicta sunt;in spōsa quoque procedere docuit, *gl. in c. sponsus 6.suo ordine dist. 56.* & *gl. in c. 3. ver. cum uxore de sent. Excommun.* prout etiam dicit *Ang. in rub. quibus alien.licèt vel non, inst. nu. 2.* quod sicut est prohibita mulier alienare rem dotalem ita similitèr,& sponsa,at hęc iure cōmuni attento, secùs statutario, quo vxoris appellatione,nō cōpræhēdi sponsam,docuit *Cancer. var. resol. par. 1. c. 1. à n. 156. & parte 3. cap. 11. de sponsal. num. 115.* licèt contradicat *Fontan. de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. gl. 3. par. 1. nu. 28.* imò à fortiori,nam si
22 in virido, quid in arido ageret sub pallio viri? & licèt non sit à sponso cognita adhuc eum decipiendo ex suo delicto,poterit separari, corrigi, & dimitti,& sicut per osculum honesta sponsa lucratur medietatem donationis propter nuptias *l. si à sponso 16.C.de donat. ante nupt. & Masull. ad Capyc.decis.65.num.3. & 4. & seq.* vbi tangit, an idem sit, si osculum detur per procuratorem; ità ècontra nil habebit,(& est paruula pœna) quādo ante fidem,infidelis detegitur, & vtinam,& non succederent isti casus, dum quandoque iuuenculæ habent proprium amasium, & sub tegmine spōsi cum eo rem habere incipiunt, & postmodùm verus sponsus venit, & reperit ostium apertum,& præsūptam virginitatem corruptam, vndè istæ infames licito iure eijci possunt *d. c. sponsus*, est ratio,nam sicut vidua dicitur, adhuc nupta post boni viri obitum *l. fin. C. de bon. mater.* quam adducit *Matth. de Affl. in supracitata consuet. sed, & mulier*,ita sponsus,licèt matrimonium non sit consūmatum, maritus nuncupari potest; et si cum sponsa inuicem decipiantur adulterium dici *c. quemadmodum 25. de Iure iur. gl. in c. discretionem tuam 6. vers. reatum adulterij de eo, qui cognou. consangu. &c. Gom. ad l. tauri 47. sub nu. 2.* & antea diximus in *Florilegio concl. 2. sub num. 9.* quamuis *gl. in l. solet. x. in fine ff. de his, qui not. infam.* contrariū dicat, nempè ius dispositum in vxore in hoc non trahi,dum odia restringi debent,cum qua concordat *Sanch. de matr. lib. 1. de sponsalibus disp. 2. fol. 5.* & tandem non dum ex hac, sed ex pluribus alijs causis posse dare tori separationem, sancitum est per *S. C. Trid. sess. 24. can. 8.* quia etsi sanctum sit matrimonium,nihilominus ex fædere non debet esse vinculum perdi-

tionis ob neceſſariam coniunctio-
nem, ſed ſaluationis per ſegregatio-
nem.
Sed nunquid diuortium hoc poſſit
per matrem peti pro parte filiæ? &
negatiuè decreuit *tex. in l. filię* 4. *C.*
de repud. patri tamen permiſſum eſſe,
legitima concurrente cauſa probat
23 *tex. in l. diſſentientis.* 5. *& l. fin. C. nuper*
citato tit. vndè colligimus, quod in
hoc mulier eſt minus priuilegiata
viro; dum dependet ab illa ratione,
quod pater habet filios in poteſtate,
mater verò, nõ, prout videmus; quod
ſi filius, ſiuè filia fuerit emancipata,
in qua vllum ius pater habet, non
poterit circa hoc ſe miſcere, vt *in*
auth. ècontra, C. eod. de repud. at re-
gulariter coniugatorum inſtantia
dandum eſt, & optima ratione,
nam ſicut alligatio, & coniunctio
24 matrimonij ſolo conſenſu ſponſi, &
ſponſæ perficitur *c.* 1. & 2, 27. *q.* 2. *c.*
vnico 29. *q.* 1. (quod procedit etiam
vlla dote conſtituta, quæ non eſt de
eſſentia *l. iubemus* xj. *c. de repud.*) qui
conſenſus ſecundùm D. *Anton. ſua*
ſumma 3 par. cap. 7. *de violent.* eſt eſ-
ſentialiſſimus, ſicut in cœteris ſacra-
mentis, prout videmus in baptiſma-
te, in quo eſt neceſſarius animus Pa-
rochi, eiuſque intentio volentis bap-
tizare, & in Sacramento Euchariſtiæ
in quo abſque voluntate celebrantis
25 vllum ſacrum coſtituitur ſecundùm
Bonac. to. 1. *diſp.* 1. *q.* 3. *pun.* 2. §. 3. *n.* 4.
Ita quoque eorum diſſenſu dirimi
debet *l. conſtante* 9. *C. eod.* vnumquod-
que enim ſoluitur eod. modo, quo
alligatum eſt *l. nil tam naturale* 36.
vbi *gl. ff. de regul. iur.* Sic ècontra ſci-
mus, quod ſi filius vxorem, vel filia
maritum repudiauerit, non poterit
26 pater ad reconciliationem eos com-
pellere *d. l. diſſentientis*, ibique *gl.* Ho-
die verò, etiam cum magna, cauſa,
ſolo coniugum conſenſu ſublatis an-
tiquis obſeruantijs matrimonium
diſſolui poſſe non permittitur, eccle-
ſiaſtici iudicis abſente decreto, factis
prius legalibus probationibus in
contradictorio iudicio, vt conſtito
27 legitimè de expoſitis, Ordinarij de-
creto diuidatur *c. porro* 3. *& c. de illa*
6. *de diuor. c.* 1. vbi *gl. extra vt lite non*
conteſtata, l. licet 6. *C. de repud.* & *Coſta*
vbi *ſupra num.* 11. *Grat. diſcep. for. to.*
1. *c.* 66. *num.* 26. & *Clar.* §. *adulterium*
num. 12, qua de re dicendum eſt,
adulterium eſſe Eccleſiaſtici fori, quo
ad tori ſeparationem, ſed quando
criminaliter agitur mixti, iuxta tra-
dita per *Sperellum to.* 1. *deciſ.* 9. *nu.* 29.
Attamen abſque cauſa ſcias, quod
poteſt dari matrimonij ſeparatio ex
tantùm mutua coniugatorum volũ-
tate, ſcilicet quandò carnale conſor-
tium deteſtando, cælibaram vitam
ambo ducere deſiderant, ſicut ipſe
in hac Ciuitate duos vxoratos egiſ-
ſe vidi ex nobili gemine natos, qui
cum vllus ex multis procreatis filijs
ſibi viuere vidiſſent, imò prius erat
eorum occaſus, quàm ortus, putan-
tes Deum ex eorum ſemine non ha-
bere gratos fructus, ſe ipſos Domi-
no conſecrarunt, & religioſè viuen-
do deuotè Chriſto ſponſo animam
tradiderunt, & Cardinalis Piattus
Milanenſis familiariſſimè vtẽdo Cle-
mente VIII. habita intentione, tem-
pore, quo ſecularis erat à Pontifice,
quando Cardinalis extabat, quod ſi
in Petri ſolium aſcenderet eum pur-
pura decoraret, memor de promiſſis
Piattus, creato Pontifice Clemente,
ſuaſit ſuam vxorem, vt monaſterium
ingrederetur, quia Cardinalatus di-
gnitatem obtineret, ſi hoc faceret,
cuius ſuaſionibus, aſſentiendo mu-
lier, ipſe, iam biretum rubeum
obtinuit, & ſic in iſto caſu verifica-
tur, quod dicitur ſolam licentiam
vxoris ſufficere ad faciendum diuor-
tiũ, & nõ in alijs ſecũdùm *gl. in c. ex.*
ex parte 9. *lit. B. de conu. coniug.* & eſt
in auth. quod hodie, vbi *gl. C. eod. de re-*
pudijs, & propterea nota, quod ſi quis
ſine licentia, ſiue conſenſu mulieris
monaſterium ingrediatur, ſi illa in-
ſtete-

28 steterit eum reuerti, redire debet, etiã cum omnibus bonis secum forsan asportatis, quia si non remanet principale, à fortiori non debet restare accessorium; *gl. in c. fin. ver. Libertus* 17. *q.* 2. *c.* 2. vbi *gl.* 33. *q.* 5. & ita etiam videmus pro paritate, nec minus mulierẽ citra viri cõsensũ posse, se velare ad castitatem seruandam, quod si fecerit illo instante ad coniugium reddere debet *c.* 3. 23. *quæst.* 5. qui casus si succederent, hodie multùm liberales essent mariti ad vxoribus assentiẽdũ; quia sciũt, quã graue sit onus, & quod amplius non redirent *c. qui vxorem* 10. *Nuper cit.* 23. *q.* 5. & si in eorum libertate staret dimittere vxores, esset felicitas omniũ felicissima, sed non valent reuocare gradum, etenim si hoc permitteretur, vt quandocumque liberet possent vxores dimittere, matrimonium non contineret vitæ indiuiduam
29 consuetudinem iuxta *tex. in c. vnico* 29. *q.* 1. *Didac. de Medrano infra cit.* nec esset sacramentale, sed iudaicum à lege Mosaica prius permissum, vt *Deuteron.* 24. ibi, *si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua*; prout fecit Rex Assuerus cum indignatus esset contra Vastem, quę cum recusasset ad eũ intrare, iussit illa dimissa, Hester duci, præcipiendo hanc deliberationẽ cunctis populis publicari tamquam forsan valdè dignam, vt legitur in *libro Hester. c.* 1. & 2. quod hodie prorsus dãnatum est per nouam legem euangelicam apud *Matth.* 5. *lit.* E. & 19. *lit.* B. ibi, *quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras, ab initio autem nõ fuit sic. Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit vxorem, nisi ob fornicationem mœchatur*, idem etiã registratur apud *Marc.* 10. *lit.* B. & *Luc.* 16 *lit.* D. & prędicatur fidelibus per Paulum Apostolum *cap.* 7. *ad Corinth. lit.* B. Hodie tamen in hac Ciuitate est abusus, quod quando coniuges non benè coutuntur, mala vxor, (dum bona dici non potest, quę odit viri cõsortium) aufugit clam à marito, & ingreditur aliquod monasteriũ, siue cõseruatoriũ puellarũ, ibique permanet, vsquedum ei placet, prout annis nuper elapsis fecit quædam vxor doctoris, quæ subtractis omnibus mobilibus confugit ad cœnobium Rosarij propè portam Medinam, quando vir mane negotijs operam dabat; vndè eo redeunte tantum muros inuenit stantes, & clausam ianuam, ita quod demens euasit, dum sunt casus valdè terribiles, & tristes, & Romæ etiam, mensibus non longè decursis quędã nobilis mulier, occasione visitandi suas familiares in quodam cœnobio, in quo erat educata, amplius ab eo noluit exire, dicens viro vale non obstante S. P. Alex. VII. authoritate, quæ iterum ad cohærendum viro illã compellebat.

Matrimonium ergò quod est maris, & fœminæ coniũctio, vt ex *d. Didaco de Medrano de consensu connubiali cap.* 3. *in* 1. & continet indiui-
30 sibilitatem vitæ *d. capit. vnico*, & *l.* 1. *ff. de ritu nup.* eo animo debet contrahi, vt indissolubile sit eius vinculum, imò debent coniuges potius mori, quam segregationem intentare; quia est maximum dedecus, nec qui animi fortitudinem habent, debent sub matrimonij onere subdere, sed meliùs erit *Pauli* sequi consilium dicentis 1. *Corinth. cap.* 3. *si solutus es ab vxore, noli quęrere vxorem*; dum adeò graue pondus est, quod vxoratus, potest dici priuatus libertate; iugum quidem valdè durum, & compedes angusti, qui nec minus per iota coniugatos discedere permittunt, at si hilari animo, & sancta mente contrahatur, omnia erunt suauia; quid enim iucundiùs vxore, quid amabiliùs filijs? & quibus commo-

dis hæc copula fruatur,quasque vtilitates experiatur,latè tradit *Cassan. ad consuetud.Burg.rub.4. Des Droitz, & appartenances ver. 4. & vltima ratio n.10.fol.mihi* 125.& *Io.Fab.inst. de nupt.in* 1.Boni coniuges itaque, vt tradit Ripa *in Iconologia imaginum*, tanquam viperam, cunctas prauas cogitationes supercalcare debent, ne tentationibus inuasi à summitate honoris periclitentur friuolam tori separationem quærentes, dum contrahunt apud homines infamiam, apud Deum peccatum, & apud leges punitionem; etenim ex repudio, secundùm *tex. in nouella* 17.& *in auth. sed nouo Iure,C. de repud.* vxor
3 1ammittit dotem;si ex se perueniat,& donationem ante nuptias *gl. in c.* 1. *vt lite non contestata lit. A.* sin autem ex marito,dotem ipse restituet,& dabit mulieri donationē propter nuptias *d. auth. sed noue iure cum suis* §§. ibi *positis*,& *de Franch.dec.*244.*nu.*1. imò bona quæsita constante matrimonio *Merlin.to.2.controu.for.cap.* 93.*num.*13. & secundùm *Marc. Ant. Genuens.pract. Archiepisc.Neap.c.*17.*n.* 3.et antefatum;nam sicut lex prouidet,ne scandala oriantur, & ex legitima causa permittit coniugij disiunctionem, ita non pariter, vt imprudenter ex omni minimo incidēti matrimonium dirimatur; prout putabant pharisæi, quando accesserūt ad Dominum dicentes, vt legitur
32 apud *Matth.*19.An liceat homini dimittere vxorem suam ex quacunque causa *l. consensu* 8. *d. C. de repud.*ibi, *Sicut enim sine iusta causa dissolui matrimonium iusto limite prohibemus, ita aduersus necessitate pressam, quamuis in facto,attamen necessario auxilio cupimus liberari*,& causa potior,& validior erit inter ceteras si post dispensationem aliquis coniugum hermaphroditus operiatur,tunc enim non solùm separabitur matrimoniū, sed nullum declarabitur,prout euenit in Ciuitate Venetiarum. Teste *Gigante de crimine lesæ Mac. q.*16.*n.*20. prout etiamsi monialis sit hermaphroditus detegatur,prævalere in masculo,& è cōuerso si Monaeus sit, & prævaleat in fœmina annullandam esse professionem docet *Sanchez de matr.to.2.lib.* 7. *de impedimentis disp.* 106. *num.*10. vel si fatuus,aut furiosus euadat, ita quod inpracticabilis sit *l. si cum dotem* 23. §. *si maritus*, vbi *gl. & Bar ff. sol.matr.*qua tori separatione sequuta, mulier vidua censeri debet, ita quod illam habere fori electionem, omnibusque alijs viduarum priuilegijs potiri docet *Sperell. to.* 2. *decis.* 158. *num.* 8.quod secùs tamen si sua culpa fiat nempè ex adulterio,vt ex *eod.num.*4. et ex optima ratione, ne ex suo facinore commodum,& beneficium reportaret.

Sed quid si non erit perfectum matrimonium, sed tātùm contracta sponsalia,& sponsus pœnitentia ductus illa perfectionare renuerit, vel in aliquas remotas regiones se cōtulerit, an possint sponsalia dissolui, & noua per sponsos contrahi? est
33 affirmatiua sententia in hoc *tex. in l.* 2.*C.de repud.*expectato tamen triennio, quo elapso vterque liber erit; quam dispositionem volens ampliare *Constantinus Imperator* in vxoratis,pietate motus,ne orbatæ viris viuerent mulieres, vt si ipsis forsan ad bellum discessis, per quatriennium non redirent, (& hoc forsan etiam temporibus illis erat potius virorū militum, quam fęminarum priuilegium) nec de eis notitiam aliquam per literas,vel alio modo habuerint præcepit, vt ipsi quatriennio elapso
34 nubere valuissent *per l.vxor* 7.*C.eod. gl.in leg.vxoris* 6. *ver. migrare ff. de diuor.* quod tempus cum putaretur valdè breue,fuit postmodum extensum ad decennium, vt in *auth. hodie. mus autem de nupt.*& meminit *Amendola ad decis. de Franch.* 245. *num.* 5. at cum lex ista valde perniciosa, & periudicialis matrimonio postmodū

expe-

experiretur, fuit correcta per ius no-
uissimũ authenticorũ, vt nequaquam
nubere, denuò liberet mulieri, nisi
prius de viri morte legitimè constite-
rit. *auth. hodie*, C. *de repud. Ludouic. de-
cis.* *Perus.* 12. *n.* 7. latè *Couar. pract.
quæst. vol.* 1. *de Matr.* 2. *par. cap.* 7. §. 3.
à n. 3. *ad* 6. & est *tex. Canon. in c. in præ-
sentia* 19. *de Sponsal. & matr.* quod sũ-
ma prudentia, fuisse prouisum, cõstat
ex scandalis, quæ oriri poterãt, et pec-
cata cõmitti, cum adulteriũ sit, si mu-
lier viro primo viuente, secundũ du-
cat *c. nuptiarum.* 41. *in ordine meo* 27.
q. 1. & adulterij pæna supposita est, §.
quod autem in fine, auth. vt liceat ma-
35 *tri, & auia. Couuar. d. n.* 6. est ratio præ-
dictorum, quia quilibet præsumitur,
viuere per centum annos, nisi con-
trarium probetur, *l. fin. C. de Sacros.
Eccles. Mar. in sing. post praxim*, quod
ĩcipit, *quilibet præsumitur*, & clarior *tex.*
est in l. si vsusfructus 8. *ff. de vsu, &
vsufr. leg.* modus autem inquirendi,
& probandi de morte viri, vt mulier
alias nubere possit, perbellè ponitur,
in supra citato §. *quod autem*; fructuo-
sè videndus, & hoc seruato non pote-
rit ignorantia aliqua allegari, quæ
ab adulterio excusat secundùm *glos.
c.* 1. *de eo, qui duxit in matrimonium
&c. litera* A.

His visis vlteriùs progrediendo
quæritur, postquam filia est nupta,
in cuius potestate sit, viri, vel patris,
& an nubere possit ex se absque cõ-
sensu parentum.

Circa primum quæsitum cum lu-
mine *Pauli ad Corinth.* 1. *cap. xj.* aper-
36 to mihi itinere dicã esse in potesta-
te viri, & hoc mihi videtur magnum
coniugatarum priuilegium, dum re-
uerentiam patris, mutat in confiden-
tiã cum marito, qua nulla maior vi-
detur, ex filia, nupta, statim efficitur
mater *Thesaur. decis.* 150. *n.* 2. ex sub-
dita socia, & ex serua domina, oh in-
dicibile infirmitatis remedium, &
humanitatis solatium *c. nuptiarum.*
41. 27. *q.* 1. quod de iure canonico
quoq; procedere, probat *Felin. in c. il-
lud extra de præsumpt.* sed de iure ci-
uili contrarium videtur dispositum
in l. 4. *C. de his qui sunt sui, vel alieni
iur. l. vxorem.* 5. vbi *gl. C. de condit.
insert. gl. inst. de Senat. consul. Tertull.*
§. 1. *ver. parentis, Suar. in l. fin. tit.* 11.
lib. 1. *fori in princ. f.* 73 *& seq.* & *Greg.
in l.* 5. *tit.* 5. *p.* 6. *gl. magna*, intellige
secundùm ius Romanorum, ex *Alex.
Infracit*: dum per leges Longobardas
transit in potestatem viri, & in his ter-
minis loquitur *gl. in margine d. l. si
vxorem*, & expressè *in* §. *& primus
ver. parentis sit de Senat. consul. Ter-
tulliano*, ubi optimè *Bar. in Rub.* vt vo-
luit etiam *Tasson. de Antefato ver.* 8.
obseru. 2. *n.* 15. clarius *Gram. instit.
de nupt.* §. *qui tam ex filia n.* 26. per
tex. in l. 1. *Longobarda, Qualiter mulieri
liberasit alienare permissum*, itaq; iu-
re tantùm Romano attento, filia non
exit nubendo à patria potestate, dato
quod sit senectute grauata *gl. singul.
in l. fin.* §. *pupillus lit. A. ff. de verbor.
oblig.* & ita capiendus est *Oinot. in* §.
sed si pater n. 4. 5. *&* 7. *instit. quibus mo.
ius patr. pot. soluitur.* Dum per dictum
ius Longobardum, & alias leges mu-
nicipales cõtrarium disponitur, prout
est in Hispania: & in hac Ciuitate
Neapolis, in qua statim, quod filia
nubat; liberatur à potestate patris
*Iacob. Anto. de Bottis in supracitata
cõnsuetudine sed, & mulier*, & est clarus
tex. ipse in verbis suis, dum dicit, *Sed
& mulier non obstante quod emancipa-
ta non fuerit, eo ipso quod nubit, fit sui
iuris* *Pasch. de patr. pote. parte.* 1. *cap.* 5.
n. 5. & confirmat *Pres. de Franch. de-
cis.* 546. *n.* 10. *Masull. ad Capyc. decis.*
129. *n.* 5. *Couarru. de matr. parte* 2.
cap. 7. §. 1. *in fine*: et *Gom. ad leg. Tauri*
47. *num.* 1. Qua lege ibi habetur,
*Quel hijo, ò hija casado velado sea aui-
do por emancipado en totas las cosas pa-
ra siempre*: , ad quæ videas *gl. in d.*
§. 1. *eod. ver. parentis Alex. ad Bar. in
l. si vxoris. C. de Condit. tam legatis
quã fideicõmissis, & liber. f.* 46. et *Gram.*

conſ. ciuil. 87. *n.* 8. & pro concluſione dico, quod in ijs Prouincijs huius Regni noſtri, in quibus viuitur iure Longobardo, & in omnibus ijs locis, ubi dictum ius viget, & ita teſtantur notarij in eorum ſtipulationibus, dum faciunt menſionẽ de iure, quo viuitur, ſiue Romano, ſiue Longobardo, illicò ꝙ virum ducat filia, corruit patria poteſtas (ꝙ ſecùs eſt in Fràcia, in qua nõ exit filia à poteſtate parẽtũ per nuptias ſecundũ *Caſſan. ad cõſuetud. Bur. rub.* 4. §. 1. *n.* 8. licèt *Tiraquel.* contrarium ſentiat in *tract. de leg. connub. gl.* 3. *in* 1.) intellige tamen ſi ritè, & rectè cum Eccleſiæ ſollemnitatibus matrimonium cõtrahatur, ſecus tamen ſi putatiuè factum eſſe præſumatur; nam tunc vllo iure tollitur patria poteſtas, dato, quod iura municipalia dictent filiam vxoratam liberam eſſe à ſubiectione paterna, etenim hoc procedit terminis habilibus, ita *Neapod. in d. conſuetud. ſed & mulier in medio*, et *Gomes ind. l.* 47. *n.* 1. *in fine.* nam tunc propriè dicitur velata, quando iuris ordo ſeruatur, quæ velatio, ſiue velare, aliud non ſignificat (& forſan habuit originem à ſententia *Pauli* 1. *Corin. cap.* xj.) niſi detegere, dum antea dicebatur in capillis, et eſt primus ſta-
37 tus mulierum, & ſic cum incederent, cum nuda coma, poſtmodum verò coniunctæ viris puellæ, quæ nuptæ dicũtur, quaſi nube tectæ, videtur quia tegũtur protectione, & poteſtate virorũ, ſub qua manere dicũtur, *c. feminæ* 7. *in ordine* 30. *q.* 5. *in* 1. *ibi, ideò Velantur., vt nouerint ſe ſemper maritis ſuis ſubditas eſſe, & humiles, & cap. mulieris* 19. 33. *q.* 5. *Tiraq. ad l.* 1. *n.* 21. *de l. connub. &* 15. *q.* 3. *in tex.* quæ omnia habentur apud *Apoſtol. dict. capite* xj. & adnotauit *Didacus de Medrano de conſenſu connub. cap.* 2. & in ea perpetuò permanere donec vixerint, vndè notauit *Aldobr. de patria poteſtate*, §. *in poteſtate num.* 8. ex hoc, nuptias, ſponſalia eſſe dicta ab obnubendo; quia debent incedere velatæ, quod confirmarunt quoque addentes ad *Portium in rub. de teſtam. lit.* K. dum tolli velatio haud poteſt citra viri conſenſum, cum tacitè abiurationem conſortij denotet, vt ſupra dictum eſt, & probatur *in c.* 3. 33. *q.* 5. denominantur vxores, & crines operiũt, & ſcuffias deferunt in cunctis huius noſtri Regni locis, præterquam in hac Ciuitate, in qua non ſufficientibus proprijs capillis ad ſupportum ornamẽta, annis tranſactis alios addẽdo factitios verticem ſuper eorum fronte fabricabãt mulieres, dum hodie Romanarum imitãtur mores, & non ſi-
38 ne obice peccati, attenta intentione ipſarum, qualis ſit ſecundùm *Bonac. in rubr. de ijs, qui pertinent ad uſũ matrim puncto* 9. *n.* 26. *vol.* 1. quo ſub tegmine matrimonij cuiuſque ſpeciei ſint, velantur mulieres, tàm bonæ, quàm prauæ: bonæ ut ſub umbra uirorum earum magis fulgeat honeſtas; prauæ ut tutè mala patrando ea celare poſſint, ſufficit enim ipſis ini-
39 quis, & infamibus, quo ad mundum, quod ſint uxoratæ pro adulterando eæque maximè, quæ ſunt aſſuetæ ad facinora; (dùm ſæpiſſimè accidit, quod iudicata uirgo, ſit Aſmodæus inferni) iſtæ namque peſſimæ deueniunt ſub pallio matrimonij, & detectæ poſtmodum, ne offendatur à uiris; uiros ipſos offendunt eorum necem prius procurando, quam deprædando, ſecundùm *gloſ. nouam in l. leg. pater* 100. §. *ſotrus ſub litera* R. *ff. de condition. & demonſtr.* hæ ſunt, quæ poſtmodum non plorant, ſed vt laxiores viuãt, lætãtur de morte maritorum, vt dixit *gl. in l. cum quædam* 31. §. *ſancimus lit.* P. *C. de iure dot. & ind leg. 1. eod.* §. *Sotrus lit.* H. & *Luc. de Penna in leg.* 3. *col.* 3. *C. de priu. ſcol. lib.* 12. & adeò eſt grandis erroris enormitas, quod ex eo terra cõcutiatur, vt per *Salam. prouer.* 30. vbi dicit, *Et per odioſam; mulierem; cum matrimonio fuerit aſſumpta*, ſed non ſemper lilia florent, non

non semper iter ad scelera apertum
est, venient tempora luctus, & desi-
deria peccatorum peribunt; dum
peccatum, postquam consumatum
est generat mortem, iuxtà sententiã
Apost. 1. Corinth. cap. 15. in fine, nam
vt plurimum in iuuentutis flore in-
felicissimè languent; oh laudabiles, &
40 memorabiles semper Cimbrorum
mulieres, quæ ipsarum in bello de-
bellatis per Marium viris, ne in mi-
litum manus peruenirent, & hone-
statem deperderent, sumptis armis
strenuè diù pugnarunt, sed nõ valen-
tes exercitus amplius viribus resi-
stere, laqueis se suspendere, ne glo-
riarentur inimici eas viuas deuixis-
se, & defloraße, & commendabiles
omne per æeum Romanorum vxores
priscis temporibus, quando tõtis cri-
nibus camelum ex ipsis formarunt,
vt machinas aduersariorum erue-
rent, teste *gl. in clem. attendentes §. visitatores lit. N. de statu Monach.* ho-
die verò quales sint, cuncti sciunt.

Vndè notandum est ex his, quod
dum filia per matrimonium est effe-
cta sui iuris, si per mariti mortem in
viduitatem incidat, (cum ideò vidua
41 dicatur, quia viro est orbata *gl. in l. generali 13. ver. vidua C. de sacros. Eccles.* & componitur à syllaba ve, quæ
est intensiua à verbo diuare, idest, di-
uidere, nempè diuisa à marito, vel à
dictione vè secundùm aliumsensum
priuatiua, & duo, ac si dicta, sine dui-
tate, dum tempore viri, erant duo in
carne vna secundùm, *Apost. ad Ephes. cap. 5. & glos. in l. quia parentis 17. ff. soluto matr.* quæ posteà duitas, per eius
obitum diuisa est, & cum sola rema-
neat facta est mortis gladio deplora-
bile obiectum de ea dici potest, vè so-
li, qui cum ceciderit, non est, quis su-
stinet eum *Eccles. 4.* quapropter vi-
dua semper lugere deberet, cum
perdiderit viri speculum, in quo spe-
ciosa videbatur tota die, & per-
ditio tã magna est, quod mors coniu-
gis maiorem vim, & potestatẽ habet
in vxore, quam Ecclesia, etenim in
viri obitu tenetur tondere crines, vt
in diẽ videmus, & rationabilitèr, dũ
amisit caput, quod illos producebat,
& ipsa Ecclesia non valet imponere
manus in capillis mulierum, cum ad
pœnitentiam damnatæ sint, ob ali-
quod delictum, quia recidere crines,
est signum subiectionis, quam osten-
dunt in perditione, & priuatione vi-
ri, cui subditæ erant, quod singulari-
ter notandum est per *gl. in cap. penitentes 13. ver. comas 50. dist.* vndè à for-
tiori hoc interdictum esse ipsis mu-
lieribus firmandum est; quia esset
perdere, absque viri licentia hoc fa-
cere, debitam subiectionem, & ideò
malè obseruant hodie nonnullæ mu-
lieres sibi tondendo crines propè
auriculas, quos postmodum iuuenes
in contrarium distinctos deferunt
vsque ad humeros; detestabiles vsus
repræhensibiles mores ætatis nostræ:
ipse quidem quando mulierem ali-
42 quam intueor portantem recisos ca-
pillos, dico ista amisit debitam viro
obedientiam; quod forsan ante vo-
luit repræhendere *Tiraq. de l. connub. l. 1. n. 21.* quamuis eius lectura aliud
ostendat, & colligitur ex *Apost. ad d. cap. xi.* In Regno verò nostro indiffe-
rentèr seruatur per cunctas mulieres,
quod cum viri decedant, sibi crines
tondunt, illosque immittunt super
corpus defuncti; sed sunt de eis non-
nullæ, quæ alios, quam proprios ca-
pillos supraponunt feretro, Mũdum
decipiendo, vt possint probare virum
luxisse, prout de iure tenentur per
tex. in l. denique cõtra 6 ff. de Ritu nup.
& proindè gaudere viduarum bene-
ficijs circa alimenta, & alia peragen-
da per hæredes, vt dixit, *Caiet. ad consuetud. Neap. hæredesque. de iure dot.*)
43 non redit amplius in potestatem pa-
tris ex superius citata ratione, quod
vidua ad huc dicitur nupta durante
viduitate, secundùm *Matth. de Affl. in alia addncta consuet. sed & mulier*,
& potest adduci pulcherrimus *tex. in*

l.nec in ea 22. *ff. de adulterijs in* §. 1. cu-
ius verba sunt, *In accusatione viduæ fi-
liæ, non habet pater ius præcipuum*, vbi
gl. dicit, quod reputatur, tanquã ex-
traneus. *Mas. ad Capyc. dec.* 129. *num.*
5. *&* 6. & si maritus mortuus sit, ita,
quod retinet eadem iura, ac esset vi-
uus, vndè si erat Dux, vel Marchio, vi
duitate durante, dicitur (vt tempore
44 viri) ipsa Ducissa, & Marchionissa *l.
feminæ* 8. *in fine ff. de senator. glos. in* §.
*non tamen lit. O. auth. de nupt. Gomes ad
l. Tauri* 83. *sub num.* 17. *ver. vndecimũ
priuil.* neque obstant dict. *Thes. decis.*
123. *num.* 1. *& seq. & Carleual. de iu-
dicijs to.* 1. *disp.* 2. *q.* 1. *num.* 65 *&* 66. di-
centium mulierem per matrimoniũ
non ammittere originem, que remo-
net fixa semper ossibus eius, & inter
cætera iura *Thesaur.* portat *text. in l.
origine* 4. *C. de municip. lib. x.* & *Carleu.
tex. in* l. *assumptio* 6. *ff. ad municip.* quæ
sunt generalia, vt nemo possit eximi
sua origine, & non comprehendit ca-
sus speciales, nempè vxoris, & viduæ,
quæ tàm in vita, quàm in morte viri,
eius iura sequũtur, prout limitat *gloss.
in d. l. origine.* Ibi, *hoc autem fallit pro-
pter matrimonium*, & *gl. in l. vnica*, *C. de
mul. & in quo loco*, ibi, *idem, & in vidua*,
prout sunt olara iura in *d. l. vnica*, &
in *l. filij* 22. §. 1. & *l. fin.* §. *item rescrip-
serunt mulieres, ff. ad munic.* potest ta-
men saluari opinio prædictorum, vt
si voluerit vidua redire ad patriam,
non possit dici amisisse priuilegia, ar-
gumento tex. à contrario sensu in *d. l.
origine*, qui in iure valet, vt in *leg.* 1. §.
huius rei, ff. de officio eius, cui &c. & per
gl. in §. *sed cum inst. Quib. ex caus. man.
non lic. ver. constitutus*; quia videtur
manere in eod. matrimonio, *Masull.*
vbi supra *nu.* 6. licèt aliàs sit de iure
Longobardo per *tex. in l. fin. Vt mulie-
res, lege mariti, &c.* qua sancitum est,
mulierem mortuo viro statim ab eius
lege solutam esse, retinẽdo tñ vsum-
fructum bonorum sibi per maritum
relictum; etiam si transeat ad secũda
vota; dummodò expressè in hoc casu
non sit à testatore prohibitus per se-
cundas nuptias, *auth. hoc locum. C. de
45 secundis nupt.* imò si per secunda vota
tutelam filiorum amisit, si denuò vi-
dua fiat, tutelam recuperat, dũ tamen
alius tutor non sit datus pupillis, ita
Specul. in titulo de tut. §. *nunc videndum
nu.* 7. *ver. quid si mater*, & *Angel. in au-
thent. matri, & auiæ, C. quando mulier
tutelæ officio fungi potest*; quamuis con-
trarium sentiant in eadem met *auth.
Cyn.* 8. *& vlt. quæst. Bal. in auth. sacra-
mentum*, *C. eod. tit. Mar. in l. is. potest. nu.*
254. *ff. de acq. her. Grat. discep. for. lib.* 1.
cap. 5. *nu.* 36. *& seq. Peguer. decis.* 166. *&
Surd. decis.* 106. *num.* 15. at ipse primã
amplector opinionem, tanquam mu-
lieribus magis fauorabilem, cum qua
concurrit etiam *Salyc. in d. auth. sacra-
mentum*; moueor ex ratione, quia cum
cesset causa suspicionis ob secundas
46 nuptias, defuncto viro, dicitur etiam
eius effectus cessare, *cap. cum cessante
60. de appellat. leg. adigere* 6. § *Quam-
uis, ff. de iure patronat.* dum non adest
amplius coniugalis affectio, quæ
posset matrem distrahere à filiorum
dilectione, & eodem modo dicam,
quod si priuetur, vel ipsa spontè re-
nunciauerit tutelæ, ob secundas con-
tractas nuptias: si postmodum non
perueniant ad effectum, non po-
47 terit ei tutela auferri, ita *Boer. decis.*
266. & *de Affl. decis.* 357. & quod mu-
lier ob viduitatem non sit recasura
in patriam potestatem, ne indetermi-
natus ex progressione ad ulteriora
remaneat articulus, per communem
nostrorum *DD.* sic tenet *Gomes in d. l.* 47.
tauri num. 2. *&* 3. contra *Gram. cons.*
87. *n.* 5. *& decis.* 54. *num.* 9. *Thes. decis.*
150. *num.* 6. *Viu. opin.* 302. *nu.* 6. *& seq.*
& *Napod. in d. cons. sed & mulier*, cuius
rationibus exemplis, & inductioni-
bus accuratè adhuc *idem Gomes* re-
spondet, & cum eo concurrunt *A. de
Viuaya, de Affl. in eadem consuet. cita-
ta*, & alij *glosatores*, qui fatentur in
hoc. *Napod.* errasse, quem studens
concordare *Camill. Saler. ibid.* non
po-

poteſt,cum lapſus clarus ſit, conclu-
dit tamen,non eſſe mirum,quia quã-
doque bonus dormitat Homerus:
vnde ſequendo *Gomes* pro ſuæ opi-
nionis corroboratione addo, quod
dum ſtatus libertatis eſt ſtatus fauo-
48 rabilis, ſecundùm *eundem Gram. d.*
*decif.54.num.3.*qui ſemel à ſeruitute
liberatus eſt,amplius in eam non re-
incidit *l. qui liberatus 12.ff. de adopt.*
vbi *gl.l.1.*ibique *Salyc.C.de ſer.Reip.*
manumitt. & actio patriæ poteſtatis,
ſemel extincta per nuptias, denuò
non reuiuiſcit *l.ſi vnus 28. §.pactus ne*
peteret verſ.ſed & ſi pactum ff.de pactis,
quorum jurium inductio vltimo loco
lata non poterit improbari; cum fi-
lius,& ſerruus æquiparentur,quaſi in
49 omibus, iuxta *tex.in §. ſin autem inſt.*
*de ſtipul.ſeru.*vbi *Aret. num.2. & inſt.*
quod cum eo ſub n.1.Aldobr. in §. præ-
terea num.6.inſt.quib.mod.ius patr.pot.
*ſoluit.*facit *tex. in leg.quæ legata*; vbi
DD. 18. in ordine, ff.de regul.iur. & ſi
dixit *Gom.* vbi ſupra *num. 3.* quod
adeò filius, vel filiafamilias per nup-
tias ſui iuris efficitur, quod pro emã-
cipato habetur, vti emancipatus ita-
que nec minus ipſe volens per in in-
tegrum reſtitutionem poterit aduer-
ſus emancipationem venire *Angel.in*
§.hoc quoque num.2.inſt. Per quas per-
ſon.nob. acq. per tex. in l. qui liberatus
12 ff.de adopt. imò etiam ſi per Prin-
cipem in hoc ſit indultum, amplius
patris non efficitur *Nicol.Carb.pract.*
practicarum lib.3.cap.9.nu.11.& mul-
toties ignari filij ſe pœnitent à pa-
terna protectione diſceſſiſſe per emã-
cipationem, & pœnitentia ſeria ni-
hil prodeſt,cum amplius ad eam re-
dire non valeant,dum actus pro non
facto haberi non poteſt *l. in bello 12.*
ff. de capt. & poſt lim. reuerſ. cum nec
minus Deus Omnipotens poſſit effi-
cere: quod actus non ſit factus, nec
conſumatus;poteſt Orbem ictu oculi
deſtruere,ſed quod nõ ſit creatus,nõ
poteſt facere,vt per *Cagnol. in l. iura*
ſanguinis num.2.& *gl.*& *Decium in leg.*
*verum eſt de Regul.iur.*per ingratitu-
dinis tamen vitium in pœnam pec-
cati,vt dignoſcas emancipationem
eſſe actum fauorabilem, qui liberat
emancipatum à poteſtate paterna
poterit, & filius in dominium pa-
tris;& ſeruus in dominum domini re-
duci,nempè ad primæuam ſeruitutẽ,
& ſic coactè,& non quando voluerit
pro eius cõmoditate,& ſolatio *tex.eſt*
*in l.3.*vbi *Bal.& Sal.C.de bon.mater.&*
in d.l.qui liberatus, vbi *gl.ver. honeſta*
dicens,*honeſtè non,inhoneſta ſic.1. per*
50 *ingratitudinem fieri poteſt, vt in poteſta-*
tem iterum reincidant, plura alia iura
pro hoc cumulando, & in hac ſentẽ-
tia eſt etiam *Tiraq.de leg.connub gl.3.*
nu.1.& 2. qui ſic in praxi ſeruari te-
ſtatur,& in deciſionibus *Boerij* habe-
ri contra *Caſſan.* aduerſus quem ex-
tradẽtes ex riualitate loquitur poſt-
quam reincidentiam non poſſe in pę-
nam ſceleris iterum emancipari ab-
ſque ſpeciali Principis priuilegio do-
cuit *Bald.in l.adoptare 37.§.cum quem*
ff.de adop.& *Paſch.de vir.Patriæ pot.p.*
2.cap.3.nu.59.in nouiſ.fol.249. nec li-
bertus reuocatus in ſeruitutem ma-
numitti citra eandem Principis in-
dulgentiam tenuit *Aldobr. Rubrica*
de capitis diminutione num.15.& *Ang.*
in §.maxima eodem tit. num.4.

Confirmantur prædicta exemplo,
& praxi, quod mulieres per viduita-
tem non reincidunt in poteſtatem
parentum; quia videmus ipſas poſſe
facere teſtamentum,& abſque mun-
51 dualdo ſecundùm *Maran.par. 3. ſui*
ſpeculi Rubr. Iudicij tela aggreditur n.
126. viuentes tamen iure Romano;
ſecus ſi Longobardo, dum tunc de-
bet mundualdus interuenire, circa
quem latiùs inferiùs dicam,quod ſe-
cus eſſet, ſi ſtarent ſub patria pote-
52 ſtate, etenim tamquam filiæ fam. te-
ſtati prohiberentur dato pater aſſẽ-
tiretur *l.qui in poteſtate 6.ff de teſtam.*
& inſt.quibus non eſt permiſſum fa-
cere teſtamentum, ac eſt communis
*DD.opinio,*quam recenſet *Gomes ad*
l.5.

l.5.tauri, vbi *ex d.l.* contrarium seruari in hispania dicit per clara verba tex. ibi, *el hijo, ò hija, que està in poder de su padre, seijẽdo de etad legitima, pueda hazer testamento*, præterquam legem; de iure communi ad pias causas, & circa animam omnes filios disponere posse consentiente patre, etsi familias sint, de bonis tamen adnentitijs, probant *de Afflict, dec.260. num.3.* per *tex. in c. licet 4. in fine de sepult. in 6.* & *Viu. in sylua opin. 302. num. 7.* & *Cou. de test. 3. p. rub. in fine nu. 28. f.24.* esset tamen dubium, si statutum habilitaret etiam forenses ad testandum, & *Bart. in l.1. num 26. C. de summa Trin. & fide Cath.* dicit, quod non, quia nõ potest disponere cõtra persona sibi non subditam; sed de huic articulo consimilibus latiùs dicemus infra sub. *num.* 132. Nec non tractari, vti personas liberas, dum viduæ describuntur in appretio pro
53 oneribus vniuersitatum, & faciunt focularium, ac essent mares, est tamen verum, quod moderatur pondus, attenta earum fragilitate, dum non est conueniens, neque iustum, vt in omnibus occurrentijs contribuãt, sicut viri, quia nec lucrari, nec laborare, sicùt illi possunt, vndè *Antonius de Nigris Campaniensis in c. Regni porrecta num.30. de modo, & forma apprety*, dixit esse immunes ab extraordinarijs contributionibus militum, & satellitum, licèt *Capibl.* contrarium sentiat in *tract. de Baron. tom.1. super prag.19. num 66.* & *in R.C. Summariæ*, adest generale decretum, ne grauarentur ab Administratoribus terrarũ, quod si *habent in bonis, circa unciam annuatim, vel tantundem non taxentur, in modico, nec in aliquo*, prout etiam meminit *Paris. de forma apprety n.47. f. mihi* 127. & pro ista obseruantia in diem expediuntur prouisiones in earum beneficium.

Circa secundùm, an filia, eam
54 habeat prærogatiuam, quòd possit nubere citrà genitorum consensum, & in hoc per plura sunt inspicienda iura, nempè, aut loquimus de Iure Diuino, & videtur assensus maiorum necessarius, cum parentes sint, ex potestate, quã habent in liberis, & eorum, voluntatis, & rerum, & personarum absoluti sint domini. Personarum quia possunt parentes vendere filios propter famis necessitatem, *l. fin. C. de patr. pot.* Rerum nam quicquid acquirit filius, acquirit patri, attentis terminis legis cum oportet 6. *C. de bonis que liber. & §.1. instit. per quas pers. nob. acq*: & voluntatis, quia filius non potest, nec minus Deo vouere, sine patris consensu *l 2. ver voto*, vbi *gl. ff de pollicitat.* quando tamen votũ est reale, vel si personale in patris, præiudiciũ, nempè peregrinandi in longinquas partes, vt ex *Suarez de voto c.5. per totum*, & ante *Ang. ad §. itẽ inutilis in fine inst. de inutil. stipul.* & in Regno nostro vllo modo contrahere permissum est, sed in totum voluntate propria caret, vt in *prag.1.* vbi scribẽtes de *Senat. Consul. Maced.* tamen si pro dote se obligauerit Macedoniano dotis fauore non iuuabitur secundùm *Pref. de Franch. decis. 578. num.4.* & Dominus noster Iesus Christus, etsi esset æqualis Patri secundùm diuinitatem, nihilominus paternæ voluntati subiacebat, dum dixit apud *Io.22.* non fiat mea volũtas, sed tua; & propterea paternus consensus, & non filiæ appetitus in nubendo attendi debet, quodnam erit firmiùs consilium suum, vel parentum? & si quisque in proprijs negotijs aliquem consulit amicum, quẽ meliorem amicum patre, poterit inuenire? vt ait *gl. in l. quidam 46. vers. amicum ff. de hered. inst.* dum vllus affectus vincit paternum *Oin. in §. est autem n.10. de Tutel. & de curator. n.8. l. fin. in princ.* vbi *gl. lit. M.* cõcordãtes adducit, *C. de cur. fur.* & *Aldobr. in §. permissum est eod. tit. de tutel. in princip. Capolla cons. crim. 54. num. 10. Regens Tap. to.1. decis. 51. n.6.* & faciunt opti-

ma

ma dicta *Couarru.tom.* 1.*de matrim.* §.
8.2. *part. numer.* 11.*folio* 174. qua de
re dixit *Bal.in l.*3:*num.*24.C.*de collat.*
vt dictante statuto, contrahere mu-
lierem non posse citrà propinquorũ
consensum, si occurrerit, quod cũ pa-
tre contrahere habeat, poterit hoc li-
berè fieri absque illorum interuentu,
& auctoritate, cum non sit inter eos
deceptio præsumenda *Tiraqu. de leg.*
*connub.gl.*5.*num.*33.*fol.*200.*àt.*

Sed an in casu huius statuti possit
ex se sola donare causa mortis sine
dictorum consensu, *Curt.Iun.in l.sciē-*
dum 2.*n.*12.*ff.de leg.*1. dixit, quod nõ,
attamen postmodum contrarium te-
nuit infra in *l.stipulationum* 2. *num.*9.
& 10 *ff.de verb.oblig.* & vltra, quod
non potest decipi, (dummodò vela-
tos oculos nõ habeat amoris fascia)
adimplet quartum dialogi præcep-
tum, scilicèt honorare parentes, vt
*Eccl.*3.*&* 7.*Iacob.cap.*4.*in primo*, *Exod.*
20. *Deut.*5.*lit.* C. *Marc.*7. & *Apost. ad*
*Ephes.cap.*6. imò Diuino iure expræs-
sè percipitur, vt è parentum mani-
bus recipiatur filia in spõsã, vt *Exod.*
12. ibi, *Si se duxerit quis virginem, ne*
dum desponsatam, dormieritque, cum
ea dotabit eam, & habebit in vxorem,
si pater virginis dare voluerit, *Deut.*7.
ibi, *filiam tuam non dabis filio eius*, *Tob.*
6. ibi, *pete ergo eam à patre eius, &*
dabis tibi eam in vxorem, & alibi in
veteri testamento, vbi plura inuenies
exempla, vt *Genes.* 27. *& seq.* etenim
Samson noluit accipere Rebeccã, si
prius id non præciperet pater eius
Abraham, & probatur in *c. honoran-*
tur 13.32.*q.*2. Aut loquimur de iure
56 gentium, siue iure naturale secunda-
rio, & naturalis ratio expostulat, vt
parentibus pareamus *l.*2.*ff.de Iust.&*
Iure, dedecet enim à quibus benè es-
se accepimus, ad nostrum benè esse
non optemperare, ingratos, & ino-
bedientes nos ijs ostendere, à qui-
bus tot beneficia dignoscimus, non
esset filius absque patre, quomodò
ergò absque eo cõtrahere? & ab eius
consilio discedere? Iura sanguinis
etiã quod filius euasit pater, & sit e-
mancipatus, non tolluntur *l. iura san-*
guinis 8. *ff. de regul.Iur.* & propterea
non debet ammittere filia, quæ sunt
naturalia, scilicet patri non obedi-
re, & sine suo consilio, & authoritate
nubere. Aut loquimur de iure ciuili,
& est effectus patriæ potestatis, pa-
tris consensu contrahere matrimo-
57 nium, imò de necessitate debemus,
illum requirere secundùm *tex. in* §.
1.*inst. de nupt.* ibi, *dumtamen si filij fa-*
milias sint, & consensum habeant parē-
tum, quorum sunt in potestate; nam hoc
fieri debere, ciuilis, & naturalis ratio
suadet in tantum, vt iussus parentis præ-
cedere debeat l. unic. C, *de raptu virg.*
in §.*oportet*, *ibi oportet enim vt quicun-*
que vxorem ducere voluerit, siue inge-
nuam siue libertinam secundùm nostras
leges, & antiquam consuetudinem, parē-
tes, vel alios, quos decet, petat, vt cum
eorum voluntate fiat legitimum iurgium
*l.fin.*C.*de repud.* & facit *text. l. liberorũ*
11.§.*fin.ff.de his, qui not.infamia, cum l.*
seq. l.Paulus 11.*ff.de statu homi. l.*2.*ff.*
de ritu nupt. Didac. in Hedrano c.3.n.5.
de consensu matrimoniali, multa refe-
rens exempla infra *nu.* 7. qui tamen
consensus sufficit, quod oretenus præ-
stetur, absque aliqua subscriptione *l.*
2.C.*de nuptijs*, & si filia contrahat, &
pater factum sciens, non contradicit
consentire videtur, ita *gl. singularis in*
d. §.*in. inst. de nupt. ver. debeat*, & si in
contrarium videatur *tex. in l.in copu-*
landis 8.C. *eod. tit. de nuptijs*, & quod
plus notandum est de iure ciuili
quod non dum patris consensus
58 est necessarius in nuptijs filiarum,
sed eo defuncto, tutorum, & aliorum
proximiorum, vt in *d.* §. *oportet*, &
fuit *Vlp. sententia in fragmentis tit.*
11.§.*ex lege Iulia* relata per eundem
Didacum, vbi supra *n.*10. qui parên-
tes si fuerint discordes, ne puella pa-
tiatur afflictionem, poterit recurrere
ad Iudicem, qui, quod utiliùs erit ar-
bitrabitur *l.*1. *eodem tit.* C. *de nuptijs*,
eman-

emancipata tamē filia, uel uidua iterum vxoranda, quæ pro emancipata habetur, non habet necessitatem ex supra adductis in matrimonio contrahendo; se tantum conuenientiam, patrem consulere, vt benè adnotauit idem *Didac. de Medrano eod. cap. 3. d. num. 7. per tex. in l. filius 35. ff. de ritu nupt. & in l. vidua 18. & l. coniunctione 20. C. de nupt.* quod; vtcumque sit, si non faciunt, vt plurimum decipiuntur ex sexus fragilitate, & contra
59 propria commoda laborant *gl. in cap. hoc sanctum 16. ver. parentum 32. q. 2. Dec. in l. fœmina nu. 82. ff. de regul. iur.* & *Boui. de statut. gl. 3. num. 43. Tiraqu. in l. 1. connub. num. 70. fol. 13.* & proptereà semper paterna authoritas exposcenda est *l. filius emancipatus 25. ff. de ritu nup. l. vidua 19.* secūdùm *Bal. ibi C. de nupt.* damnata prorsus filiarum audacia renuentium hac nostra tempestate præcipuè genitorum assensum, dum quando inscijs parentibus se nuberent, non sine magno progeniarum dedecore id faciūt, vndè adest in Hyspania *lex. 49. Tauri* dictans in tali casu, posse liberos exhæredari, & nota, quod non dum emancipata, & vidua sunt circa hoc priuilegatæ, verùm, & filia familias masculiata excedens annum 25. ista namque licitè potest nubere absque patris consensu, imò inuito patre *Sylua nupt. rub. seni, non est habendam n. 36.* & ratione ad conseruandum maiorum honorem, dum mulieres, quæ tardiùs nubunt suspectam habent pu-
60 dicitiam *Frecc. de subfeud. lib. 2. in noua addit. q. 1. vers. sæpè fui fol. 277. in vlt. impress.* & quod peius si disperata ex patris auaritia, vt multoties experimur, turpem vitam meretricalitèr ducat, minimè poterit à patre exhæredari, eius namque imprudentiæ, & negligentiæ imputandum est, qui suis rebus ignorauit consulere, quod spuit etiam *Gram. inst. § vnidè de nup. num. 7. ver. 2 in fine fo. 117. tex. est ad lit. in auth. sed si post, C. de inoffic.* test. *gl. in cap. fin. 36. q. 1. lit. P. Ricciul. in tract. de perso cap. 16. per tot.* & optimè ante *Nau. to. 3. conf. 2. de condit. appos. in princ.* & ipse latè dixi *in meo Florilegio sub rub. de dotis promiss.* Aut loquimur de iure canonico, quod attenditur, secundùm dictum de *Medrano cap. 10. in 1.* & est dicendum, matrimonia esse libera, & tantummodò contrahentium animum re-
61 quiri, vt validum sit *c. cum causam 6. de raptor. c. cum locum 14.* vbi *gl. lit. B. de sponsal. d. c. hoc sanctū 16. cum gl lit. G. 32. q. 2. & c. vidua 38. 27. quæst. 1.* ex quo *tex.* licèt cōstet parētes semper collocasse, & collocare debere filias in matrimonium, quo casu si quid boni, vel mali eueniat, mulieribus haud imputari potest *c. non omnis 12. 32. q. 2.* non per hoc sequitur, quod eorum consensus, & voluntas necessaria sit, sed tamen honesta, vt probatur per *cap. sufficiat el 2. 27. q. 2.* ibi *sufficiat secundùm leges solùm eorum consensus de quorum coniunctionibus agitur*, ergò genitorum beneplacitū, non est de necessitate, sed de vrbanitate, latissimè *Gaill. lib. 2. obseruat. 93.* & nos in *Florilegio ad Rubricam de nuptijs meis contractis*, contra *Pasch. de patria pot. parte 2. cap. 5. num. 34. & 35. Capibl. de Baron. to. 2. de baron. su-*
62 *per prag. 9. cap. 64.* Nec obstat *tex. in c. nostrates el 3. 30. q. 5. cum concordantibus*, quibus habetur maiorum interuentum necessarium esse in matrimonijs contrahēdis per filias, etenim loquuntur, secundùm communem intellectum *glosarum*, & DD. iuxta terminos suprapositos circa honestatem, & conuenientiam, non circa necessitatem; decet enim, vt pater in re tanti momenti interueniat, ne vxoranda puella in aliquam foueam incidat, quam forsan sibi foderit alicuius amasij allectatione, vt ex *psal. Proph. 7. Et incidit in foueam, quam fecit*, ita *gl. in d. c. sufficiat in princ.* & *d. c. hoc sanctū ver. parētum*, & in marg. *supra c. S. in col. 1. de nuptijs*, dum virgina-

li

li pudori non conuenit, inscio patre
sibi maritum eligere, *Ludouis. in decis.*
326. num. 15. Didac. de Medrano cap.
3. de consensu connubiali nu. 7. hocque
procedit, dato quod per verbum
oportet reperiatur canonibus dispo-
situm in talibus nuptijs patris requi-
ri consensum; dum in hoc sumitur
pro verbo *decet*, vt in *l. 1. in princ. ff. de*
Iust. & Iure, prout in terminis adnota-
uit *glos. in d. §. oportet leg. unicę, ff. de*
rapto virg. & est videndus *Azo. in sũ-*
ma C. de nup. fol. mihi 471. imò *Decius*
ad regulam nuptias 30. de Reg. Iur. nu.
9. dicit, nec minus statuto induci
posse, quod matrimonium non con-
trahatur absque parentum consensu.
Minor tamen puella, quę vltra sexus
fragilitatem, ratione ætatis non sanũ
habet animi iudicium, non valet con-
trahere sponsalia de futuro cum non
sit nubilis ætatis, nisi pater id reci-
63 piat *c. 1. de desponsat. impuber.* & *gl. in*
d. c. hoc sanctum, sed hodie per dispo-
sitionem *S. C. Trid. sess. 24. de reform.*
matr. cap. 1. est omnis sedata conten-
tio, dum ibi terminatum est, vllum in
matrimonio contrahendo per filios
consensum esse necessarium preter-
quam sponsi, & sponsæ, absque aliquo
iuramento, & contrarium dicere, est
à fide errare, prout etiam habetur ex
c. si inter 31. de sponsal. & c. licet 3. de
sponsa duorum, & tenet idem *de Me-*
drano cap. 10. num. 3. ad quæ adeas
Gutier. de matr. cap. 79. Viu. in sua syl-
ua. opin. 327. & *Iul. Chart. decis. 36.* &
parcant mihi *Barbosa*, & *de Medrano*
ibi *num. 49.* si asseram errare cum di-
cant peccare filios nubentes inuitis
parentibus, etenim S. C. Trid. malè
disposuisset, hoc fieri posse sub morta
li peccato, qua de rę cadit iuris sētē-
tia, vt non mereatur pęnam legis, qui
aliquid facit lege permittente *leg.*
gracchus 4. C. ad l. Iul. de adult. Vndè
ex his à fortiori possumus dicere, tu-
torum, & curatorum assensum (mor-
tuis parentibus) non requiri; quod
etiam ciuili iure præter canonicam
64 dispositionem sancitum est per *text.*
in l. sciendum 20. ff. de ritu nupt. ibi. *Ad*
officium curatoris non pertinere, nubat
pupilla, an non, & *in l. in copulandis 8.*
C. de nupt. Ex quibus congestis au-
thoritatibus, hoc est componendum
assumptũ per argumentum à fortio-
ri, quod matrimonium per filios con-
tractum inscijs, vel inuitis parenti-
bus, siue ratum, siue consumatum sit,
rescindi, aũt impediri non potest, ra-
tio est patens, nam si non est necesse
quod interueniat eorum authoritas
in contractu, postquam contractum
est, dirimi non valebit teste *Pasch. de*
patr. pot. d. parte 2. cap. 5. dictis numeris
34. & 35. si enim alias permitteretur
esset destruere omnia supra recol-
lecta iura, nec implicat authoritas
Panorm. de concess. preb. quem addu-
cit *Tiraq ad 9. l. connub. nu. 3. fol. 93.*
dum idem, quod supradiximus affir-
mat non honestè facere liberos, qui
nubunt sine genitorum licentia, at
iure id perficere possunt, si volunt,
tēpore tamen legitimo, & non prohi-
bito, vt est ab aduentu Domini vs-
que ad Epiphaniã, & à feria 4. Cine-
rũ vsque ad octauã resurrectionis, se-
cundũm decreta S. C. *Trid. de refor-*
matione matr. c. 10. licèt antiquitus
apud veteres aliud obseruaretur, vt
refert idem *de Medrano cap. 8.* quãuis
nonnulli dicant ex talibus nuptijs
in parentum potestate non esse libe-
ros inde natos, secùndum tradita
per eundem *de Medrano cap. 9. in fi-*
ne. Cumque sit iste locus oportunus
65 transcribere non omittam, quod di-
xit *Matth. de Afflict. in const. Regni in*
aliquibus num. 70. de success. filiorum co-
mi. & *Baro*, & *Campagna in cap. Regni*
grauamina num. 77. de grauam. uassall.
abstinendos esse principes, & pro-
inde alios inferiores ab auctoritate
pręstanda puellis feudatarijs, & sub-
ditis in eorum matrimonijs, prohi-
bentes nuptias contrahi citra ipso-
rum assensum; est verum, quod tan-
quam patres debent in hoc Zeloty-

piam demonstrare, sed non quæ comedet earum domus, habendo Deũ præ oculis, vt optimum virum puella subdita ducat, secus tamen prohibendo contrahere cum Titio bonę conditionis, ad hoc, vt aliquis ipsorum aulicus, vel familiaris eam ducat in præmium forsan seruitutis ab eo receptæ, indicibile peccatum perpetuò coniungere nõ coniugandos; & separare non separandos, iuxtà *tex. in c. licèt ex quadã 47. in fide de Testibus. de Medrano eod. tract. cap. 17. supra num.* 10. quod puto nec minus esse in scrupulo pro eo confitendo, excogitãtes forsan id honestũ, & licitum ipsis esse, & est malum super omne malum, etenim ex eo vt ipse sum expertus praui experiuntur exitus; dum impares nuptiæ litigia continuò producunt, non enarro, quod vidi, quia id dicere, esset ponere os in Cœlum, vt spuit idem *de Afflict.* vbi supra, qui potest capere capiat, & de his omnibus est *prag.* 9. *sub tit. de Baro.* hoc tamen non est obliuiscendum, adeo esse graue peccatum in hanc messem mittere fal-
66 cem, quod per *S. C. Trid. sess.* 24. *de reformat.* ipso iure, ipsoque facto incurrẽda venit excõmunicatio, iniũcta his, qui matrimonij libertatem tollunt, alias enim matrimonium cõtractum, nullum esset, ex ratione adducta per *D. Anton.* 3. *part. suæ summæ capite 7. de violentia*, nempè, quod cũ significet cõiũctionẽ Christi, & Ecclesiæ; fieri debet per liberũ amorem.

Hecque adeo vera sũt, quod si quis iurauerit cum aliqua contrahere, & deindè noluerit, potius toleratur periurium à lege canonica, quam libertatis priuatio, vnde dicit *tex. in c. requisiuit* 17. *de sponsal. & matr.* quod ex iuramẽto iurans, moniendus, & non cõpellẽdus est, quod videtur cõtra illud, quod tenuit *Baldax. de Ange. ad suum pratum C. super l. Deo nobis n.* 3. *fol.* 98. vbi dicit posse sponsas etiam sine iuramento cogi ad cõtrahẽdum matrimonium.

Ponamus igitur, quod nuptiæ inscijs, & inuitis parentibus contrahãtur, quomodo se habebunt circa dotem? hæc quiddẽ de manu ipsorum habenda est; sed qualitèr obtinenda ipsis iratis? & in hoc etiam iura occurrunt, alias enim dispositio eorum esset imperfecta si permitteret contractum absque vtilitate, quia cum dedeceat matrimonium esse sine dote, & patrem suum proprium officiũ destituere, quod est filias dotare; statutum est, commodam dotem, inspectis personarum conditionibus, & patrimonij facultatibus, ac libero-
67 rum numero vxoratæ, sic filiæ dandam esse per *tex. cum gl. in lege, qui liberos* 19. *ff. de ritu nupt. gl. in supracitato c. hoc sanctum, ver. parentum,* & *in cap. fin. vers. excusata 36. q.* 1. *Abb. in cap. cum causa 6. de rapt. nu.* 5. & *Decius in d. reg. nupt. n.* 11. *De Reg. Iur.* quod procedit, & si dotẽ ipsa filia nubẽdo, marito non promiserit, intellige tamen secundùm æquam opinionem *Bartoli*, cum de rigore, non deberi dotẽ, si filia eam non promiserit, cæteri sustinuerint, teste *Abbate d. n.* 5. ad quæ adeas *Gaill. pract. obseru. lib.* 2. *obseruati* 95. & antè *Bal. in l.* 4. *nu.* 8. *C. de sentẽt. quæ pro eo &c.* sed comprobat *Bartoli* doctrinam *Ludouisius decis.* 26. *num.* 4. vbi dicit, quod ex generali cõsuetudine matrimonia non præsumũtur contrahi, sine dote, & propterea vir contrahendo cũ filia nuptias absq; patris consensu, videtur contraxisse terminis habilibus, nempè cum dote, tamẽ si virum indignum eius conditioni inferiorem duxerit, vllam dotem habebit, secundùm *Abb. & Gaill. vbi supra*, ac *Theodor. alleg.* 80. *num.* 38. quo in casu per *tex. in l.* 1. *C. de dignit. lib.* 12. etiam dispositum est, ne possit gaudere dignitate patris, vel aui, sed *Gram.* (cuius sententia mihi magis placet, & quia rationabilior, & quia fauorabilior est) & alij, quos ipse adducit *inst. de nupt. §. vndè quæsitum est, num.* 8. contrarium tenent, vt dos de-

bea-

beatur;dato,quod impares cōtrahat nuptias, quia hoc non est caput exhæredationis,licèt aliud probetur *in l.3.§.emancipatus,ff.de bonor:poss: contra tabul*:&apud *gl inClem:ne Romani, in verbo tolli,de elect:* sed ipsi imputatur,cum malè nupserit, & per consequens non patitur, dote filiam priua-
68ri,quæ succedit loco legitimę,vt probatum est infra *cap.5.circa n.27.*& firmat *Dec:de reg:iur:in d: regula,nuptias 30:nu:10:11:& 14:* quamuis contrarium teneat *Pasch:de patria potestate d: cap:5 num:15: & seq:* quem etiam videas infra *nu:18:44:& 45:* sed secundùm ius statutarium *Ianuens.vt in lib: 5.cap.2.in fine*,vetitum est filię sic maritatæ petere dotem, sed tantùm alimenta,dummodò,non sit masculiata, tunc enim dos ei non poterit denegari.

Soluta igitur filia per nuptias secundùm pręscripta iura à patria potestate,dicendum est,quod transit in
69potestatem mariti *gl:in §: 1:lit:F, inst: de senat:cons:Tertull:* & in totum, & pro toto,viro subdita esse debet,iuxtà sententiam *Apost:ad Ephes 5.lit.E*, ex *Gen:c: 3:* dicents; *Mulieres, viris subdita sint, sicut domino, quia vir caput est mulieris, sicut Christus caput Ecclesie,c:cū caput 15:* vbi *gl: ver: blasphematur,c:femina 7:30.q:5:* & in *cap: mulierem 17 in ordine 34.q: 5:* & *in c: de filia 26:in fine 27: q: 5:* quamuis de iure Romanorum remaneret in potestate patris secundùm *Tass.de antef:ver:8.obser:2:n:15:Tiraq:* et alios adductos per *Ludou:decis.Perus:28: n: 11.*ita et talitèr, quod non dum eius correctioni stare tenetur, dum ab eo puniri, et castigari potest, licet cum moderamine tanquam in sociam,non in famulam, nempè metu, et minis
70absque verberibus cum actus isti disconueniant inter vxoratos (licèt malè obseruent plebei, dum baculus contra vxores videtur eis terminus necessarius sine quo nō.) ita *gl. in d.c. 3.vers.ferrum 25.dist.in c.sicut 39. ver. iudicare 7.q.1.* & *in §. quia verò vers. prædicta auth.vt liceat matri,& auiæ,ac gl.noua in l.in causis x in fin. C.de repud.* & aliàs se viri gerentes cum flagellis,poterint repudiari,& matrimonia
71separari,*§.si quis autem*,vbi *gl. authēt. vt liceat matri,*& *auia,Sanfelic. praxi iudiciaria sect. 9. num.7.fol.19. Thes. decis. 130.* quod intelligendum est quando cum multa sæuitia fiat,secus autem si leuitèr percutiatur: dicunt tamen honorati viri,quod semel vxori tunc iniiciendæ manus, sed cum pugione, nam præter casus mortis dedecus est sociam tangere; verum etiam omnia seruitia,exercitia, opera,& labores in eius domo facere *Tiraq.in principio l.connub.gl. 1.n.26.*vbi portat *Bened.Capr.cons.71 2.Surd. de alim.tit.3.q 29.nu.9.10. 11. & per tot.* attentis tamen eius gradu, & condi-
72tione *gl.in l.sicut ff.de oper.libert. in l. liberta 8.C.eod.*& *in d.§.1. inst. de Senat.Cons.Tertull.ver.parentis,Oin.in §. sed si pater num.6. Quib. mod. ius patr. pot.fol.Didac. de Medrano cap.4.in fin. de cōsensu cōnub.*ac *gl.in marg. l. idē; 48.ff.de vsufr.& quēadmodum,&c.* quæ vult, posse etiam ad hæc compelli contra *gl.in margine l.3.§.si decem iussus dare, ff. de statu lib.* dicentem non ad industriales, sed ad obsequiales operas tantùm mulierem teneri,cum qua cōcordat,quoq; *Ludou.dec. Perus. 28.num.10.*& *Tasso de antef.ver.4.obseru.4.in princ.*& tanto magis si nobilis sit *Gratian. discept. forensium tom. 1.c. 120.num.58.* non tenetur operari, & *Tiraq.de nobilit. cap.20.num.9.* tamen bona mulier iuxtà *prouerb. 31:* debet etiam fabriles esercere, & lanam, & linum querere, vide *Aret. inst. de Senat.cons. Maced num.3.*& *Bald.in l.assiduis num.8.C.qui potio.in pig.habea.* nā inuenies, quod tenetur facere telam pro viro,& per *Matth. de Afft.in Rub.*
73*Quib.mod feud.ami.ver.item fidelis nu. 16* æquiparatur seruis, qui in omnibus Domino seruire tenetur *Hodier. controu.for. cap.14. num.30. & 31.* & tan-

tanquam serui olim interfici poterat,
quod statim ab Imperatore correctũ
fuit, teste *Aldobr. in rubr. instit de patr.*
pot. num. 6. & in §. ibi posito *ius autem*
num. 41. ex l. Gallica, qui labores etiã
debentur in viduitate, si cum hære-
de cohabitauerit, vt per *Petrum Pec-*
chium de testamentis coniugum cap. 10.
n. 5. & *Aret. inst. de Sen. Cons Tertull. n.*
4. & in §. *in bona fidei num. 8. de actio-*
ne, & *Surdus de alim. tit. 3. q. 29. nu. 35.*
cum plur. seq. qui n. 39. dicit, quod si ex
iusta causa extra domum essent dan-
da alimenta debet deduci prætium
operum, quod probo, quando ip-
sa esset causa absentiæ, secus tamen
si non sua culpa exiret, sed forsan
propter impertinentias eorum, qui
tenentur ad alimenta. tunc enim in-
tegra debent dari ne lucrum sentiãt
ex propria culpa. tamen si fuerint le-
gata in specie, hæc omnia cessabunt,
sed Bal *non de dote p. rte x priuil. 1. n.*
10. declarat hoc intelligendum esse,
quoad certum respectum: sit quomo-
docunque, bonæ mulieres, debent
continuò laborare, quia ipsis plusquã
viris inseruiunt, nam sic hilari cilio
inspicientur à maritis, & non chiro-
thecis vti, prout nunc intueor facere
74 nonnullas (sit mihi fas dicere) mo-
dernas signorellas, quæ nec minus
sciunt earum progeniem, nam vix in-
troductæ domum virorum, ipsis le-
gem iniungunt, & volunt pompas
habere, tanquam titulatæ preter pro-
priam conditionem, propter quod
adeò iurgia insurrexerunt inter ip-
sos, quod sunt etiam vulgi fabulæ:
infelicissima matrimonia, dannatæ
nuptiæ, quæ tam prauum finem ex-
periuntur. Sed quod de mulieribus
dictum est etiam viris iniungi debet,
etenim, & ipsi plusquam vxores la-
75 borare debent (& ita non esset, dum
plus de nocte, quam de die miseri nos
insudamus) & non halitu conflare
cyatos, vel tota die apricari, (prout
sunt nounulli viri quidam, &c.) sed
suarum domorum semper satagere,
& fatigare, quod facientes adimpleri
videtur debitum naturæ, conuenien-
tiæ, & legis, vndè dixit *Paul. Apost. 1.*
Corinth. cap. 7. lit. F. Qui autem cum
vxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi,
quomodo placeat vxori, & diuisus est.
dum totum onus super eorum dorsũ
fabricatur crucem enim matrimonij
ferre, & iugum eius portare inuicem
tolerabile erit, & vir cum caput sit,
viriliter segerere debet & esse caput
istius laboriosissimi itineris, nam ipse
ad maiora tenetur cum laxiores ha-
benas habeat vbicunque voluerit; ip-
se namque seruat familiam, ipse de-
cus suorum custodit, & ipse naturali
iure sibi natos educare obligatur, vt
supra probauimus, & firmat *Ozerius*
inst. de iure nat. gent. & ciuil. num. 28.
quam educationem omni studio sum-
ma diligentia procurare debet, vt
Docti, & Religiosi fiant: sic enim Deo
placebunt, & homines delectabunt,
cum doctrinæ lumine clarescat pro-
sapia, dũ sciẽtiæ radijs illustratur Mũ-
76 dus *gl. in c. cum ex eo 34. ver. indigere*
de elect. & *Electi potestate in 6.* & cum
deuotionis, & religionis habitu erga
Deum Patrem nostrum omnipoten-
tem redditur omne per æuum illu-
stris, & immortalis. Bonus vir debet
inuigilare in acquirendo legitimè,
& bona vxor in conseruando dili-
gentèr, dum pro adiutorio viro data
est, vt legitur *Genes. 2.* ò fœlix copu-
la, ò beatæ nuptiæ; quando vna caro
ex duobus animis est vnica voluntas,
velle mulierem, quod viro placet sã-
ctitas, dum *Eccle. 25. lit. B. legitur Bea-*
tus, qui habitat cum muliere sensata, &
26. in principio mulieris bonæ beatus
vir: numerus enim annorum illorum
duplex velle virum, quod mulier op-
ptat paradisus terrestris censendus
erit, fortunata domus absque discri-
77 mine rerum, sic plaudit *Syl. nupt. in*
rub. est nubendnm num. 12. Luc. de Pen.
in l. 9. C. de incol. lib. x. col. 4. in medio
Tasson. de antef. ver. 8. obseruat. 2. n. 23
& seq. & ex professo curiosè viden-

dus

dus P. *Aloysius de Leone in suo vulgari tract. della perfetta maritata*, in quo p passus sacræ scripturæ multa dicit ad hanc materiam opportuna. Et sic seruando cõiuges de pari in laude procedunt, non enim antecellit maritus vxorem, si cum ipsa sequatur in rerũ acquisitarum custodia, dum scimus adhùc non esse terminatam contentionem, si plus fuerit Caroli fortuna in tot regna acquirendo, quàm Philippi filij prudentia in illa regendo, & gubernando; hoc faciant coniugati, si plus mori quàm gloriosè viuere cupiunt. At in hoc postmodum non æqualem esse viro mulierem regula
78 limitetur, dum ipsa est gloria eius, & vir est gloria Dei secundùm *Apostol. 1. Corinth. 11. lit* B. *&* C. & propterea non est mirum, si ipsi reuerentia debenda est, *vt in l. alia causa xv. §. 1. in fine ff. sol. matr.* & latiùs infra *cap. seq. num.* 128. E contrà postmodum, quãdo euerso toremauto non sunt animi cõcordes, & quilibet de capillo vult facere funiculũ, et per omnẽ lapidẽ transcurrere, et mulier induere pallium, et vir gallicam contrà id, quod *Deut. ca. 22. lit.* A. statutum est, nil boni peragere poterunt; erit eorum habitatio infernus; ipsi demones in carne, et proles eorum mũdi opprobriũ. Dij fassint, et essem mendax in hoc; quod nõ sit maior pars vxoratorum calamitas, quàm fælicitas; infortunatus vir cum praua vxore, dum *Ecclesiast. eod. cap. 25. lit.* C. habetur, *Commorari leoni, & draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam*, & tunc maximè quando ille insudando aliquid acquirere studet, et illa dissipare proponit, in hoc quidèm, scelus altiorẽ requirit indaginem, quam eam rerũ amotarum actione conuenire, vt *in l. 1. & in l. nihil 13. ff. de act. rer. amot.* et
79 si patientia in tali casu non concurrat, nescio, si prudentia sufficiat in alligãdo mariti manus, nè in furorem se præcipitet, dum nec conuenit, nec potest contra ipsam criminalitèr apud Prætorẽ conquæri pro subtractis, et dissipatis rebus, licèt ex officio possit iudex ipsam punire, cum magni valoris bona sint secundùm *Bar. in l. 1. n. 4 ff. de act. rer. amot.* qui
80 dat rationẽ, hoc non permitti, dum adest matrimonium; quod si morte, aut diuortio solueretur benè furti actionem conueniendam esse voluit *tex. in d. l. 1. in princ.* vndè in his dissentionibus dixit *Iuuenalis satyra. 6.*

Sẽper habet litẽ, alternaq; iurgia lectus,
In quo nupta iacet, minimur dormitur in illo,
Tunc grauis illa viro, tunc orba tygre peior
Cum simulat gemitus occulti conscia facti,
Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat
Vberibus semper lachrymis semperque paratis
In statione sua, atque expectantibus illã
Quo iubeat manere modo.

Et *Terent. ad Adelph.*

Duxi vxorem, quam ibi non miseriam vidi: nati filij
Alia cura: porrò autem dum studeo illis, vt quamplurimum.
Facerem, conrriui in quærendo vitam, atq; ætatem meam
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his furo
Odium.
Meam autem mortem expectant.

misera vxor cum improbo viro; non
81 maritata, sed vidua nuncupari debet habens virum inutilem, & infamem *c. 2. §. sed neque de transl. Episc. gl. in l. fin. ver. orbitate, C. ad l. Flau. de Plag. Neapod. in consuet. Neap. si quis, vel si qua, de succ. ab int. n. 189. Alc. de verb. signif. l. malũ 242. §. viduã n. 30. & 31. Alphõs. de Olea de cess. iur. t. 3. q. 7. n. 25. Stayb. to. 2. resol. 155. n. 71. cũ nonnullis sequẽtibus, Cassan. ad consuet. Burg. rubr. des enfans, §. 4. ver. apres le trespas, n. 2. folio* 214. cum paria sint non esse, & esse inutile, vel inhabile *leg. 1. §. fin. ff. quod cuiusque vn. no. l. quamuis 8. §. si conueneris ff. ad Velleian.* et consequenter

quenter habet fori electionẽ *Carlen. de iud.to.1.lib.1.t.1.q.6.sect.7.n.540. fol.235.* ità quod viduarum priuilegijs potiri debet *Carocc. decis.106.id. Carleual.de iudic.lib.1.tit.1.disput.2.q.6.nu.540.* & latè *Tiraq.d.leg. connub. l.6.num.12.* dum quæ maior infelicitas coniugatæ, esse alligatam viro, & virum non habere ? & pro fruendis beneficijs conjugatarum pati viduarum miserijs: dum mulier dicitur socia marito *l.1.ff.rerum amot. l.1.ff. de ritu nupt. l. aduersus 4. C. de Crim. expil.hered.gl.in l.alimenta 16.§.final. lit.Q.ff.de alim.& cibar.leg* & propterea non ex pede, nec ex capite, sed è costa tracta secundùm *Oin. de act.§. fuerat num.83.fol.492.*& non simplicitèr, sed diuinæ, & humanæ domus secundùm *gl.in l.hæres 35.ver.postulare.ff.de negot.gest.& in §.item si de dote inst. de action. Neapod. in consuet. in omnibus de alim.præsta.num. 82. Costa de facti scien. censur.1. dist.89. num.8. & cent.2.dist.40.num.175. Thes.decis. 32.nu.1.Tiraq.leg.connub.8.n.12.*

82 vndè dixerũt *gl.in l.1.§ si pater necatus lit.I.* & *Cons.Hod.contr.for .c.42.n.3. & 4.* vnam domum, vnamque familiam esse mariti, & vxoris, in qua omnia communitèr sunt tractanda, & æqualiter, etiam quo ad debitum carnis, quod est quoq; mulierũ priuilegium, dum in hoc de pari coniuges inter se procedunt omni subordinatione, & subiectione remota, nõ minus enim viro vxor, quam vxori maritus debitum quærenti satisfacere tenetur, iuxta sentẽtiã *Pauli Apost. d.c.7.* quas cõtrarium faciẽtes obligat ad peccatum. Ibi *vxori vir debitum redat similiter autem, & vxor viro, mulier sui corporis potestatem nõ habet similiter autem, & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier*, quæ confirmãtur *per c.nuptiarum 41.27.q.1.* & *c.viduam 3.* vbi *gl. de conuers.coniugat.* exceptis tamen, nonnullis tẽporibus, nempè deuotionis, in quæ sacramenta pœnitentiæ exercent *c.1.* vbi *glos. 33. q.4.* & *P. Bartholom. ab Angelo in suo examine cõfessariorũ dialogo 4.§.222: ver. at quoniã,* & *ver. sed videtur fol.140.à t.* vel quando fuerit vir leprosus, vel morbo gallico, vel alio affectus, quia tunc licitè poterit debitum denegari *gl. in c. ventum 18. vers.quomodò 1.q.1. Campagna in c.regni mulier dotarium num.75.* à qua societate videre se mulier separatam in vita, ob viri prauam conditionem, & voluntate priuata alium ducere, quam grauis sit dolor.

Chi'l vidde il sà, tu'l pensa, che l'ascolti.

Et si dicuntur vna domus, vna familia, imò vna caro, iure voluit *gl.in l si sponsus 5. §.si maritus, ff.de donat. inter vir. & vxor.* non teneri vxorem viro de nũmis ab eo receptis, nisi in casu, quo pauper sit, ipsa verò diues, cum tunc etiam eum alere teneatur ex cõgestis per *Bald.cons.478.vol.5.num.2.* & si de dicta pecunia forsan aliquem fundum emerit, fundus erit vxoris, non habens vir nisi actionem do pretium *l.multum interest 6.* vbi *gl.* & *Salyc. C.si quis alter vel sibi sub alterius nomine, vt aliena pec.emerit: Reg. Capyc.Latro vol.1.decis.46.n.32. Lud. decis.perus. 28. num. 9.* estque adeo socia viro, vt hanc materiam prose-

83 quamur (licèt in aliquibus debeat à viro licentiam habere, nempè in faciẽdis alicui muneribus, vel eleemosynis, dum inuito coniuge hoc ei interdictum est, vt concludit *Bart. in l. 1.in fine,ff.rerum amot.* & *Tir. de legib. connub gl.5. in tex.Contratter.nu.218.* aut votis si tamen realia sint vel personalia viro præiudicialia, vt peregrinari, & similia, ita *Bonac. to.2.disp.6.q.2.puncto 7.§.2.à n.10.ad 18.Host. in summa de vot. num.6.7.8. & 9.* vbi idem de filio fam. firmat ne possit de peculio profectitio eleemosynam facere) & adeo mariti ossibus coniuncta, quod suũ forum, & domicilium semper sequitur *Angel.in l.vnica nu. 3.C.de mulier,* & in quo loco *lib.x.nu.*

3.vbi

3. vbi etiam latiſſimè Azzo per tot. fol.
961. quod Gram. inſt. de Patr. pot. dicit
eſſe mirabile in §. qui autem ex filia
nu. 18. cum alias mutatio domicilij
non faciat mutationem fori origi-
nis per iura ibi ab eodem adducta,
vide Abb. in capite ſignificaſti 18.
in fine de foro ap. eiſque honorem,
ſtatum, & dignitatem amplecti-
tur, vndè ſi eſt titulatus, vti Dux
erit, & ipſa titulata, nempè Du-
ciſſa, ſi Rex Regina Alphonſus de
Olea de ceſſione iurium tit. 3. q. 9. n. 29.
& domina ſicùt vir l. fin. vbi gl. C. de
incolis lib. 10. l. mulieres 13. C. de digni-
tatibus lib. 12. l. ſi romanus qua eſt 1. Lō-
gobarda, vt mulieres lege mariti &c.
gl. in l. cum quidam 19. littera G ff. de
iuriſd. omn. iud. in terminis Hierony. boc-
caferr. conſ. 40. nu. 35. Pr. Laina 1. par.
rerum regul. tract. 6. quæſt. 4. per tot.
Taſſon. de Anteſ. verſ. 8. obſeruat. 2. n.
15. & Præſes Donat. Ant. de Marinis
to. 1. quotid. reſolut. cap. 22. 58. & 350.
quem vide nè alienos labores tran-
ſcribam, an vxor clerici coniugati,
84 vel militis ſequatur forum viri, nem-
pè gaudeat eorum priuilegijs, proùt
etiam ponit Thor. compend. deciſ. to. 1.
in verbo vxor fol. mihi 584. Cauenſ. in
ritu 235. n. 7. Caſſan. ad conſuet. Bur-
gun. rub. 1. §. 5. in tex. Siluagr. num. 60.
Nau. cōſ. 15. de teſtam. to. 2. fol. 470. la-
tiſſimè Reg. Rou. ſuper prag. 1. de Cler.
ſeù diacon. Salu. n. 2. Gab. de Pareia in
tract. de Inſtrum. edit. to. 1. tit. 2. ſpecial.
6. n. 360. 361. 362. & ſeq. & Præſ. de
Frāch. dec. 363. deciſū fertur denega-
tā fuiſſe cauſæ remiſſionē petitā per
vxorem certi matriculati curiæ artis
Serici; ratio eſſe poteſt, quia licèt
vxor ſequatur forū viri, intelligitur,
ſi fuerit perſona ordinaria, nēpè ſi Sa-
lerni nubat, vel Neap. dicitur Saler-
nitana, vel Neapolitana, & gaudet
eius priuilegijs ſecundùm Carl. in-
fra citanda diſp. 2. nu. 660. ſecùs ta-
men ſi fuerit ex aliquo exercitio, vel
ordine priuilegiatus; quia tunc pri-
uatæ legis viri non gaudebit benefi-
cijs, de quibus vide latiſſimè eundem
P. Laina vbi ſupra quæſt. 6. 7. 8. 9. & 10.
& Recc. coll. 2140. & Carleu. de iudic. to.
1. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. num. 65. & 66. &
contra mulieres militum eſt prag. 11.
cap. 8. ſub. rubr. de militibus, & ſic teſtor
fuiſſe deciſum per M.C.V. ſub die 8.
Martij 1655. apud auitabilem f. 9. in
proceſſu exiſtente cōmiſſario Ioanne
Micone, contra Antoniam Panatel-
la, quæ patierat causā remitti ad au-
ditorem regiarum triremium, ex quo
vir in illis quodam exercebat officiū
ad fauorem Io: Baptiſtæ Alefante, &
cōfirmatū per S.R.C. ſub die 20. Maij
eiuſdē anni fol. 16. à t. digniſſimū qui-
dē eſſet, ſi clerici coniugati vxor etiā
gauderet priuilegio cap. ſi quis ſuadē-
te, & priuilegio fori in criminalibus,
ſicut vir ratione ordinis, quo fuit in-
ſignitùs, qui, ſi deceſſerit vxor, volue-
ritque ſacerdotium ſuſcipere, non
habet neceſſe reuocare gradum ad
iterum obtinendos minores ordines,
85 quos per prius obtinuit, & propte-
reà ſi prælatus diſpenſet, gaudet pri-
uilegio fori, & dicti canonis ſi quis ſua-
dente, ſecundùm Couarrun. vol. 2 cap.
31. práct. quæſt. Vin. opin. 504. num. 5.
Tolet. ſua ſumma cap. 31. num. 4. verſ. 4.
Debet. lib. 1. & Squill. de Priuil. cleric. c.
6. num. 24. ſed gl. in cap. eos. qui x. diſt.
32. his rationibus non obſtantibus
86 contrarium tenet cum altera gl. in c.
3. verſ. clericum 11. q. 1. eaſque ſequi-
tur Tiraq. de l. connub. gl. 2. num. 54. &
nota, quod non dum vxor ſequitur
domicilium viri, vt probauimus, &
tenet quoque Tiraq. leg. 1. connub. nu.
28. quando cum viro manet, ſed
etiam ſi adhuc non ducta domum
eius, cum parentibus ſiſtat, prout in
diem accidit, ità Pareia vbi ſupra nu.
380. intellige tamen prædicta omnia,
quo ad iudicium, dum quo ad rea-
lia, vel mixta, ſubire debet onera in
loco originis ſecundùm eundem Pa-
reia ibidem num. 368. cuius doctrina
ſingularis cenſenda eſt, & ſic de bo-
nis in dotem datis, & ſitis in patria
vxo-

dignitatem retinebit, attenta dispositione d.l. femina, & quia resolutio desumitur ex anima tex. in d. §. non tamē auth. de nuptijs, eius primò vtar authoritate, vt.f. vltimi consortis, quia eius verè vidua dicitur, ibi, *Quae enim priorum oblita est, non rursus ex prioribus adiuuabitur*, facit etiam *tex. in d. l. feminę in fine*, in illis verbis, *Aut separata ab eo alij inferioris dignitatis non nupserit, l. filij 22. §. vidua mulier ff. ad municip. de Affl. in rub. Quib. mo. feud. amit. ver. item si fidelis, nu.* 2. contrà *Grā. inst. de patria pot. §. qui autem filia, nu.* 21. qui aliàs sentijt per *tex. in d. l. filij, §. vidua*, quod etiam naturalis ratio dictat, vt eius iura sequatur, quem vltimò secutus est, & videmus quòd vmbra luctus, quàm induitur, sequitur corpus vltimi viri, & propterea eius quoque debet fauoribus potiri, ità Pareia *vbi supra n.* 408. vbi discurrit super *decis. Pres. de Franch.* 363. quomodò intelligenda sit; vndè non immeritò dixit *gl. in c. 3. ver. in morte 33. q.* 2. quod si indè decedat, debet etiam eligere sepulturam vltimi viri defuncti; dum contractis secundis nuptijs, cubile viduali destituto amisit omnes viduitatis gratias, & sic cum denuò nubat non potest dici amplius vidua; tamen in facto vidimus contrarium practicari; & D. Cornelia Caracciolo, quae tres viros habuit, quorū primus fuit Iulius Caracciolus, secundus Marinus Caracciolus Dux Siciniani, & tertius D. Carolus Caracciolus; quibus omnibus mortuis, Ducissa Sicinianensis fuit nuncupata, & sic honorata titulo secundi coniugis; quod potest procedere, & tolerari, quando vltimò facta vidua, cum filijs primi, vel alterius consortis habitare voluerit, quia tunc ex hoc actu videtur reassumere dignitatem eorum patris, prout videmus dari casū, vt supra diximus, quòd recuperabit tutelam filiorum post viduitatē vltimi viri, qui fortior, & potētior est reintegratione honorum, & dignitatum secundùm *Io. Fab. in auth. sacramētum, C. quando mul. tut. offic. &c.* & *Alex. ad Bar. in l. si sciāt, C. ad senat. conf. Tert.* contrà *Ricc. coll.* 3868.

Sequitur ex praenotatis, quod dum mulier nubendo fit sui iuris, & est liberata à patria potestate; liberè potest testari absque consensu patris,
91 ità Iacob. Anell. de Bottis *ad consuet. suprac. sed & mulier, Ant. Caius ad Aret. ad senat. consul. Tertull. Thes. decis.* 150 *nu.* 2. & *Gram. cons.* 87. imò quod plus potest disponere sine illa solemnitate Mundualdi secundùm *Arnon. epitom.* 16. idest, viri interuentu; dum legitimus Müdualdus vxoris est vir de *Affl. decis.* 260. *nu.* 4. si tamen ipsa filia iure Longobardo non viuat, tunc .n. de necessitate mariti adstantiam requiri censuit nostrum sacrum Consilium tempore *Consiliary de Affl. decis.* 260. prout meminit *Marant. 3. par. sui speculi rub. iudicij tela aggreditur n.* 125 secundùm quod ius in Gallia conformem vigere consuetudinem, testatur *Cass. ad consuet. Burg. rub. 4. §. 1. in text. ne aussi par testament f.* 130. & meminit idem *Caius ad Aret. vbi supra*, sed in Regno nostro, quando de cōtrario non cōstet, semper iure Romano personas viuere putandum est secundùm
92 *Troys. super ritu 291. n.* 2. tamē considerata *d. decis. de Affl.* 260. vlla adducitur in ea expressa lex Longobarda, quae hoc mandet, sed tantùm certa sanctio prohibens contractus mulierum sine Mundualdo, ex quibus rerum suarum alienatio datur per *text. in l. 1. & seq. Longobarda, Qualiter mulieri libera, &c.* ne deciperentur, vt ex *Consiliario Roccho cent. 5. resp. 98. nu. 2. fol.* 329. & sumpto argumento valido de contractibus ad vltimas voluntates, idem de testamentis iudicandum erit, cum & in ipsis bona alienentur, & in alios transferantur. Sed salua pace tanti viri, & cum licentia tanti supremi Tribunalis fas sit mihi ostēdere, quicquid contrarium sentiam, & est, quod si statuto prohibitio non potest induci mulieribus, ne possint

condere testamentum citra viri consensum; quia tolleretur libera testandi facultas ex singulari doctrina *Pau-*
93 *li de Castro in l. ex facto in princ. penult. notab. ff. de vulg. & pupill. substitut.* & est magis opinio DD. communis, vt testatur *Arnon. d. Epitom.* 16. cum quo subscribitur etiam *Alex. consil.* 155. *vol.* 2. & dictus de *Affl. vbi supra* licèt ibi malè sentiat *Vrsill.* prout idem de conuentione procedere dixit *Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta num.* 5. *de verb. oblig.* quomodo ergo ex interpraetatione mentis legis Longobardæ id inductum, vel dispositum esse firmari poterit? esset hoc dicere contra prædictam legem, etenim ipsa cautum est, mulieres eo iure viuentes, statim, quod nubant à patria potestate esse liberatas, vt supra probatum duximus *num.* 36. & nunc firmat *gl. inst. de Senat. Cons. Tertull.* §. 1. *ver. parentis* & *Gram. d. cons.* 87. *in fine* ad similitudinem emancipatorum, sed sic est, quod emancipata liberè
94 potest testari secundùm *gl.* & DD. *in l. si vxorem* 5. *C. de condit. insert.* quorum communem esse opinionem refert *Vin. opin.* 302. *num.* 8. ergo idem de viuente secundùm legem Longobardam, imò à fortiori cum emancipatio nil aliud sit, quam liberatio à patria potestate, per quam filius sui
95 iuris efficitur *l. fin.* vbi *Salyc. C. de emancipat.* Itaque si per nuptias filia, vel iure Longobardo, vel consuetudinario, vt in hac Ciuitate statim dicitur effecta sui iuris, dato quod ma-
96 ritata permaneat cum patre, *Neap. in supracitata consuet. sed & mulier*, & diximus supra *d. n.* 36. quare subiacere valebit arbitrio viri in vltima eius testamentaria dispositione cum dispar ratio assignari non possit inter emancipatam, & nuptam? Nec obstat argumenti inductio de contractibus ad vltimas voluntates super quo plusquam in alio fundatur *d. de-*
97 *cisio* 260. ex notatis per *Salic. in l. fin. C. de leg.* etenim tunc procedit, quando eadem in vtroque ratio concurrit, secundùm *Angelum* per *dictam legem finalem inst. de lege fusia can. Toll.* secùs autem quando diuersitas inest, in contractibus, ideò dicta *lex Longobarda* 1. 2. & *seq. Qualiter mulier, &c.* prohibet ne fœminæ contrahant, quia decipi possunt, & lege permissum est contrahentes inuicem
98 se decipere *l. in caussa* 17. §. *idem Pomponius ff. de minor* 25. *an.* ad quod euitandum, mundualdi consilio earum stipulationes submittit, etenim quid scit de fideiussione mulier? quid de permutatione? quid de censuatione, & alijs? vnde cum earum consilium sit infirmum, debent propterea peritiores adire: non sic est in testamento, quia cum mulier sciat se morituram, & debere disponere de rebus suis, nullus ipsa melior poterit ad eius animam, considerationem habere, ad parentes dilectionem, & ad pauperes pietatem; & meritò debet abesse omnis alterius consensus, vt eius testamentum firmum sit; & sequeretur hoc inconueniens, quod si disponeret mulier; & maritus non cōsentiret, decederet intestata, vndè daretur captatoria voluntas à lege damnata; *i.* instituo, lego, vel fidei committo Titio, &c. si vir meus vo-
99 luerit secundùm *tex.* cum ibi per scribentes notatis *in l. captatorias* 11. *C. de milit. test.* quæ nec minus militibus concessa est, vt ibi legitur. *Captatorias institutiones etiam in testamento militis nullius esse momenti manifestum est*, vndè cum hæc non possit dari, & mulier si disponat, & maritus dissentitur, testamentum valet: eius consensum patet non est necessarium; ita in punctis notat *Io: Angel. Pisan. ad dictam decis. de Affl.* 260. & *Vincent. Maxill. ad consuetud. Bari fol.* 237. *nu.* 14. *cum seq.* contra eundem de *Affl.* & vide *Vision. in suis conclus. Iur. ver. mulier viuens fol.* 192. & circa illud, quod dicit *Oin.* vt filia nupta non possit testari loquitur de iure communi

muni in §. *sed si pater nu. 8. inst. Quib. mod. ius patr. pot. soluitur* vndè in terminis præfatis, aliquod non videtur per Pontificem inductum priuilegiũ in *c. 9. de testam.* vbi disposuit mulierem posse testari ad pias causas viuente viro, & sine propinquorum consensu, prout etiam adnotauit *Dũsa tom. 1. de pugna DD. rubr. de legat. pijs cap. 2. num. 11.* & præter hæc in testamentaria dispositione, quis viro suspectus magis dici potest? præsumitur enim de facili mulierem decipi suasionibus, vel seductionibus suis,
100 vt dixit *Cassan. ad consuet. burg. sub. 4. § 4. num. 11. fol. 140.* & idem de *Affl. dec. 69.* licèt non possit censeri testamentum nullum si maritalibus allectationibus inducatur vxor ad eum declarandum hæredem secundùm
101 dictum *Cassan. vbi supra § 1. à n. 1. ad 6.* & *Tiraq. de leg. connub. gl. 5. num. 99.* & *de Franch. dec. 180.* quia cum sit mulier, adhuc dum testatur, timet, amat, disperat, & sperat salutem, cogitat si viueret, & viro non complacaret, quod amplius non bene secum haberet, si decederet, putaret ne post mortem famam eius, plusquam in vita offenderet, & maritus sit vtcumque bonus, & vir probus, vt cuncti faciunt, ad eius molendinum aquas desiderat, & non deficit blanditi mellifluis verbis, vt mulieris voluntatem ad suum finem optatum reducat, ait enim *Præs. Donat. Antonius de Marinis*
102 *lib. 1. quot. resolut. cap. 298. supra num. 10.* maritum esse dominum vxoris voluntatis, ita, & taliter, quod quicquid cupit, aut iure, aut facto consequitur: non dico postmodum, quando improbus, & superbus est, quia tunc formidine pœnæ, maiora obtineret, & propterea siue boni, siue mali sint viri, vlla in hoc est eis adhibenda fides, dum vxorũ constantia, eorum non valet resistere importunitatibus, hoc adeò verum est, quod lex eos habet suspectos in officio curatorum ergà mulieres *l. 2. vbi gl.* quæ dat rationem in casu *C. qui dare tut.* quod secus est de iure saxonico, ex quo vir fit curator vxoris teste *Om. dicto § sed si pater num. 9.* & licet Procuratores esse valeant; quia tuendo, & procurando possunt mulierum reddere meliorem conditionem: secus autem si curatores fuerint §. *vidẽ gl. ver. curatorem, inst. de susp. tuto. gl. in l. 1. ff. de excusat. tutor. l. maritus 21. C. de procurat. d. l. 2. C. qui dare tutor. vel curatores poss.* sed hoc intelligitur de bonis aduentitijs, non de dotalibus, quorum vir erat Dominus vsufructuarius *per tex. in lege doce ancillam 9.* vbi *Salyc. C. de Rein.* neque de paraphernalibus, in quibus administrationem habet, vt in *l. fin. C. de pact.* & de hoc adeas *Giurbã* lariſſimè tractãtem hanc materiam *decis. 109.* quæ paritate lex vritur etiam in vxoribus, dum nec minus ipsæ virorum possũt esse curatrices, vel procuratrices, se-
103 cundùm congesta per *Io. Baptistam Thor. tom. 1. compend. decis. verbo vxor fol. 584. col. 2.* & *Arno. singu. 51. per tex. in l. 4. C. de Procurator.* & meritò, quia correlatiuorum eadem debet esse dispositio, & tunc præcipuè, quando
104 æqualis militat ratio *Vrs. ad Matth. de Afflict. decis. 291. num. 4.* & propterea his perpensis rationibus, ius nostrarum pragmaticarum salubriori consilio disposuit, vt vllo quouis modo mulier, contrahere, se obligare, aut fideiubere possit, nec velleiano etiã
105 certiorata renũciare, vt in *prag. 1. de Senat. Consul. Maced.* & tamen hæc dispositio, & prohibitio non habet locum, nisi in contractibus, dum circa testamentarias dispositiones non procedit, cum non possit ratio, quæ inest in actibus inter homines adaptari, & extendi nunc ad actus vltimæ voluntatis, prohibuit statutum, mulieres contrahere, & fideiubere: quia non possunt vires habiles ad negotiandum habere, & de facili remanerent indotatæ, & miseram vitã ducerent, & esset eis mors solarium,

& vita supplicium sicut de filijs re-
106 bellium dicimus per *tex. in l. quis-*
quis 5. §. filij C. ad l. Iul. maest. (dum-
modo non sint clerici, qui ab hac
pæna per iudicem temporalem infli-
genda sunt immunes, & à priuatione
beneficiorum præcipuè *gl. in c. satis 7.*
57. dist. licèt in praxi malè seruetur,
sufficit enim esse filios Adæ, vt pec-
cati pœnam reportent) quibus ex mi-
sericordia vita concessa infelicissime
decedunt, cum semper debeant esse
egentes, & pauperes; vnde nec mi-
nus haberent deceptæ mulieres ali-
quid pro anima disponere; quod
non est in actu testamentario; dum si
relluri corpus, & sepulchris osse re-
linquit, & bona, & dotem viuis, qui-
bus voluerit legare ex sua mera di-
spositione potuerit citrà alterius ar-
107 bitrium secundùm *tex. in l. qui in*
potestate 6. ff. de testam. & in illis im-
ponere legem, quæ sibi placue-
rit per *tex. in §. disponat auth. de nupt.*
dummodò iure aliquo, aut pacto nō
prohibeatur, prout communitèr pra-
cticatur, etenim patres dotando
filias pacisci solent in dotali instru-
mento, quod decedentibus sine libe-
ris, de quota parte tantū disponere
possint, reliquum verò ad suos hære-
des redeat, dummodò non sit tantū
dotata pro quantitate legitimæ, de
qua cum filia liberè possit disponere
108 secundùm *Cam. Sal. in consuet. eas*
autem lit. B fol. 97. de success. ab intest.
vllum poterit à parentibus adijci
onus *l. omnimodo 30. & l. quoniam in*
prioribus 31. vbi *Bar. & Salyc. C. de in-*
offic. test. Reg. Rou. ad prag. 4. de feud. in
primis allegationibus n. 64. & seq. intel-
lige si post patris obitum filia dece-
dat, secùs autem si præmoriatur, quia
cum legitimè non debeatur, nisi post-
quam pater defunctus sit, de ea di-
sponere non poterit, & pactum valet
vt idem *Cam. Salern. d. lit. B.* & latissi-
mè *Anton. de Amato tom. 2. resol. 64. n.*
5. 6. & seq. quod pactum in terminis
prædictis mihi placet circa dotes fi-
liorum ad hoc, vt bona seruentur in
familia, & ita ipse practicaui in pro-
prijs nuptijs, dum à patre meę coniu-
gis mihi non cognito socero præ de-
functo, fuit legatum in testamento,
vt si citra prolem eius filia decede-
ret, non potuisset disponere nisi de
mille aureis, imò potest alterius fidei
committi iuxta *tex. in l. theopompus*
15. ff. de dote praeleg. puta si testator
dixerit, quod stetur dicto Titij circa
dotem suæ filiæ, nam iste poterit de-
clarare, quod sit centum, vel mille,
& eius declaratio valebit non obstā-
te, quod dictum vnius sit dictum nul-
lius per *tex. in leg. iuris iurandi 9.* vbi
Bal. C. de testib. quia in isto casu talis
regula limitatur, hocque idem de
extraneo dicendum esse iustum erit,
vt si dotare aliquam ex sua affectio-
ne voluerit, possit imponere onus in
dote, quod sibi placebit *Amat. resol.*
109 *64. per tot. & propriè num. 11. tom. 2.*
Mar. Cutell. de donat. contemplat. matr.
tract. 2. discursu primo, speciale 26. n. 23.
vol. 2. & Reg. Sanfelic. to. 1. decis. 128. &
dicemus infra *cap. 5. num. 41.* secùs ta-
men de fratre dotante, quando vigo-
re *constitut. Regni in aliquibus de suc-*
cess. aliorum dotat sororem, quia cum
ipse succedat cum hoc debito, satis
est, si quod est debitum, satisfaciat
de Franch. decis. 196. & Vrs. ad Matth.
de Afflict. decis. 180. num. 4. Nec ob-
110 stat dicta *Aret. Port. & gl. in margine*
supracitata rub. de Senat. Cons. Tertull.
& aliorum aduersus hanc firmatam
sentētiam dicentium filiam nuptam,
111 non posse codicillari, neque testa-
ri, dum resolutio clara est, quod lo-
cuntur de iure ciuili, quo probatum
est, adhuc sub patria potestate rema-
nere filias vxoratas, & per *tex. in su-*
pracit. l. 5. C. de condit. insertis, prohi-
bitas esse disponere, vt notauit *Iac.*
Ant. de Bottis in dicta consuet. sed &
mulier, quia pro filiabus fam. haben-
tur, quibus testamentum condere
vetitum est per *tex. in l. senium 3. C.*
qui test. facere poss. vbi *Alex. Bal. & Sa-*
lyc.

15c.& *inst.eodem tit.* §.1. ſ licèt cauſa mortis donare non prohibeantur consentiente patre ſecundùm *gl.in d. l.3.l.2.& l.filius fam.7.ff.de donat.leg. tam bis 25.§.1. ff.de donat. causa mor.* ſicut nec minus de caſtrenſibus, &
112 quaſi diſponere *l.nemo 11. cum.seq. d.tit.* C.*eod. qui test. face. pos.* & *leg.fin.* C.*de inoffic.test.*vbi *Bal. Connan. comment.lib.9.lit.* C.*fol.573. Vin. d. opin.* 302. *num.22. Gram. decis.54. num.8. Capyc. decis.176.Thor.comp.decis.Ver. filia nupta fol.229.*)quod procedit dato, quod pater conſentiat, nam adhuc teſtari non poſſunt *l. qui in potestate 6.ff.de testam.* & eſt communis opinio relata per *Vin. d.opin.* 302. rō eſt patens, quia cum careat filius familias voluntate, & teſtamenta non poſſint dependere ab alterius arbitrio *l.illa institutio 32.* vbi *Bart. ff.de her.institut.* dato quod pater conſenſum præſtet; diſponere iure interdicitur, & rō diuerſitatis, quare donare cauſa mortis poſſit patre conſentiente, & non teſtari, eſt, quia donatio cauſa mortis aſſimilitur contractibus interuiuos, & non vltimæ voluntatis, quæ non poteſt dependere ex alieno arbitrio ita *Oin.inst quibus non est.perm.fac.testamētū n.9.*& *Vigl. n.6.*
113 In Repub.tamen Ianuenſi, vt in *lib. 5.statut.cap.12.* poſſunt filiæ famnobiles facere teſtamentum, cum conſenſu genitoris, & teſtamentum valet ſiuè in actu diſpoſitionis interueniat, ſiuè ante, ſiuè poſt, imò etiam poſt mortem, ac ſi teſtata fuiſſe ſui iuris. Vndè cùm his meus ſit ſermo circa ius conſuetudinarium, & non ciuile, per quod filia fam. nubendo exit à patria poteſtate, & fit libera, vt in *consuet.1.sub.tit.de filia famil.nubente*, quæ incipit, ſed & mulier., & circa teſtamenti factionem adeſt alia conſuetudo *filius familias, de filijs fam.volentibus testari*, non habet conuenientiam aliquam cum opinionibus contrariorum, qui alio iure, & per diuerſos terminos locuntur.

Et non dùm filia nupta iuxta poſita poteſt teſtari, ſed eius liberatio à paterna poteſtate, quam plura alia continet beneficia, quæ recenſet *Go-*
114 *mes ad dictam l.47.Tauri*, vbi de illis poteris videre. Dicam tamen, hic quod licèt filia nupta dicatur libera à patria poteſtate, nihilominus tranſit in poteſtatem viri, ſed cum ampliori poteſtate; eſt ſicut carceratus, qui exit è carceribus, & habet mandatum per palatium, dum ſi amittit, quæ erant patriæ poteſtatis tanquam filia, inueniet ea, quæ vxoris ſunt, nempè ſubiacere viro, vt dictum eſt ſupra quod firmat etiam nunc *Thes.decis.150.num.2.*& *Tiraq. de leg.connub.lib.1.nu.21.*& ſicut mulier ſoluta longiores habet habenas, quam coniugata, ita vxorata longiores habet habenas, quam filia fam.
115 de *Affl. supracitata dec.f. 260.* prius enim non habebat neque velle, neque nolle, erat tanquam.H.inter litteras:per matrimonium mutauit nomen, & lit.F.1.filia in C.ideſt coniux, quæ fit ſocia viro, & rerum domina valens diſponere, & teſtari quomodo ſibi libuerit, & ſine conſenſu viri, ſiuè viuat iure Romano ſecundùm *Mart. in supracitata rub.& indicij tela aggredieur fol.mihi 37.num.125.*& *seq.* ſiuè iure Lougobardo, licet poſtmodum in alijs contractibus ſit ligata, quod ſine viri conſenſu non poteſt ſpondere, quod ſi egerit, contractus ipſo iure nullitatem ſapiet ex *Thes.in decis.222.* etiam lege Taurina attenta, quæ tam fauorabilis eſt coniugatis mulieribus; & præter iuris diſpoſitionem, in hoc ligatur quoque lege conuenientiæ, quæ multum obligat vxores, cum dedeceat ignato viro, qui debet eſſe mulieris propugnaculum, aliquo modo contrahere, vel diſtrahere, dum ipſæ cum ſint natura fragiles, & caduces, quicquid mali, vel boni ſit in negotijs, ignorant, &
116 deceptioni ſunt ſubiectæ *Cons.Roc. centu.1.res.98.num.11.fol.225.*& *Cau.*

de

& vita supplicium sicut de filijs re-
106 bellium dicimus per *tex. in l. quis-
quis 5. §. filij C. ad l. Iul. maest.* (dum-
modo non sint clerici, qui ab hac
pæna per iudicem temporalem infli-
genda sunt immunes,& à priuatione
beneficiorum præcipuè *gl. in c. satis 7.
57. dist*, licèt in praxi malè seruetur,
sufficit enim esse filios Adæ, vt pec-
cati pœnam reportent)quibus ex mi-
sericordia,vita concessa infelicissime
decedunt, cum semper debeant esse
egentes, & pauperes ; vnde nec mi-
nus haberent deceptæ mulieres ali-
quid pro anima disponere ; quod
non est in actu testamentario; dum si
telluri corpus,& sepulchris osse re-
linquit,& bona, & dotem viuis, qui-
bus voluerit legare ex sua mera di-
spositione poterit citrà alterius ar-
107 bitrium, secundùm *tex. in l. qui in
potestate 6. ff. de testam.* & in illis im-
ponere legem, quæ sibi placue-
rit per *tex. in §. disponat auth. de nupt.*
dummodò iure aliquo, aut pacto nō
prohibeatur,prout communitèr pra-
cticatur, etenim patres dotando
filias pacisci solent in dotali instru-
mento,quod decedentibus sine libe-
ris, de quota parte tantū disponere
possint,reliquum verò ad suos hære-
des redeat, dummodò non sit tantū
dotata pro quantitate legitimæ, de
qua cum filia liberè possit disponere
108 secundùm *Cam. Sal. in consuet. sas
autem lit. B fol. 97. de success. ab intest.*
vllum poterit à parentibus adijci
onus *l. omnimodo 30. & l. quoniam in
prioribus 31*, vbi *Bar. & Salyc. C. de in-
offic. test. Reg. Rou. ad prag. 4. de feud. in
primis allegationibus n. 64. & seq.* intel-
lige si post patris obitum filia dece-
dat,secus autem si præmoriatur,quia
cum legitimè non debeatur,nisi post-
quam pater defunctus sit, de ea di-
sponere non poterit,& pactum valet
vt idem *Cam. Salern. d. lit. B.* & latissi-
mè *Anton. de Amato tom. 2. resol. 64. n.
5. 6. & seq.* quod pactum in terminis
prædictis mihi placet circa dotes fi-
liorum ad hoc, vt bona seruentur in
familia, & ita ipse practicaui in pro-
prijs nuptijs,dum à patre meę coniu-
gis mihi non cognito socero præ de-
functo, fuit legatum in testamento,
vt si citra prolem eius filia decede-
ret, non potuisset disponere nisi de
mille aureis,imò potest alterius fidei
committi iuxta *tex. in l. theopompus
15. ff. de dote praleg.* puta si testator
dixerit,quod stetur dicto Titij circa
dotem suæ filiæ,nam ille poterit de-
clarare, quod sit centum, vel mille,
& eius declaratio valebit non obstā-
te,quod dictum vnius sit dictum nul-
lius per *tex. in leg. iuris iurandi 9.* vbi
Bal. C. de testib. quia in isto casu talis
regula limitatur, hocque idem de
extraneo dicendum esse iustum erit,
vt si dotare aliquam ex sua affectio-
ne voluerit, possit imponere onus in
dote, quod sibi placebit *Amat. resol.*
109 *64. per tot. & propriè num. 11. tom. 2.
Mar. Cusell. de donat. contemplat. matr.
tract. 2. discursu primo, speciale 26. n. 53.
vol. 2. & Reg. Sanfelic. to. 1. decis. 128.* &
dicemus infra *cap. 5. num. 41.* secùs ta-
men de fratre dotante,quando vigo-
re *constitut. Regni in aliquibus de suc-
cess. aliorum* dotat sororem, quia cum
ipse succedat cum hoc debito, satis
est, si quod est debitum, satisfaciat
*de Franch. decis. 196. & Vrs. ad Matth.
de Afflict. decis. 180. num. 4.* Nec ob-
110 stat dicta *Arct. Port. & gl. in margine
supracitata rub. de Senat. Cons. Tertull.*
& aliorum aduersus hanc firmatam
sentētiam dicentium filiam nuptam,
111 non posse codicillari, neque testa-
ri; dum resolutio clara est, quod lo-
cuntur de iure ciuili, quo probatum
est,adhuc sub patria potestate rema-
nere filias vxoratas, & per *tex. in su-
pracit. l. 5. C. de condit. insertis*, prohi-
bitas esse disponere, vt notauit *Iac.
Ant. de Bottis in dicta consuet. sed &
mulier*, quia pro filiabus fam. haben-
tur, quibus testamentum condere
vetitum est per *tex. in l. senium 3. C.
qui test. facere poss.* vbi *Alex. Bal. & Sa-
lyc.*

197.& inst. eadem tit. §. 1. licèt causa mortis donare non prohibeantur consentiente patre secundùm gl. in d. l. 3. l. 2. & l. filius fam. 7. ff. de donat. leg. tam bis 25. §. 1. ff. de donat. causa mor. sicut nec minus de castrensibus, &
112 quasi disponere l. nemo 11. cum. seq. d. tit. C. eod. qui test. face. pos. & leg. fin. C. de inoffic. test. vbi Bal. Cannan. comment. lib. 9. lit. C. fol. 573. Vin. d. opin. 302. num. 22. Gram. decis. 54. num. 8. Capyc. decis. 176. Thes. comp. decis. Ver. filia nupta fol. 229.) quod procedit dato, quod pater consentiat, nam adhuc testari non possunt l. qui in potestate 6. ff. de testam. & est communis opinio relata per Vin. d. opin. 302. rō est patens, quia cum careat filius familias voluntate, & testamenta non possint dependere ab alterius arbitrio l. illa institutio 32. vbi Bart. ff. de her. institut. dato quod pater consensum præstet; disponere iure interdicitur, & rō diuersitatis, quare donare causa mortis possit patre consentiente, & non testari, est, quia donatio causa mortis assimilitur contractibus interuiuos, & non vltimæ voluntatis, quæ non potest dependere ex alieno arbitrio ita Din. inst. quibus non est perm. fac. testamētū n. 9. & Kigli. n. &.
113 In Repub. tamen Ianuensi, vt in lib. 5. statut. cap. 12. possunt filiæ fæminobiles facere testamentum, cum consensu genitoris, & testamentum valet siuè in actu dispositionis interueniat, siuè ante, siuè post, imo etiam post mortem, ac si testata fuisse sui iuris. Vndè cum his meus sit sermo circa ius consuetudinarium, & non ciuile, per quod filia fam. nubendo exit à patria potestate, & fit libera, vt in consuet. 1. sub. tit. de filia familias nubente, quæ incipit, sed & mulier., & circa testamenti factionem adest alia consuetudo filius familias, de filijs fam. volentibus testari, non habet conuenientiam aliquam cum opinionibus contrariorum, qui alio iure, & per diuersos terminos locuntur.

Et non dùm filia nupta iuxta posita potest testari, sed eius liberatio à paterna potestate, quam plura alia continet beneficia, quæ recenset Go-
114 mes ad dictam l. 47. Tauri, vbi de illis poteris videre. Dicam tamen hic quod licèt filia nupta dicatur libera à patria potestate, nihilominus transit in potestatem viri; sed cum ampliori potestate; est sicut carceratus, qui exit è carceribus, & habet mandatum per palatium, dum si amittit, quæ erant patriæ potestatis tanquam filia, inueniet ea, quæ vxoris sunt, nempè subiacere viro, vt dictum est supra quod firmat etiam nunc Thes. decis. 150. num. 2. & Tiraq. de leg. connub. lib. 1. num. 21. & sicut mulier soluta longiores habet habenas, quam coniugata, ita vxorata longiores habet habenas, quam filia fam.
115 de Affl. supracitata dec. 260. prius enim non habebat neque velle, neque nolle, erat tanquam. H. inter literas per matrimonium mutauit nomen, & lit. F. 1. filia in C. idest coniux, quæ fit socia viro, & rerum domina valens disponere, & testari quomodo sibi libuerit, & sine consensu viri, siuè viuat iure Romano secundùm Mar. in supracitata rub. & iudicij tela aggre. dietus fol. mihi 37. num. 125. & seq. siuè iure Longobardo; licet postmodum in alijs contractibus sit ligata, quod sine viri consensu non potest spondere, quod si egerit, contractus ipso iure nullitatem sapiet ex Thes. in d. decis. 22. etiam lege Taurina attenta, quæ tam fauorabilis est coniugatis mulieribus; & præter iuris dispositionem, in hoc ligatur quoque lege conuenientiæ, quæ multum obligat vxores, cum dedeceat ignaro viro, qui debet esse mulieris propugnaculum, aliquo modo contrahere, vel distrahere, dum ipsæ cum sint naturæ fragiles, & caduces, quicquid mali, vel boni sit in negotijs, ignorantes, &
116 deceptioni sunt subiectæ Cons. Rocc. centen. 1. resp. 98. num. 2. fol. 225. & Can.

de

de matr.cap.7.2.partis §.*1.in principio*, quem videas *n.4.* an idem sit, & dici possit de sponsa; meritò igitur, & accuratè iura Longobardorum in hoc disposuere mulieribus interdictam esse dispositionem aliquam sinè maritorum consensu, quibus in omnibus obtemperare, eosque honorare tenetur, nam videmus onus valdè graue esse, quod sustinent, & tale, quod si vir ducat vxorem, & dotem non habuerit, honor eius non erit ipsam de domo expellere, vt in *nouella 22. de nupt.* quia præter ignominiam, esset quoque valdè inhumanum hoc

117 facere secundùm *Coua. vbi supra n. 2.* licet *Bal. & addentes ad eum in l. generaliter 25.num.2.C.de Senatus Cõs. Vell.* contrarium sentiant, sed placet mihi, quod idem *Bald.* postmodum dicit in *l.4. C. de sent. quæ sine certa quant. &c.num.9.* Expulsionem tolerari posse quando mulier bona fide ducta est, & postmodum cum diues fit renuit viro dotem assignare, ad quæ videas *Fach.lib.3. controu. Iur. c. 48.* ex professo, & *Costa de facti scien. cent.2.dist.32.à num.1.vsque ad 7.* vbi dicit pro muliere dotem promittente, quod si postmodum dat quantum

118 potest, non expellitur, & ratio pro *Couarruu.* est, quia matrimonium sinè dote esse potest *l.3.ff.de iure dotiū* quod etiam sentijt *Gut.in repet.S. sui interest num.2.fol.71.de hæred.qual. & differ.* & *Iacob. Butrig. in tract. de dote num.13.* *Isern. in const. Regni in aliquibus super verbo maritare Rota Roma. in dec.* nouissimè illustratis per *Coccin. 321.Narmens.successionis sub 26. Nouembris 1629. nu.19.fol.573. D.Reg. Marc.to.1. disp.49. num. 20.* sed non dos sinè matrimonio *gl.in c. nostrates 3.lit.G.30.q.5.l.3.ff.de iure dot.l.fin.C. de don.ante nupt.in medio*, §.*sed ne, auth. de trien. & sem. Ias. in* §. *fuerat nu.90. de action.* nec non habere dotem, est casus pro dimissione sufficiens à lege approbatus, vti fornicatio, & similis, per quos vxorem dimittere decet, vt latè supradiximus; & tenet

119 idem *Couar. ibid.* nec aliqua proba ratio hoc permittere, & dictare poterit; quia, aut vir captus amore indotatam eam duxit inuitis parentibus, & eius culpa alteri non potest esse nociua, sed suum sequi debet authorem *l.sancimus 22.*§.*fin.C.de pœnis l.crimen 26.ff.eo Oin. in* §. *actiones num.7.de action.fol.400.* & §.*sed, & si credat num.5.de oblig. quæ ex del. nas.*

120 *Capiblãc.sing.144. de Franch. decis. 599.n.2.* & *Gig.de crim.læs.maies.lib.3. q.1.* aut erat libera, & sibi ipsa mulier dotem constituit, & posteà de promissis nihil inuenit, & viro imputandum est, quare non fuit diligens in rebus suis, & per mulierem decipi passus est, prout in specie post istos labores tenuisse inueni *Gaill. lib. 2. obseru.95.n.16.* vndè *Oin.in* §.*actionū de action.* dixit *num. 33.* vllo iure ipsi subueniendum esse, aut fuit dotata à parentibus, & in isto casu, siuè promissam dotem ex sua incuria exigere non curauit, & militat eadem ratio, quæ procedit in supradictis casibus, siuè eam recuperare tentauerit, & non potuit ex promittentium renitentia, & in hoc dicerem, quod dum non est culpa vxoris, per consequens, cum ipsa non peccauerit, non potest subiacere pœnitentiæ dimissionis, & expulsionis, vt *Le. nit. 6. lit. A.* quod ramen licèt contrarium firmatum sit infrà *cap. 5. sub num.12.* debet intelligi de toto rigore, sed hæc est magis æqua opinio, quæ confirmatur per *Gram.decis.103. num.26. & 27.* vbi dicit si naturali iure nos tenemur alere seruum, à fortiori mulierum, quæ est socia, & famula viri, continuò cum obsequiando, vt diximus supra *num.73.* & confirmat *Vrs.ad m.de Affl.decis.10. num. 16.* prout videmus propter alterius delictum neminem iure suo priuari posse, nisi maximum, & enormissimum sit, *gl. in c.satis 6.16.dist.de Frãc. decis.590.num.7.* & ideo cum non deli-

liquerit mulier in consignatione dotis, non debet suo iure priuari, quod est coniunctio duorum in vna
122 ex fide tenenda per *Matth. 19. lit.* A.& *gl.in l.si cum dotem 23.§.si maritus,ver.participem,ff.sol.matr.* & sic sinè causa abscindi à corpore viri,&ab eo separari ità *Bonac.rub. de his, quæ pertinēt ad vsum matr.q.4.pun.6.num.* 26. quod tu nota pro non modico vxoratarum priuilegio, vt etiam dixit *Neuiz.in sua sylua nup.rub. nō est nub. num.* 45. & licèt contrarium probare per communem DD. opinionem sit conatus *Franc. Vin. in sua sylua opin.* 478. *sub num.* 1. postmodum secundùm nos cōcludit, & si duo sunt vna caro,benè dixit *Menoch.de Arbitr.iud. casu* 348. non teneri ad pœnam, si maritum bannitum receptauerit, sicut etiam de patre firmatur,cum pro vna reputetur persona cū filio p *tex. in l.cū pater 79.§.dulcissimis,ff.de leg.2.*
123 verba Viuij sūt *Nihilominus obseruari hoc aliquod videmus in rusticis,& plebeis, in nobilibus verò nūquā*,& sic obseruātia in cōtrariū, nō præualet cōmuni opinioni adductæ per eum, ita,& talitèr, quod si casus eueniat, & ciuilis conditionis vxor allegauerit, vnquam obseruatum ex non habita dote mulierem fuisse dimisſā ipsa, obtinebit secundùm *Caran. ad ritum* 1.*num.* 16. & si ex leuitate, vel forsan ex sæuitia viri egrederetur de domo,quo in casu non poterit dici diuortium per *text. in l. 3.ff. de diuortijs,c.ex qua 12.de cēsib. Cassan.rub.* 4.§.6 *in tex.de maintenir.nu.*15.*f.*156 *àt.Bal.vol.1.conf.*176.tenebitur vir ēt
124 extrà domum alimenta consorti ministrare *Bar. in tract.de alim. n.*48. *Immol.in l.si cum dotem,§. sin autem in fauissimo n.*24.*ff sol.matr.Bal.in l.1.nu.* 11.*C.de leg.Granet.conf.*31.*n.6. Surd. in tract.de alim.tit.*1.*q.*32.*n.* 17. *Thes. dec.*130.*n.*2.&*Boer.dec.*195.*n.*7.& est nouella constitutio, vt in *constitutione* 108.*cap.*391.*si quis uxorem sub flagellis castigauerit*, quæ 4.vocatur *per tex. in §.sic itaque matr. ver. si quid autem, auth.de nupt.* imò quando sumus in casu sæuitiæ;quia forsan irascitur vir ob non receptam dotē, & de vxore malemeretur, nondum ei alimenta
125 debentur, sed etiam donatio propter nuptias *de Franch.dec.*244.contrà *Mynſ.centur.1.obseruat.*64.quo in casu sequestrandos esse maritales fructus,vt mulier possit alimētari,docuit *gl.in c.2.de sequestr. poss. & fruct. lit.C.*& hoc remedio etiam vti poterit,quando vir concubinarius erit, & ne ipsius scelera intueretur mulier,& viueret cum concubina in ead. domo,discederet ab eo,quod non dum potest facere,sed etiam tori separationem petere cum dotis, & iurium dotalium restitutione ex notatis per *Thes.decis.*130.*nu.*4.& antè per *Bal.in l.4.in fine,C.de sent.quæ sine certa quāt.* licèt contrarium dicat *Reg.Merl.to.2. cap.*93.& interim quod præfata fiant, alimonia sibi deberi,est *decis. de Affl.* 10.vbi *Vrsil.* Vltrà quod posset etiam parentum viribus cogi ad concubinā dimittendam,ne duplici infamia macularetur, nempè viuere in concubinatu,& permittere vxorem suam alibi commorare,ità *Franc.de Leonardis de Mag.c.*19.*n.*9.*& seq.*cū plurib.ibi p cū iurib.adductis *Vin.opin.*478.*n.*8.& secundū *Bal.in c.ad hæc,n.*5.*vt lite nō contest.* tenebitur etiam cauere de nō eam expellendo, & de non offendēdo volentem ad ipsum redire,de quo latissimè *Rodriq.de priuil. cred. cap.* 6. *primæ partis n.*31. nec non amplia in fauorem mulierum,quod sint eis alimenta præstanda dato,quod sæuiant viri ex earum culpa, puta si fuerint vanæ, & inobedientes, dum debent esse ipsi temperati, moderati, & discreti in puniēdo cum habilibus terminis;est tamen verum,quod quando proponitur ex hac causa sæuisse, remittitur optimi iudicis arbitrio,si tāta sit sæuitia,quanta fuerit culpa, dū si pœnitentia est adæquata peccato, & castigatio paris culpæ;non poterit

con.

conquæri vxor de viro: *Bal. d. cõſ. 176. circa princ.* ſed *Tiraqu. de leg. connub. l. 8. n. 12. & ſeq.* ait, quod iſta correctio debet eſſe amabilis, & ſic potius verbis, quàm verberibus practicanda, & *Coſta de facti ſc. cēt. 2. diſt. 29. n. 6. 7. & ſeq.* ubi etiã dicit, q̃ reconciliatis animis, & præſtita cautione per virum de non offendendo, prout habetur ex dicta *deciſ. de Franch. 244. num. 2.* poterit adhuc eam ſecundùm occaſionem leuiter corrigere, vt in *num. 8.* dum correctio non eſt offenſio, quod mihi placet, ne in totum ipſi ſint ligatæ manus, & ſit ſublata ſuper muliere maritalis authoritas, hoc tamen cum ſimus in iſta materia ſingulariter nota pro limitatione prædictorum quod ſi mulier conſcia de impertinentijs, importunitatibus, & moribus viri, eumque ducere voluerit, debet pati legem, quam ſibi iniunxerit, nec poterit reprobare, quod ſemel à prin-

128 cipio placuit, & approbauit *Bal. in l. vbi adhuc. num. 28. C. de iure dot.* prout idem in creditore dixit *Io: Baptiſta Caccialupus de debitore ſuſpecto de fug. cap. 6. num. 27. fol. 315.* qui ſi ſciuerit conditionem debitoris tempore contractus, quod erat vel non ſoluendo, nõ valet amplius eã improbare, & debitorẽ carcerare, ſecus autẽ ſi ignorauerit, quia tunc ob prauos viri mores poterit diſcedere, tori ſeparationem petere, & dotem, & donationem propter nuptias retro habere, vt de-

129 ciſum refert *Præſ. Merl. to. 2. cap. 93.* prout idem pro confirmatione prædictorum dicimus, vt non teneatur vxor ſequi virum peregrinantem, hiſtrionem, vel bannitum ſi eius conditionem ignorabat, ſecus ſi ſciebat, & nuptias cum eo contraxit, tunc enim eum ſequi tenetur ex doctrina *gl. in additione ad l. menia 13. §. fin. ff. de ann. leg.* & ſic eſt intelligenda *gl. in c. 3. ver. ſequatur 13. q. 2.* & *Cam. Sal. in proem. conſuet. Neap. ver. quarum ſerie. lit. F. f. 53.* ac *Aret. in Rub. de Senat. conſ. Tertull. §. lex 12. tabularum num. 5.* quem citauit etiam *gl. in marg. ad §. præferuntur eod. tit. de S. C. Tertul. Bonac. to. 1. de ijs, quæ pertinet ad vſum matr. quæſt. 6. pũct. 6. n. 24. f. 364.* de voto tamẽ dicẽdum eſt, vt non teneatur virum ſequi vouentem vltra mare niſi voluerit, vt ex *c. multa 9.* vbi *Abb. §. quod autem de voto, & voti redempt.* & quid ſi fuerit excommunicatus hæreticus, vel rebellis vide *Maſul. ad dec. Capyc. 135. num. 2. 3. & ſeq.*

Eſt & inſuper hic ambigendum, quid ſi filia extera Neapoli nubat, vt in dies occurrit, virũq; ducat Neapolitanum an fruatur beneficio dictæ *conſuet. ſed & mulier*, vt ſit libera à patria poteſtate, & ſui iuris effecta? hæc quæſtio haud mihi diſparilis videtur

130 ab illa *Gom. in l. 5. tauri in fine* vbi dicit, quod ſi filius familias alterius Regni decedat in Hyſpania, non poteſtari ſicut filij Hyſpani; quia ſtatutum non poteſt comprǽhendere perſonam ſibi non ſubditam. At ipſe fauore libertatis, & ad augendum mulierum priuilegia dicam adhuc exteras Neap. nuptas eſſe ſui iuris effectas, quia cum hoc ſtatutum ſit fauorabile, ampliandum eſt, ſicut reſtringendum foret ad quantum poſſibile

131 oporteret, ſi odioſum eſſet *l. cũ quidam 19.* vbi *Bar. ff. de liber. & poſthum. c. odia. 15. de reg. iur in 6.* & hic, cum cumulatiuè concurrant fauores, fortius ſtringunt *auth. itaque C. commu. de ſucceſſ.* nuptiarum, qui maximus dici debet, & ſic vocatur per *Paul. lib. 6. q. in l. caius 46. in fine, ff. ſoluto matr.* & liberationis à paterno iuſſu, quod fortius eſt, & præfertur fauori nuptiarũ *l. titio vſusfructus 95. §. 1. ff. de condit. & demonſtrat.* & tanto magis, quod dicta conſuetudo non reſtringitur ad filias Neapolitanorum, dum abſolutè hoc dicit *Sed & mulier non obſtante, quod emancipata nõ fuerit, eo ipſo, quod nubit ſit ſui iuris;* vndè hoc municipale ius reſtringere haud debemus argumento eorum, quæ dixit *gl. in conſtit. Regni ſtatuimus num. 40. col. 2. de officio*

ficio iustitia, sed simplicitèr, & indistinctè loquendo, ita intelligenda est
132 *l. doli, clausula* 119. vbi *Bar. ff. de verb. obligat. Bal. in §. actionum de act. num.* 11. 12. *&* 13. & propterea debet extendi ad omnes casus, ad quos est extensibilis, quod optimè comprobauit *Bar. in l. 1. C. de summa Trin. & fide cat. num.* 24. vbi dicit, quod si statutum indistinctè disponat testamentum valere (prout est apud Ianuenses) etiā si coram quinque testibus fiat, ut ipse practicaui in vltima disp. Simonettæ Riuano annis decursis in M.C.V. in banca Frācisci Albani cōpræhendit etiam forenses, secus autē si simplicitèr loquatur inter ciues *l. si non specialius*, vbi *Bal. C. de testam.* idem *Bal. in l. 1. C. eo citat.* & faciunt dicta *Masc. de prob. vol. 3. conclus.* 1141. *nu.* 23. hocque firmissimis rationibus cōfirmatur, dum mulier statim atque quod nubit, desinit esse ciuis suæ patriæ, & efficitur ciuis Ciuitatis viri, vt latissimè diximus supra *num.* 44. vbi optimè hoc fundauimus, & ex vi matrimonij valentis vnire substantias, & efficere vnum corpus, & vnam carnē *l. 1. §. si vir, aut uxor, ff. ad Senatus conf. Syllan. Peregr. lib. 1. consi.* 90. *à num.* 22. *vsque ad* 28. qui enim fecit hominem ab initio masculum, & fœminam fecit eos *Matth.* 19. quia maius dignum trahit ad se minus dignum, vt ex
133 *Arnon. comment* 92. *Nau. cons.* 15. *de testam. to.* 1. & *Carleu. de indic. to.* 1. *dis. 2. q. 6. sect. 8. num.* 660. *&* 682. & quod hoc sit verùm filij, qui nascūtur patris nomen, siuè cognomen, & familiam retinent iuxta Cai. sententiam ad edictum *in l. familiæ, appellatione* 196. *§. fæminarum liberi, ff. de verb. sign.* prout etiam videmus hoc seruatum tempore Redēptoris nostri, in genea-
134 logia apud *Matth. c.* 1. vbi ostendēs parentes Domini, sic concludit, *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est IESVS, qui vocatur Christus*, & reuera filiam nuptam, relicta patris familia in alienam 1. viri esse translatam per plures authorita-
135 tes, & iura ex professo probat *Octau. Cacher. decis. pedem* 127. & *D. Regens Fabius Capycius Galeota lib. 1. cōtr.* 13. sic decisum refert, quamuis in *n.* 28. declararet hoc potius esse ex cōmuni vsu, quam iuris pūctualitate, & hodie videmus inter illustres personas, vt ego obseruaui in tribus vxoribus Principis D. Nicolai Ludouisij quarum prima fuit D. Isabella Gesualda, Venusini status Principissa, cuius gloria ex animi insignis virtutibus vti singularis in mundo intempestatiuè teneris adhuc annis, ad illā, (eius morte) cęlestem se coniūxit, hęc in subscriptionibus suis firmabat, Gesualda Ludouisia. 2. fuit D. Polisena Mendoza digna Plumbini Domina, quæ non inferiores dotes à prima nutriendo spretis terrenis honoribus, deuotissimè animā Deo restituit, paucos post eius connubij annos, & etiam subscribendo dicebat, Mendoza Ludouisia. 3. est hodierna, quæ vocatur D. Constantia Pamphilia Summi Pontificis Innocentij X. nepotis meritissima, & sicùt reliquæ se subscribit, Pāphilia Ludouisia: nec est admirationis, si hoc faciant, dum præter rōnes adductas, quod fiunt de familia viri, & *Osasc. in decis.* 127 *n* 1. testatur, quod in Ciuitate Perusij fęminæ maritatæ vocantur de domo, & casata viri, & non de cognomine patris: eius radijs quoque dignitatibus, & honoribus illustrātur *l. mulieres* 13. vbi *Bar. C. de dignit. lib. x.* & ignota *gl. in c. vbicumque 4. vers. masculinam de pæn. in 6.* qua de re statim maritali cognomen, tum amplectuntur, & propterea optimè dixit, *Dilectus de arte testādi cautela* 21. *num.* 2. *fol.* 170. quod fœminæ non sunt de stipite, seù cippo domus, & est *tex. in l. pronunciariæ* 195. § *familia, ff. de verb. signif.* vbi *Pau. iure cōs.* ait, mulierem esse finem familiæ, & alterius, non suæ principium *Rou. consf.* 57. *nu.* 19. *to.* 1. *Io: Franc. de Ponte decis. xj. nu.* 16. *Rolād. Canagnol. decis. cōsultina* 49. *num.* 23. & sic videmus, quod filij, qui

G ex

ex ea nascuntur patris, & non matris agnationem sequuntur §. 1. *in fine*, *cum §. seq. de legit. agn. tutela legit.* vndè non mirum si ligentur statutis, & legibus ipsius, & suum forum sequantur, cum paria sint, forum sortiri, & statutis ligari, *Præs. Donat. Anton. de Marinis lib. 1. quotid. resol. cap.* 207. *num.* 6. *Gaill. lib.* 2. *obser.* 35. *num.* 6. qua de re concludendum est, quod si filia regnicula, vel alia extera nubat Neap. viri ciuitatem, eius mores, & leges sequendo: est liberata, ac si esset verè Neapolitana à potestate paterna, & consequẽtur agere quicquid neapolitanæ vxores possunt, & sic testari, & alia similia, & ita (licèt ex alijs diuersis iuribus) docet *Præs. de Franch. dec.* 546. *à num.* 18. *ad* 22. vndè dixit *Carl. d. nu.* 660. quod extera nupta neapolitano, gaudet sicùt vir eius fori priuilegio, quem vide *nu.* 682. 684. *& seq.* è contra, si neapolitana, nubat extero, perdat ius Ciuitatis beneficia, & tenet partem affirmatiuã, durante matrimonio, secus si vidua fiat, quia tũc reuertitur in suã naturalẽ originẽ.

Progrediuntur vlterius coniugatarum priuilegia, quæ sunt adeò ampla, quod præueniunt earum statum, dum adhuc non effectis vxoribus, sed extantibus sponsis, si maritali affectione fuerint deosculatæ, & postmodum, vt in dies hi casus accerbi accidunt, sponsi ante nuptiarum sollenitates decedant donatio propter nuptias ab ipsis facta, quæ propriè sponsaliorum largitas dicenda est, pro
137 medietate ad sponsas spectat per *tex. in l. si à sponso* 16. *C. de donat. ante nupt. de Franch. dec. f.* 503. & dixi in Florilegio in *rubr. de adult. num.* 48. quod procedit, dato interueniat osculum per intermediam personam, si forsan nuptiæ contrahantur per procuratorem, & spõsorũ nomine detur, prout decisum refert *die* 15. *Ianuarij* 1597. *Masull. ad Capyc. decis.* 65. *à n.* 4. *ad* 6. tamen si prædecesserit sponsa, nil lucratur, sed reuertitur ad sponsum, sicùt dos per mortem filiæ reuertitur ad patrem, *Oin. ad §. in omnibus nu.* 11. *de fideiussor.* Consummato postmodum matrimonio; quamplura retinent priuilegia circa bona dotalia, de quibus alibi differam, cum hic non sit locus opportunus, quapropter scias, quod sunt priuilegiatæ mulieres coniugatæ ad ornandas suas personas, etenim possunt deferre vestes elegantes, & ornamenta, vti venustate, faciemque fucare absque dubio mortalis peccati, dum ornatus non est de per se malus, imò naturalitèr permissus, vt ab animantibus differãt homines, si tamen absit finis mortalitèr malus, nam si tantùm sensu vanitatis fucamenta fiant, mulieres
138 venialitèr solũ peccãt, *c. fucare* 138. *de consu.* 5. *dist.* ita *Bonac. to.* 1. *q.* 4. *puncto* 9. *num.* 25. & *Tass. de antes. vers.* 5. *obser.* 2. *num.* 7. quamuis contrarium sentiat *Sylua nupt. rub diuisi non est nubendum num.* 88. per *Chrysostom.* vt refert *Pater Langellottus in suo tractatu dell'hoggidì, par.* 1. *fol.* 38. quod ipse non probo, nisi concurrente prauo fine, prout etiam magistralitèr tenet *Pater Viguer. suis instit. de ornatu n.* 94. *lit. C.* & ad hanc materiam vide *Tiraquel.* latissimè *ad l.* 3. *connubiali per totam*. Insuper circa personas sunt priuilegiatæ mulieres, quia cum prægnantes sint, ad ieiunium non tenẽtur, imò etiam, quod non sint grauidæ, non ieiunando, non peccant, vt viris complaceant, puta si laborãdo, ob quod, & ipsi excusantur, facto vespere noluerint cænare, sed perfectã facere comestionem; si dixerint vxo-
139 ribus, quod secum manducent, illis obtemperando, non peccabunt, cum subditæ sint *Tol. lib.* 6. *sua summa c.* 4. maiora enim facere possunt, vt est reuocare votum ab vxore factum, vt notauit *Abb. in cap. gaudemus num.* 14. *de diuortijs*, & vide in terminis *Nauarr. in summa cap.* 21. *num.* 18. licèt hoc dicere superfluum sit, cum ratissimæ sint, quæ ieiunant, sed vnicam faciunt pransum à mane vsque ad vespere, &

quod

quod plus, sunt immunes à tormentis ad euitandum abortum; nempè si ex aliquo delicto venirent torquendæ; hoc retardabitur, vsque dum pariant, *l.3.ff.de pæn.* cõtra *Bal.in l.si ante 4. C.eod.* imò post 40. dies elapsos à partu de *Afflict.super cõstitutione Regni pessimam de pan.mul. iustè conquerentiũ num.11.Guid.de Suza de indic. num.8. Franc.Cason. de Torm.cap.10. num.6.* & *Foller.pract.crim.rub.& si confitebitur num.75.* secundùm quem in *rubr. audiantur excusatores num.30.* si citentur, nec minus tenentur comparere, dummodò non sint personæ rusticæ quæ onus ventris libentèr ferunt, imò amplia, vt nec verberari valeãt, scriptum est enim *Exod.21.si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & abortum fecerit, & vixerit, subiacebit damno, quantum maritus experierit, & arbitri iudicauerint, sin autem mors fuerit subsecuta, reddet animã pro anima*, de qua prægnantia an sit vera, vel non, obstetricibus standum erit *Caso.vbi supra*, hæcque comprobantur pulcherrimo consuetudinis exemplo, & est, quod mulieres primo parienres adeò censetur proximum vitæ periculum, vt priusquam ad partum deueniant, tenentur confiteri, & Deo se resignare secundùm *Nauar.in summa de confess.Sacrament. cap.2.supra num.10.* dum multas ærumnas, & dolores potiuntur, ità quod ossa, nerui, & membra disligantur, & scindũtur, per 40. dies è domo non egrediuntur, nec minus ad missam audiẽdam, dum per hoc temporis spatium præsumitur semper laxas ex partu esse, & videtur necessarium ad corporis consolidationem, & non peccant, & potest esse ex duplici ratione, vel partus; quia cũ adhuc sint pori aperti, exire, periculum est, vel quia sic ipsa consuetudo introduxit, quæ in toto hoc Regno nostro in virido viget, (sicut est, & altera, quæ non obligat ad peccatum puellas virgines, & mulieres viduas festiuis diebus non intelligentes rem sacram, vt dixi in meo

143 Florilegio *conclus.2.num.51. rub.de adulterio*) sed non in hac Ciuitate Neapolis, in qua tam virgines, quàm viduæ assiduè in templa ingrediuntur, vt ibi facilius possint inuenire cõsortes, (imò obseruatur, quod elapsis dictis 40. diebus priusquam intrent

144 in Ecclesiam, benedicuntur, candelam ardentem in manibus habentes, quæ benedictionis obseruantia, puto actum esse veræ deuotionis, & non cęremoniarum ad imitationem antiquæ legis, qua mulieres purificabantur, cum alias esset potius iudæizare, quam christianè viuere cum ante accedere, non prohibeantur, vt ex *tex.in c.1.& 2. 5.dist.* & duplex committeretur peccatũ, nepè missæ prætermissio, tempore præcepti, & veteris instituti, imitatio, vt videre est apud *Bonac. tom.1. de sacram.Euchar. q.vltima puncto fin.num.3. & 26. 27.& 28.fol.129.& 130.* Et à fortiori ex his firmandum esset prægnantem mulierem è Ciuitate banniri, vel expelli

145 haud posse: sed *Bal.in l.& seruorum 5.§.ingenui num.2.ff.de statu hom.* contrarium tenet, dicens, quod per hoc non offenditur partus; quæ ratio salua sua pace non satisfacit, dum dupliciter offendi potest, & ratione itineris, siuè agitationis, & ratione angoris, quæ animum perturbat, & facilius abortum prouocat, vndè fauorabilior erit in hoc opinio pro mulieribus tenenda, vt nec minus citari valeant secundùm *Foll. vbi supra*, dũ ad saluandum partum omnis est relaxanda indulgentia, & propterea benè dixit *Angel.Scial.de foriud.cap.22. nu. 26.* quod si publicetur exfractum contra consanguineos foriudicatorum, ut hodie obseruatur, prægnantes mulieres sub hoc decreto non cõprehenduntur; hinc uoluit *Bar.in l. sed & si 15.§.an autem num.1.ff.de car. boniano edicto*, damnandam non esse genitricem usque dum filium lactauerit, etenim potest esse, quod ille al-

terius mulieris vbera non exugeret vt experientia docet, & priusquam mater, decederet, quod permittendum non est, & vt ad torturam redeatur. Scias, quod si aliquis imperitus iudex torserit prægnantem, vltrà q ipse tenebitur in sindicatu, & plecti poterit pœna homicidij, si fecerit abortum secundùm *Bal. & DD. in l. Imperator. 2. huius nom. ff. de statu homin.* & iniuriarum, si ex tortura aliquid mali fæminę tortę non euenerit, vt *ex eod. Bal. in Rub. C. de pœna Iud. qui male &c. num.* 7. & licèt mulier procurans abortum puniatur pœna extraordinaria, quæ quandoq; fuit fustigationis, & perpetui carceris, vt refert *Præses de Franch. decis.* 592. non poterit prodesse officiali, quia in eo concurrunt duæ causę, quę magis vrgēt, nempè publica officij, & priuata homicidij, vltrà quod secundùm *Paul. Ghirl. de sortilegijs cap.* 3. *à num.* 2. *ad* 6. quandoq, parricidij pœna sic impia mater puniēda venit, etenim si priuatum per imperitiam torserit, & decedat in tormentis, non nisi extra ordinem plecti debere, concludit *Ripa de remed. ad curandam Pestem, num.* 67. *Ver. medicorum*; confessio eius tanquam extorta nulla erit *Mars. pract. crim.* §. *nunc videndum num.* 47. *& seq. Franc. Brun. de Indicijs, & tortura num.* 3. & ante eum *Abb. in c. causam* 16. *num.* 2. *de offic. deleg.* loquens de qualibet muliere, etiam non prægnante, vt eius confessio extorta nulla sit, vndè tanto magis prægnanti fateri oportet, manum amputari non posse, nec vltimo supplicio eā suspendi *Menoch. de Arbitr. iud. q.* 86. *n.* 10. & sīn *Foller. in frag. post praxim n.* 105. *de calūniat.* sūt expectādi 40. dies post partū, vt suspēdi valeat, & *Bal. in d. l. Imperator n.* 7. *vbi addentes* alitèr ampliat, nempè, vt si prægnans fuerit, decem, vel 20. dierum adhuc non possit suspendi, quia etiam si nunc non sit, tamen cum tempore post alios paucos dies,

potest esse animatus partus, & loquē-
do lex mulierem prægnantem, non
posse torqueri indistinctè, distinguere
re nos non debemus, si partus est; vel
149 nō animatus, sed semper in pœnalibus
æquior pars attendenda, quia
cum mulier prægnans decedat, puer
etiā in vtero perit secundùm *Matth.
de Affl. vbi suprà, & num.* 12. & videmus,
quod si casu moriatur aliqua
grauida, vt partus viuat, venter cæditur,
(prout fuit cæsus Cæsar Augustus
secundùm *gl. in proœm. instit.
lit.* A.) & infans excinditur, *l.* 2. *cum
gl. C. de mortuo infer.* vbi *Vessemb. lit.
C. fol.* 356. *Bartol. ab Angel. in exam.
confess. dial.* 2. §. 15. & donec secetur
venter, suspenditur humatio per
tex. & gl. in l. 2. *ff. de mortuo inferendo*:
Ex quibus non immeritò illationē
fieri posse arbitror ad filias adulteras,
& vxores prægnantes, vt à parentibus,
& uiris interfici non ualeāt
pro saluatione infantis innocētis, qui
Paradisum commutare in tenebras
Clar. in §. *homicidium num.* 41. nec
fæminas bannitas, siue foriudicatas
grauidas, ità *Bald. vbi suprà num.* 5.
*Angel. in d. l. Imperator, & Menoch. de
150 Arbitr. Iud. quæst.* 90. *num.* 55.
Decorantur mulieres priuilegijs,
multo fortiùs in actu castitatis seruandæ,
quando forsan inuasæ, & tentatæ
super pudicitia se defendunt, &
tentatorem offendant, quia non puniuntur
in foro fori, nec in foro po-
151 li, omnia namque permissa sunt
ad honorem conseruandum, & si uiolentijs
resistere haut poterint, non
peccant, si ui cognoscatur, ità *Sayr.
in claui regia lib.* 8. *cap.* 2. *n.* 6. *de fornica.*
dum non sensus, sed consensus
facit peccatum, imò si uirgo uiolenter
fuerit stuprata virginitatis aureo-
152 lam, non amittit ex *Diuo Tho.* 2. 2.
quæst. 64. *art.* 5. *ad* 3. *argumen. Nauar.
cap.* 16. *num.* 1. *& Less. lib.* 4. *cap.*
2. *dub.* 26. sufficit enim intentio seruandi
virginitatem, quamuis defloratio
interueniat, quia adhuc uirgo
erit

erit secundùm Sayr. *vbi suprà lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 39. *& Danza* 10. 1. *de pugna Doctor. cap.* 2. *de remiss. caus. num.* 30. attamen quia fragilitas potest præualere, fortitudo corruere, & dæmon delectationem proponere, tutius erit, uim iniqui morte repellere, quàm periculo se submittere, per *Telet. in summa lib.* 5. *cap.* 6. *sub. n.* 16. *ver. quartus casus, Vin. opin.* 189. *n.* 6. prout etiam uidemus licere unicuiq; priuato ad propriæ vitæ defensionem aggressorem occidere, cum alias nõ
153 possit mortis euadere periculum, ut tam de iure ciuili, quàm canonico probauit *Sayr. cum magno DD. cumulo vbi suprà lib.* 7. *cap.* 10. *de homic. alterius &c. n.* 13. *& seq.* pleniùs habetur per DD. *instit. super* §. *autem gentium in medio inst. de Iure nat. gent. & ciuil.* honor etenim & uita de pari procedũt, imò tolerabiliùs est perdere uitam apud mundum, quã
154 honorem *l. iusta causa* 9. vbi *gl. & l. etiam* 15. §. 1. *ff. de manu. vind. & l. isti quidem* 8. §. 9. *si dederit, ff. de eo quod met. causa.*

Sunt quoq; priuilegiatæ mulieres, quod pro debito non possunt carcerari *gl. in* §. *cuius tamen instit. cano. vers. honestas de probat.* ubi reportat
155 multa iura *Bal. in* §. *nos autem n.* 33. *instit. de Actil. tut. qui in l.* 2. *in fine, C. de exact. trib. lib.* 10. ait, hoc procedere etiam pro debito publico *auth. sed hodie, C. de offic. diuis. Iud.* & licèt *Didac. Couar. lib.* 2. *var. resol. cap.* 1. *num.* 3. dicat, id non esse, quãdo per eas fuerit renunciatum omni legum auxilio, nihilominus ex communi uoto DD. post disputatum articulum, contrarium concludit *Fern. Vasq. lib.* 3. *controu. illustr. cap.* 97. per totum, ubi etiam contrarios reijcit, & sic seruatur in praxi, comprobant hanc secundam opinionem *Bonif. de Vital. Rub. de Carcerib. prius supra n.* 4. *Menoch. infracit. q.* 88. *n.* 10. *De Affl. in rub. de Prohib. feudi alien. ver. condemnatorum in fine,* & sic in Rep. Genuę, ex particulari statuto ibi prouisum est *lib.* 5. *statutorum cap.* 8. per hæc verba. *Mulieres non possunt personalitèr detineri, nec incarcerari occasione alicuius debiti, vel obligationis ciuilis.* Limitat tamen *Mar.* supradicta *in* 6. *parte sui specnli rub.* & producuntur scripturæ, *n.* 20. *fol.* 420. quando tractatur de liquidatione instrumenti, in quo forsan fuerint obligatæ, quia poterint tunc executorialibus literis carcerari: & hoc ad ritus rigorẽ conseruandum, ne redderetur illius dispositio, & obseruantia elusoria, vt in ritu M. C. 166. quo in casu, qualitèr sit praxis, latissimè ibi *Carau. num.* 1. *cum compluribus seq.* vbi dicit honestibus esse assignandã domum loco carceris, & de istis honestis mulieribus intelligendus est, *Consil. Rocc. centur.* 2. *resp.* 94. *num.* 14. *fol.* 335. dum indistinctè loquitur de muliere, quæ cum de Iure communi non possit carcerari vigore ritus, est ei assignanda domus loco carceris, & præter hunc casum possumus benè dicere, quod dedecet: vt quæ non po[...]nt aufugere, in vinculis detinere, & quæ miseratione dignę sunt inhumanitèr opprimere; quid vnquam poterit detenta in carcere mulier creditori dare? credo, quod ex eius imbecillitate non minorem habebit prærogatiuam, quàm debitor inops in petitione alimentorum secundùm *gl. singularem in l. fin. C. de eroga. milit. anno. lib.* 12. quàm adducit *Guid. Papa in decis.* 211. *num.* 2. *ver. sed quid si debitor,* &
156 sic in dies practicari in nostris tribunalibus testatur *Anna sing.* 279. putarunt tñ nonnulli præter casũ liquidationis instrumenti guarentigiati, etiam pro causa administrationis tutelæ carcerari posse, quod improbauit *Menoch. de Arbitr. Iud. q.* 88. *num.* 12. dummodò tamen tempore administrationis non renunciauerint beneficijs legum, vt dicam *infrà cap.* 2. *Iaf. in l. pleriq.* 18. *num.* 34. *ff. de in ius vocando,* & ità *Mangr. ad Bar. in auth. matri, & auię, C. quando mul. tut. offic.*

offic. &c. gl. tamen ibidem indistinctæ siue renunciatũ fuerit, vel non, contrarium tenet, vt possint ad carceres detrudi, dans rationem, quod cũ officium tutelę virile sit, in administratione habentur tanquam masculi: sed hoc intelligitur, & procedit, quãdo ipsæ mulieres aliquod debitum cum essent turrices contraxerint, pro administratione tutelæ, nam ex illo debito poterunt carcerari, prout docet *Borgninus Caualc. de Tut. & Curatore n.* 325. secus in casu cõputorũ pro ipsa administratione, puta si redita ratione remaneãt debitrices, quia & si renunciassent omni iurium beneficio, à pœna carceris sunt immunes, ità *Couar. var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 3. & Fern. Vasq. ibidem*, vbi ampliat non dum pro tutela non posse mulieres carcerari, (de quibus melius adeas
157 *Gom. ad l. 62. Tauri per tot.* & *Gaill. lib. 2. obser. 90. num. 4. Bar. in tract. de carceribus num. 4.*) sed nec minus pro pœna pecuniaria maleficij, vel pro functionibus fiscalibus, puta si vidua taxetur pro onere ferendo in beneficiũ vniuersitatis, vt in *n. 2. in medio d, cap.* 97. & ante *Azzo in summa C. de cust. reorum num. 4 auth. sed hodie. C. de offic. diuer. iud. Angel. in* §. *penales num. 36. inst. de alim.* quod est contra *Foller. pract. crim rubr. notatos capiat num. 19.* dicentem, quod si mulier fuerit condemnata, & non habebit in aere, carceranda est, prout etiam tenet *Carl. de iud. to. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 1. nu. 27.* at tu per veritate adeas *Baldax. de Angel.* iudicem M.C.V. in criminalibus, cui credendum est ex eius veteri praxi in tali officio super *d. auth. sed hodie in principio*, qui est locus topicus, & amplia præfata procedere, dato, quod debitrix mulier meretrix sit, dummodò sit tamen maritata, quia operitur viri pallio, ita *Gizzar. decis. 54. num. 13.* & *Carleual. vbi supra* licèt cõtrarium dixerint addẽtes ad *Ang. vbi supra lit.* D. & *Bar. in d. tractatu de carceribus eod. num. 4.*

Imò nec pro earum, vel aliorum causis tenentur, vel poterunt comparere in iudicio cum regularitèr ad tribunalia accedere vetitum sit mu-
158 lieribus, in odium Calphurniæ *per tex. in l. 1. §. 2. loco, ff. de postulando*, ità habetur in *l. 2. ff. de regul. iur.* prout latius infrà *cap. 3. num. 105. & seq.* quod procedit, dato vellent agere per cõ-
159 iunctis secundùm *Ludou. dec. Perus. 49.* & *Ricc. coll. 2461.* quamuis regula sit, quod coniunctus admittitur pro coniuncto, vt in *l. sed, & hæ. 35. ff. de procur. l. alienũ 18. C. de procur.* & *Borr. summa decis. to. 1. tit. 65. de aduoc. off nu. 117.* si tamen caueat de rato, iuxta
160 doctrinam *Bar. in l. 1. num. 5. C. eod.* quapropter si comparere nõ possunt, firmandum est, vt ad comparendum compelli non valeant per *Bal. in l. in pecuniarys num. 5. C. de procurat.* nec poterit opponi in hoc, iura potius refragari, quam ipsis faueri, cum prohibeantur eorum rationes tueri, & suas necessitates ostendere, etenim veritas secus est, dum hoc introductum esse videtur ratione honestatis, ad earum decus, & honorem conseruandum, cum non sit conueniens sexum fęmineum publicè cum masculino versari, & quod hoc sit verum, licèt ipsis interdicatur, sit ad forum accedere, & interuenire, non pro hoc prohibentur sua iura proponere, imò hoc eis concessum est cum maiori gloria, dum Mahometti operatur miraculum; etenim actuarij, & scribę earum domus accedunt ad illas audiendas, tam si instare, iurare, declarare, deponere, quam si aliquid aliud
161 agere voluerit de *Affl. super alias citata constit. Regni pessimam num. 12. Thesaur decis. 210.* & *Cassan. in catalago gloriæ mundi parte 2. consid. 30.* & est *tex. cum gl. inst. canonica in* §. *cuius tamen de probat.* & in Ciuitate Neapolitana adest *cap. 47.* concessis per Regem Ferdinandum *1. in anno 1476. f. 16. Tiraq ad l. 10. connub. num. 33. fol. 130.* tamen hoc intelligit *glos. in ip-*

so §.

so §. *cuius tamen verſ. honeſtus.* de mulieribus grauibus, non de plebeis, cum quibus tanta circumſpectio nō eſt habenda, vt etiam docet *Rou. ſuper prag. 7. de ord. iudiciorum num.* 20. ſed ſi fuerint prægnantes, & ex ventris oncere non poſſent ſe mouere, tractandæ erunt ex cauſa partus, vt no-
162 biles, ità *Baldax. de Angel. in l. iubemus 34. §. omnes num. 4. C. de Epiſc. & Cleric.* & ita in noſtris Tribunalibus praxis eſt; quod magiſtri actorū, vel cauſarum ſcribæ, quando aliqua ciuilis mulier vult comparere in iudicio ad agendum, vel excipiendum, ad eius palatium proficiſcuntur pro earum inſtantijs audiendis, & pro nŏtando procuratore, quem eligere voluerint, qui litem proſequi valeat & acta legitimè compilare; ſic etiam quando opus fuerit deponere, vti principalis ſeruata forma *Regia prag. 8. de ordine iudic.* per verbum credo, & non credo, quod etiam notatur per *Mar. in ſuo ſpeculo rub. rectæ cōcipiatur,* & eſt *tex.* apertus in *cap. mulier* 2. vbi *Io: Andr. de iudic. in 6.* quem adducit *Menoch. de Arbitr. iud. d. q. 88. num.* 11. tamen ſi fuerit aliqua mulier patiēs dato, quod honeſta non ſit, ſiuè in ciuilibus procedatur, ſiuè in criminalibus, quia forſan ex aliqua cauſa citāda veniat, non tenetur comparere vſque dum decubat, ſed debet audiri
163 per Procuratorem ità *Bal. in l. 2. §. ſi quis num. 3. ff. ſi quis caution.* & circa id, quod ſpuit *Theſ. d. deciſ.* 210. *ſub num. 2. verſ. in contrarium*, quod hoc procedit etiam circa iuramentum, vt nec minus pro eo teneatur ineſſe in curijs; ſcias, apud nos obſeruari, quod quando incuſantur inſtrumenta guarentigiata ſeruata forma ritus noſtræ M.C. contra aliquem debitorem per mulieres; ipſæ accedunt ad Eccleſiā S. Thomæ Apoſtoli vnam ex parochialibus huius Ciuitatis propè mōtem, & publicum bancum pauperū, quæ vicinior eſt regijs tribunalibus, ibique ſe conferunt, & recipiunt iuramentum pro liquidatione actuarij, ad quos hoc fungi ſpectant officio, prout ne huius praxis ipſe ſim.
164 author dixit etiā *id. Baldax. de Ang. in ſuo pratu ſuper l. nec honore 7. num. 5 fol. 48. C. nuper citato*, vbi ſimilitèr ponit, quod ſi actrix, quæ vult incuſari inſtrumentum fuerit monialis; debent ire ad monaſterium ad recipiendum iuramentum pro liquidatione, quod comprobat *Conſiliarius Roccus centuria 2. reſponſo 42. num. 15. fol. 140.* vndè ex his deſumitur non
165 benè dixiſſe *Foller. in ſua pract. crim. rubr. vel eos verbalitèr citari faciat n.* 10. dum vult perſonalitèr debere mulierem ineſſe, & comparere, cum voluerit declinare forum; ſed ſufficit, vt ſic hodie obſeruatur ſi ſimplicitèr circa hoc conſtituat procuratorem, alias enim vlla vnquam daretur variatio, quæ tam frequens eſt in noſtris tribunalibus.

Et attento iure canonico: mulieres ob earum grauitatem, & ſexus riuerentiam non poſſunt adduci in teſtes nec compelli ad aliquam fidē faciendam in criminalibus cauſis *cap.*
166 *mulierem 17. 23. q. 5.* vbi *gloſ. c. forus 10. §. fin. de verb. ſignif. Alex. conſ. 19. num. 1. vol. 1. Bertr. conſ. 189. num. 2. vol. 1. Marſ. conſ. 22. in princ. Oldr. conſ. 145. Marſ. in ſua pra. parte 6. rub. indicij tela aggreditur num. 41. & 42. Blan. in tract. de indic. num. 351. Hieronymus Gig. in fracit q. 6. de crim. leſæ M. num. 2. & Tol. in ſua ſumma lib. 1. cap. 38. nu. 6.* Imò nec accuſare eis permittitur, dummodò non tractetur de vindicāda morte parentum iuxtà *tex. in c. 2. 15. q. 3.* vel non ſimus in caſibus ijs, in quibus etiam infames audiuntur ſecundùm *gl. in d. cap. mulierem ver. nec teſtis*, ſecus autem in ciuilibus *c. tam litteris 33. de teſtib. gl. in d. c. forus §. fin. ver. non fœmina*, quod procedit contra clericos, vt in *d. c. tam lit. ver. fœminas, & latius infra*. Sed de iure ciuili indifferentèr admittuntur ad teſtimonium tam in ciuilibus, quam in cri-

criminalibus caufis per *tex.in l.ex eo*
*18.ff.de teftib.gl.in d.c.forus,§.fin.*aliàs
citato *ver. non fœmina de verb.fignif.*
Farinac.de teftibus quæft.59.num.1.ca-
fu 2.& *Gomes to.3. var. refol.cap. 12.*
num. 13. fecundùm quod ius ciuile
hodie videmus in viridi effe obfer-
uantia fcilicèt, fœminas in omni-
bus quibufcunque negotijs ciuili-
bus,criminalibus,& mixtis examina-
ri, ac in cõtractibus admitti,& reci-
pi in inftrumentis,cum in eis non re-
quiratur follẽnitas,quæ in teftamen-
tis interuenire debet, fecundùm *Bal.*
in l.fcripturas num. 4. in fine ver. ifto
*ergo cafu,C.qui pot.in pign.hab.*quem
adducit *Sperell.to.1.decif.81.num.44.*
& fic voluerunt etiam *Hieron. Gig.*
de crim.lefæ M.rub.quomodo,& per quos
crimen lefæ maieftatis probetur.q.6.nu.
3.Angel.de malef.rub.comparuerunt di-
cti inquifiti num. 14. & eft communis
opinio *DD.* qui dant theoricam in
praxi,vt refert *Gom.vbi fupra*, & fe-
cundùm *Bonifac. de Vital. in tract. de*
teftibus nu.37. fi non reperiantur ma-
res,fed tãtùm fœminæ,quæ deponãt,
168 valet eorum teftimonium *Foller.*
tamen *in frag.poft prax.crim. de furtis*
num. 128. ait, quod, fi tres mulieres
deponant fine aliqua alia depofitio-
ne alicuius hominis in cafu mortis,
non fufficiunt pro condẽnatione;quia
faperet leuitatem in caufa graui ha-
bere tantùm fœmineas depofitiones,
quibus,cum fragiles fint,plena fides
non eft adhibenda in cafibus arduis,
vndè tutius erit inquifitum, potius
nocentem dimittere,quam innocen-
168 tem condemnare *l.5. ff. de pæn.* re-
minifcor tamen in ciuilibus hunc ef-
fe exceptum cafum, (vt nuper fpul-
mus,)quod non patitur mulieres pro
teftibus interuenire, nempè in tefta-
179 mento, à quo prorfus reijciuntur *l.*
qui teftamento 20.§.cũ qui.ff.de teftam.
*§.teftes autem,*vbi *gl.inft.de teftam.ord:*
gl.in d.cap.forus eod.§.fin. aliàs citato
ver.non fœmina,Gom.vbi fupra,Bonif.
de Vital.d.tract.de teftib.num.38. Hie-
ronym. Gig.d.tract.de crim.lefæ M.lib.
3.q.16.nu.5.Tiraq.de Priuil.piæ caufæ
priuil. 5. quod procedit tàm de iure
ciuili,quàm canonico,vt teftatur *Viu.*
eũ communi fcribẽtium voto in fua
*fylua opin.968. n.1.*fed apud Ianuen-
fes de iure ftatutario admittuntur in
teftes,etiam in teftamento, quod eft
ibi maximum priuilegium, dummo-
dò fit maior numerus mafculorum,
qui etiam fi reducatur ad quinque,
teftimonium valet,cũ numerus fepte-
narius non reputetur neceffarius iu-
xta ius commune,vt in *iuribus fupra-*
citatis, & fic fi erunt tres mafculi, &
duo fœminæ, tenet difpofitio, quod
ius municipale fiuè ftatutarium pof-
fe de iure fubfifteri in hoc, tenet *Bar.*
in l.cunctos populos, C. de fumma Trin,
& fide Cath. vndè eueniente cafu,
quod facto teftamento per Simonet-
tam Riuano Ianuenfem,quæ nonnul-
la bona habebat in Regno,cum fuif-
fet præfentatum in M.C.V.pro con-
firmatione præambuli Genuæ fa-
ctum, &fi prima facie dubitarent iu-
dices, cum vidiffent illud corã quin-
que teftibus confectum, poftmodum
170 infpecto *cap.12.lib.5. ftatutorum,* in
quo, hoc ftatuebatur, decreuerunt
confirmandum effe decretum præã-
buli,ibi interpofitum,me patrocinã-
te in banca *de Abbenate, nunc Fran-*
cifci Albani, fcriba Francifco Graffo,
hæc quidem eft maxima prærogati-
ua teftamenti,vt in eo debeant inter-
uenire teftes, qui fint animo fortes,
& conftantia immutabiles,ad hoc, vt
femper firmum,& validum fit,& me-
ritò, nam cum contineat difponentis
finalem voluntatem,& agatur de to-
to eius affe, omni vitio, omni fufpi-
cione carere debent; mulieres enim,
171 aut, quia mendaces, vt dixi in *meo*
Florilegio rubr.de adult. aut quia fra-
giles funt,fecundùm *gl. in d. §. teftes*
autem verf.neque mulier, & *in d.l. qui*
teftamento 20.§.eum qui,ver.non pote-
rit.ff.de teftam.& *Gom.vbi fupra,*& la-
tiùs infra *2.cap.* de facili præuaricare
pof-

possunt,(& hæc ratio mihi magis placet, vt propterea prohibeantur etiã in criminalibus deponere, quam illa adducta per *Viu. d.opin.* 980. *num.* 2: superius relata, quod ex earum grauitate, ad deponendum non possint compelli) per argumentum de minori ad maius, nempè si ob sexus debilitatem admittendæ non sunt mulieres in testamento, quia agitur de toto aere morientis, prout etiam voluit *Crot. in tract. de testam: num.* 57: licèt hoc dicat *Bal. in l.* 1. *C. de sacros. Ecclesijs* introductum esse moribus potius, quam rei natura, vt fæminæ in testamento non possint in testimonium adduci; à fortiori reprobandæ sunt in causis criminalibus, in quibus tractatur de vltimo fine hominis. s. de perditione vitę, & animæ, quæ cunctis rebus præferri debent; & ita sentijt etiam *Marsil. in cons.* 22. *num.* 2. & postmodum inueni *Port. in* §. *possunt autem inst. de test. num.* 18. & 19. eadem ratione vtentem; tenet tamen *Ias. in vtroque casu in l. fin. num.* 4. & 5. *C. de testibus*, propter necessitatem admitti mulieres, cum alij testes haberi non possint.

Limita restrinctionem hanc, in nonnullis casibus, & sic in testamentis ad pias causas, in quibus possunt mu-
172 lieres interuenire *Bal. in d. l.* 1. *num.* 12. *Paul. de Castro cons.* 161. *Ruin. cõs.* 9. *num.* 7. & 15. *vol.* 3. & *cons.* 192. *nu.* 7. *vol.* 2. & est communis opinio *DD.* teste *Bellono cons.* 14. *n.* 8. & *Ias.* proximè citando.

Item in testamentis inter liberos, quibus non proceditur per tam sub-
173 tiles iutium ambages *Bal. in auth. quod sine num.* 2. *C. de testam. Ias. in l. hac consultissima nu.* 8. *C. de testam. Io. Fab.* vbi addentes in §. *testes autem de test.* & *Tiraq. d. priu.* 5. est ratio, quia si ipsi succedunt ab intestato, omnis probabilis voluntas sufficit, quod ex testamento hæreditatem habeant, cum causa testati sit magis priuilegiata, illa intestati.

Insuper in codicillis *gl. in d. l. qui*
174 *testamento* 20. §. *eum, qui lit.* H. *ff. de testam. Bar. in l. in multis* 9. *ff. de statu hom.* & in *d.* §. *testes autem num.* 1. vbi *Aretin. num.* 2. habuit dicere, quod cũ in omnibus testamentis adijciatur clausula, vt si non valet, vt testamẽtũ, valeat iure codicillorum, quod si mulier adhibeatur in testem, cum non valeat, vt testamentum, valebit, vt codicillus, *Alex. cons.* 218. *col.* 2. *vol.* 1. & *cons.* 106. *col.* 4. *vol.* 3. *Bal. cons.* 8. *vol.* 5. & *Tobias Nonius Perusinus*; qui de communi opinione testatur in alias citato §. *testes autem, num.* 17. *inst. de testam.* latissimè *DD. ad rub. de codicill. inst.* & signantèr *Port. nu.* 11. & *Ang. in* §. *codicillis, eodem tit. num.* 6. *Ias. in d. l. hac consultissima eod. n.* 8. *C. de test.* sed id. *Bal.* circa hoc dicit in *l. si quis agere* 8. *num.* 28. *C. de codicill.* quod si codicillus fiat in scriptis ad modum testamẽti, clausi, ne voluntas testatoris propaletur, tales mulieres debent esse litteratæ, vt sciant se subscribere, est ratio, quare in codicillis admittantur, siue habilitentur mulieres, & in testamento non, quia in testamen-
175 to tractatur de toto aere, & de vniuersali dispositione, quæ requirit hæredem, cum alias testamentum non valeat, vt in *l.* 1. *ff. de hered. instituẽdis*, vndè ad hoc, ne potuisset inficiati testantis dispositio ex defectu testiũ, & causa testati reduceretur ad causam intestati contrà mentem defuncti, voluit prohibere lex, fæminas in testamento inesse; in codicillis non militat eadem rõ, cum vt plurimum aliqua legata in eo fiant, & dato, ꝗ inficientur, non annullatur principale negotium, vt qui testatus est, faciat decedere intestatum, quod iniuriosum quoque reputatur, quando testator sine hærede decedit iuxtà *Vulp.* sententiam *lib.* 22. *ad edictum in l.* & *quia hoc.* 6. vbi optimè *gl. ff. de Interloc. action.*

In casu verò, an testamentum sit confectum, vel non à testatore: quia

hoc non est interuenire pro testibus
in testamento ad testificandum eius
sollemnitatem;admittuntur mulieres
176 ad probandam suam nullitatem, &
inualiditatem, vt post examinatum
articulum,concludit *Albericus in dicta
l. qui testamento*,§. *Mulier*; licèt in *tex.*
meo sit potius §. *eum qui lege iulia*.

In testamento tamen militum pos-
sunt interuenire mulieres, sed vide-
177 tur hoc mihi priuilegium potius
militare, vt tenet *Viu. cum communi
opinione relata in sua Sylua. opin.* 968.
& hoc est, quod uoluit dicere *gl. in l.
fin.* §. *fin. ver. quinq;* quòd fæmina
semper potest esse testis, cum non
prohibeatur.

At hermaphroditus indistinctè si
magis præualet in sexu uirili, testis
178 in testamento esse potest, imò etiã
in criminalibus *l. repetundarum* 15.
§. *hermaphroditus* ubi *gl. ff. de testibus,
& gl. inst. dicto* §. *testes autem, litera
A. de testamen.* ubi etiam *Nicas. num.*
10.

Similitèr limita deIure canonico,
vt superius indicauimus, nã ex eo ad-
mittentur mulieres, etiam contrà
Clericum,tàm in ciuilibus *c. tam lite-
ris alias citato* §. *quia verò*, ubi *gl. lite-
ra A. de testibus Viu. opin.* 989. *in prin-
cipio gl. in dicto* §. *forus* §. *testes litera
G. & Mar. sua pract. par.* 4. *Rub. Iu-
dicis tela aggreditur num.* 4., quam in
179 criminalibus, sed per modũ denun-
ciationis *c. 3. qui cõmunitèr*, ità reci-
pitur, & intelligitur, prout declarat
ibi gl. eod. tit. de testibus, uel per mo-
dum exceptionis secundum *gl. in nu-
per citato c. tam literis* §. *quia verò, ver.
fæminas*, aut per modum accusationis,
tanquam ipsa offensa, ut dixit *gl. in d.
c. forus*, §. *testes ead. litera G.* earum
iniuriã prosequendo *l. uxor tua, 4. &
l. de crimine* 12. *C. de ijs, qui accus. nõ
poss.* vel parentum mortem vindican-
do, vt dictum est superius per *tex. in
c.* 2. 15. *q.* 3.

Imò contrà clericos admittuntur
in criminalibus etiam per modum
attestationis, & ordinariæ sollemnis
180 depositionis, quando tamèn aliàs
veritas haberi non potest, quia si cõ-
trarium esset; eorum delicta remane-
rent impunita, quod lex non per-
mittit, vt per magnum DD. cumulũ
tenet *Viu opin.* 980. *num.* 3. & *opin.* 989.
etiam *n.* 3.

Attamẽ prædicta non semper vin-
dicant sibi locum, sed sublimitantur
in diuersis casibus, & Primò, quando
mulier reperitur damnata, quia tunc
amittit sua iura, & per consequens
non poterit esse testis, *l. ex eo, cum gl.*
18 *in ordine* superius adducta *ff. de te-
stibus*, intellige, quando ex eorum
delicto, in quo deberet deponere, ori-
tur condemnatio *l. 3. cum sua gl.* §. *le-
ge Iulia ff. eod.* sed hoc mihi videtur
commune in omnibus alijs testi-
bus, vt notatur *in c. super eo* 13. *de
testibus*, & in his terminis loquitur
Mars. d. cons. 22. *num.* 3. *est tex. in. c.
infames* 2. 3. *q* 7. & *d. l. quod in testamẽto*
§. *eum qui ver. mulier. ff. de Testamen.*
Secundò quãdo est infamis, vel infa-
mia Iuris per sententiam, ob aliquod
turpe scelus, vel infamia facti, ex ali-
quo damnato actu, & exercitio, nem-
pè meretricis, vel lænæ, quas infa-
181 mes facit communis hominum opi-
nio, & Mundi existimatio iuxta *tex.
& gl. in c. 2. causa 6. q.* 1. per quem
accusare prohibentur, sed clarior est
in *d. c. infames* 2. *in ordine* 3. *quæst.* 7. &
in terminis *c. testimonium* 54. ibiq; *gl.
de testibus Bal. in c. ad nostram in prin-
cipio de Probat. Abb. in c. licèt*, vbi
etiam *Fel. & Phil. Dec. eod. tit. Petr.
Calephat. cons.* 93. *num.* 3. & *Rom.
singul.* 469. sed quatenus ex aliqua
necessaria causa essent admittendæ,
cum tortura eas recipi consuluit *Bart.
Capoll. cons.* 60. *num.* 11. ratio est se-
cundùm me, quod dedecet (dum præ
uio Iuramento testes deponunt) has
personas habilitare ad iurandum,
quæ Deum non cognoscunt, & alte-
ra est *gl. in d. c.* 2. 6. *q.* 1. quod indignũ
est, vt illi cos accusent, quod esse
non

non possunt, vt ipsi sunt. Fallit tamen in crimine læsæ maiestatis, in quo etiam infames ad illud probandum admittūtur ob facinoris immanitatē *l. Famosi 7. ff. ad l. Iul. Maiest. Gig. in*
183 *d. tractatu de Crim. l. M. rub. quomodo, & per quos crim. læsæ M. probetur quæst. 6. in fine:*

Tertio regularitèr mulieres non possunt eorum viros accusare, quod uidetur etiam contrarium his, quæ supradicta sunt, dum firmauimus, hoc eis permitti etiam contra Clericos; sed aduersus maritos alias est, ratione subiectionis, ex reuerentia erga illos, & sic si forsan venirent
184 adulterij delicto imputandi, non poterunt de hoc mulieres cōqueri *l. 1. cum gl. C. ad l. Iuliam de Adult. §. 1.* neç aliqua ratio potior adduci potest, nisi, quia sic fuit uolūtas legislatoris; cum rationabilitèr non procedat, nā sicùt marito adulteram mulierem denunciare conceditur, ità uxori quoq; contrà uirum in pari causa permittendum esset, ex traditis in meo florilegio *in Rub. de Adult.* quam opinionem, etiam hic amplector, sed cum hac distinctione, quod aut loquimur de Iure canonico, aut de Iure ciuili. Primò casu competit mulieri accusatio, ut ibi dixi. Secundò uerò non, ut hic; & de hac inequalitate secundùm ciuiles leges conquæritur etiam *D. Aug.* dicens, quod paritas seruanda est *in lib. de Verb. Apost. serm. 4.*
185 dū ius ciuile uoluit, adulterium nō committi per maritū, qui cognouerit solutam, ut per *gl. in l. 1. C. ad l. Iul. de adult.* quod iure canonico secus est, dum adulter reputatur, sicut uxor cognoscendo solutam *c. nemo 4. 33. q. 4.* & *c. trāsmissa 4.* vbi *Abb.* hoc notat, *de eo, qui cogno. consanguin. vxor. &c:* attamen inspecto iure nouissimo autentic. uidetur concordare cum iure canonico, tamquam magis consonante iustitiæ, & rationi, vt in *§. si igitur,* secūdùm *Theodosii auth. de nupt:* vide optimam *gl. in c. apud misericordiam 10. ver: accusationem 32. q. 1.* & *in c. fin. 32. q. 4.*

Quartò in criminalibus non debent adduci ad deponendum, ex suprà tradita ratione, quod si non possunt inesse in testamento, quia agitur de toto asse testantis, à fortiori in causa criminali, in qua agitur de vita
186 inquisiti, prout diffusiùs notat *Hip: de Marsil. dicto cons. 22. num. 1. & 2:* optimè *Ang. inst. de Testam. §. testes autem, n. 2.* sed hæc regula hodie non est in obseruantia, dum indifferentèr examinantur super delictis mulieres euiuscunq; qualitatis sint, & sic cōmunitèr obseruari docet *Gomes var. resol: cap. 12. n. 13: in fine to. 3.* licèt postmodum in nōnullis casibus reprobētur, dum omnis regula patitur exceptionem secundùm *Cardin: Alex. in c: Synodum 17. dist. Boer. ad Dyn. in proæmio: de Reg. Iur. in 6. litera B.* & erit, præcipuè si aliqua causa cum eius viro tractaretur, quia tunc tanquam domestica non admittiur *gl. in §. sed si filiusfamil. ver. in ea re. inst. de testib:* & *gl. in margine l. 4. §. quæsitum est,* vbi concordantes *ff. si quis caut.* ratio debet esse, quod cum coniuges dicantur una caro secundùm iura superiùs adducta, non uidetur idoneus testis in re propria *l. nullus 10. ff. de testibus,* ad quod adeas *gl. in l. 1. §. si pater necatus sit, ver. vna domus, ff. de Senat: Consul. Syllan.* imò nota, quod dum fœminæ admittuntur in testimonium, aliquando præferuntur depositionibus masculorum, puta si istæ deponāt in fauorem rei, & illi in fauorē actoris; quia partes rei semper fauendæ sunt, præualent earum depositiones; ità singulariter *gl. inst. canon. in §. cuius tamen, ver. non fœmina, de Probat:* & *Hippolit. de Marsil. in l. vnius facinoris, §. in ea causa n. 7. ff. de quæst.*

Sunt similitèr priuilegiatæ mulieres, respectu filiorum, dum partus sequitur matrem, undè si quis nascatur ex ingenua, liber, si ex ancilla,
187 seruus erit, trahens ad se alumnum;

hoc tamen intelligas,quò ad statum conditionem, & dominium,ità, quod si nascatur filius ex serua nostra, noster erit: secus autē,quò ad dignitatē, & honorem, tunc enim liberi nati, patrē sequūtur,sicùt dixi de uxore virum,quia uirile est, ut quis dignitatibus & honoribus sit insignitus;pro-ut probatur *ex tex. in l: partū 7.* vbi *gl. Bal.Salyc.& alij scrib.C.de rei vēd.Bar. in l. nullus,la 2:* vbi *Alex. in addit. C; de decur. lib.* 10. & propterea si mater sit nobilis, & pater plebeus, filius non dicitur totalitèr nobilis,sed videtur de nobilitate tantùm participare, sicut omne compositum de sua materia,est ratio,quia potentior causa semper attenditur,sed sic est, quod pater imprimit in filijs formam,quod dat esse rei, & mater in conceptione parat solum materiam, & forma est dignior materia; partus, qui egreditur,inhæret formæ, & sic patri, ità *Alex. vbi suprà,* qui alios adducit auctores; at ratio quare postmodum partus matrem sequatur, est, quia mater semper certa est; quod de patre dici non potest, possumus namq; scire ortum,sed non nostram generationem *l. quia semper 5. ff. de in ius voc.Hottom.damnata memoriȩ per eundem tex.in lib. instit. rubr. de Ingen. col. 1. litera c. fol.* 22. & *Portius eod. loco num. 6.* nisi inquantùm nuptiæ demonstrant; vndè potest Titius vocari filius Caij ex matrimonij præsūptione, quod contraxerat cum Meuia, sed non quod possit in veritate sic indubitanter affirmari, cum sæpè fidem fallere insperiantur vxores, quam seruare omni iure, omni tempore deberent,vt dixit *Ouid. lib. 5. de Tristibus.*

Nil opus est morte pro me, sed amore fideq;

Non ex difficili fama petenda tibi est.

Et *Telemachus apud Homerum Odyss.* 1.

Me esse Vlyssis filiū,reuelauit mater. ac notauit *Boschocus in tract. de nup. in principio,*& latiùs dicemus infrà *c. 3. special.9.*

Et non dum à lege sunt priuilegiatę, verum etiam à Deo, qui cupiens hæc terrena æternare adinstar Cælestium per modum successiuum, id facere volens, putauit in hoc fæminas esse necessarias, citrà quas à Mundi creatione vsq;adhuc,nil in sua specie reperiretur quidem seruatum, nisi æterna Sapientia fuisset data suc-
189 cessio per generabilem productionem, ità *Petr. Vanderan. de Priuil. cred. Ver. de Vtilitate, atq; fauore dotium cap. 5. in medio;* nam licèt sol, & homo generent hominem,hoc intelligitur actiuè, hæc enim generatio non potest informare,nisi passiuè mulier concurrat, etenim præstat vas ad recipiendum semen; sicut terra eius uiscera ad frumentum,ut optimè ex *Neap. ad consuet. si quis, vel si qua de successio.ab intest.num. 133. & 134.* quapropter dixit *Arist. lib. 1. Probl.* maris, fæmineq; coniunctionem necessariam,& utrumq; sine altero debilem esse, & licèt fæmina quoq; seminet,& maior sit eius delectatio secundùm eundem *Arist. part. 4. probl. 15.* adductum per *Neuiz. Sylua nupt. Rubr. est nubendum num. 34.* nihilominus,semen eius imperfectum est, & ad generationem inualidum, ut communiter omnes concludunt teste *Bonac. to. 1. de ijs quæ pertinet ad vsum matrim. puncto 10. quæst. 4. num. 16. ver. respondeo tertio in fine*, quod est adeò uerum, ut si mulier rem habendo cum uiro se retrotraheret à semine, tempore coitus, non peccat, ità *Bō.vbi suprà,* imò si aliàs esset, daretur casus, quod quando mulieres inuicē inter se copularent, (vt pluries interuenisse legitur aliquibus mulieribus) seminando possent quoque, & ipsæ sine masculo generare, dum
190 *Auicenna* dicit,quod iam delectantur,& suscipiunt inuicē semen,quod sodomia est, & vti sodomitæ punibiles secundùm *gl.& DD. in l. fœdissimam num.* 20. *C. de Adult. Gomes in l.* 80.

80. *Taur. num.* 34.*& seq. ver.* & idem *Clar.* §.*fornicatio lib.* 5. *num.* 24. *Boer. decis.* 316. *in fine, & Scial. de forind.cap.* 3.*num.* 112. sed hoc falsum est dicere, & ità experientia docet: & propterea cum inseruiant uiris, sine quibus ad nihil ualent, ut ipsis magis complaccre potuissent, natura uoluit eas pulchriores producere sine
191 pilis, sed tantùm ornatas capillis, ut decore magis fiant; quod dixerunt aliqui euenire ex causa menstruorum, quæ singulis mēsibus emittunt, quia eiectis sic corporis feciebus, alia excrementa non emanant, sed *Io: Camill. Maffei in sua scala naturali gradu* 1. *c.* 22.*in fine*, voluit esse ex cute molli, quam retinent, & ideò magis pulchræ, quia magis delicatæ, & cum non possint firmi, & densi stare foratus pellis: non habēt ubi pili radices emittere, sic videmus in agris, qui cum non habeant fortē terram, vel herbas non producunt virentes, vel si producunt adeò tenues, quæ priusquam nascantur, languescunt, vt propriè experitur in fæminis, quæ pilos emittunt, sed est potius lanugo ex pellis debilitate, quæ non est potens eos firmiores proficere.

Nec remanet hic mulierum priuilegium, sed vlterius progreditur; nēpè, quod lex prouisit per diuersas iuridicas dispositiones, vt ipsarum pulchritudo non maculetur illicitis actibus, sed pulchriores euadant ex
192 honoris lumine, & animi honestate, & iudicio meo, habent in hoc quādam prætogatiuam, ut possint dici quodammodò sanctę sicùt muri, & portæ Ciuitatis, muri quidem sunt domus, & ostia parentum, qui nec trascindi, nec propulsari debent, nam statim atq; quod aliqua mulier de Mundi prosapia malè olet, est ei omne decus sublatum, si enim res sanctæ sic dicuntur, quia leges iubent eas custodiri, ut ab hominum iniuria defendantur §. *Sancta de rerum diu.* *l.* 5. *& l. sanctum* 8. *cum l. seq.* §. *propriè ff. eod.* Sanctæ debent propterea dici mulieres, cum eodem fauore tueantur à lege, dum nec tangi, nec luxuriosè inspici debent; vndè vetitum esse scimus cùm honestis mulieribus sermonem habere, & aduersus turpi colloquio corrumpētes modestas fæminas, easq; prauis, & impudicis verbis allectas ducētes ad peccandum cum alijs, quod lenocinium est, vltrà pænam infamiæ secundùm *gl. in l. athletas* 4. §. *ait prętor, litera S. ff. de his qui not. infa.* & *Foller. pract. crim. Rubr. Item, quod fuit lenò num.* 34. tanquam pestifero morbo labo-
193 rantes, ne honestatē puellarum corrumpant è ciuitatibus eijciendi sunt Prætoris banno, vel edicto, vt fecit Imperator Iustinianus in sua Costantinopolitana per pænale decretum notatum *in authent. & antiquis de Lenonibus*, cuius vestigia imitando eadem Zelotypia motus, imò *dicta auth.* verba transcribendo Rex Ferdinandus in sua Neapolitana Fidelissima Ciuitate *per pragm.* 1. *de Lenonibus*, præcepit hoc scelus à nemine cognosci posse, nisi per M. C. V. & statuit, vt si aliquis tali delicto accusatus cōuinceretur, vltimi supplicij pæna ple-
194 cti deberet, quod etiā anteà *digestorum* iura dispositum erat *in l.* 1. *de extraord. crim.* §. *fin.* vbi *gl.* quæ procedit tantùm in Lenone, dato quod sit maritus, imò seueriùs est plectendus secundùm *Ricc. de statu reprobo.lib.* 4. *cap.* 5. secus autem in Lena, cui ratione sexus ex peculiari gratia Prin-
195 cipis indulgetur, vt pro prima vice fustis cedatur; pro secunda signetur in fronte, & pro tertia nasus ei amputetur, vt pro tali habita, & cognita in signo ab omnibus euitari possit, teste *Foller. vbi suprà numer.* 30. & est *prag.* 2. *de meretricibus*, & non dum emanatur bannum contrà Lenones, quod exfractent, verùm etiam ipsis meretricibus iniungitur non vti Lenonibus, nec publicè, nec priuatè, sub

pæna

pæna exilij à toto Regno,& ſignatio-
196 nis in fronte, & fuſtigationis per Ciuitatem,quod hodie ſeruatur non formidine pænæ, ſed temporũ calamitate,dum patum lucrantur, & non indigent nuncio,ſed ipſe prouocant, & conuocant ad operam tranſeuntes. Cumque facinus hoc multoties per parentes committatur, (& ita mi Deus non eſſet)operam dando, vt filiæ,vel eorum ancillæ,amiſſa virginitatis gemma turpitèr peccent, *lege*
197 *Theodoſia* ſancitum eſt, quod pater patriam poteſtatem amittat, vt in
198 *l.fin.*vbi *Bar.C.de ſpectaculis lib.*11. & mater naſum perdat, dũmodò extrema neceſſitate id non fiat;mulieres enim non ſunt induſtrioſæ,neque fortes,vt viri, & propterea in tali caſu egeſtatis tolerantur,ita *Foll.vbi ſu-*
199 *pra num.* 29. qui verò ad propriam libidinem ſatullandam ſunt ipſi ſollicitatores aliarum mulierũ,extraordinariè puniuntur *l.*1.vbi *gl.ff.de extraordin. crim.* vndè notandum eſt maius dari ſcelus in ſollecitatione pro alijs, quàm pro ſeipſo, & iure, quia,qui facit hoc per ſe,inducitur ex propria animi paſſione,& amoris impulſu,& ex fragilitate,& naturali cõcupiſcentia, qua excuſatur, qui verò pro alio talia turpia exercet,intereſſe tamen inducitur,abſque aliquo alio ſenſu, & propterea ſeueriùs eſt caſtigandus,& maiori pæna plectendus. Confeſſarij verò, quando ſanctitatis profanato loco auſi fuerint,
200 vel pro ſcipſis, vel pro alijs, tàm in actu ſacramentalis confeſſionis, quã ante,vel poſt, prætextu, & occaſione ipſius,etiam confeſſione non ſecuta, mulieres ſollecitare, & quas ſanctas ſalutari pænitentia proficere tenebantur dęmones, & vitiatas reddunt (oh damnabile ſcelus)præter pænam peccati, quod faciunt, quæ deberet eſſe irremiſſibilis, niſi Dei noſtri patris omnipotentis eſſet infinita miſericordia, dum pati deberent, ea per quæ peccarunt,vt experimur, & docet exemplum Aman, qui vt legitur in *lib.Eſther.cap.fin.* in eo patibulo alriatus fuit, in quo ex Regis mandato putabat Mardochęum, & omnes iudæos ſuſpendi debere,quod perbellè notauit *Æques Poëta noſter Marinus* in quodam eius ſonecto in his carminibus.

Così deluſo da l'inſidie ſue,
Nel crudo ordigno da lui isteſſo ordito,
Lo ſcelerato Aman ſuſpeſo fue,
E Pirillo così con fier mugito,
Venne morendo ad animar quel bue,
Ch'egli per altrui morte hauea ſcolpito;

quod ipſamet naturalis ratio ſuadet, vt ſemper ſcilicèt expectet, quod quis facit *leg.*3.*§.patiatur,C.de Epiſc. Aud.* & vt dolo decipiatur, qui dolo agit *l.ſi duo* 37.*ff.de dolo malo*; & ideò ſi pro danda remiſſione peccatorum pænitentibus authoritate diuina tributa, quando dixit Petro, *Quod ſolueris in terra; erit ſolutum & in cælo*. Et Apoſtolis, *Quæcunque remiſeritis peccata, remittuntur eis*, vt ha-
201 betur in *c.quomodo* 44. 11.*q.*3.& per *gl.in cap.nemo Epiſcopus* el 11.2.*q.*1.ad peccandum infelices mulieres inducerent, vel animi corruptione conſentiendo ſollecitationibus, vel cordis turbatione ob ſcandalum, illicò ſuſpenſi ſunt per bullam *Gregorij* XV.promulgatã *die* 30.*Auguſti* 1622. confirmantem alias pontificias conſtitutiones,& propriè bullam *Pij* IV. per quam diſpoſitum eſt, vt quicunque culpabiles inueniantur per ſanctam inquiſitionem ordinibus,priuẽtur,& alijs pœnis ſubijciantur,vt patet ex verbis iſtis ſcilicèt: *Priuationis beneficiorum dignitatum, & officiorum quoſcunque ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis actiuæ, & paſſiuæ, ſi regulares fuerint exilij damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum abſque vlla ſpe gratiæ, aliaſquè pœnas decernant eos quoque ſi pro delicti enormitate grauiores pœnas meruerint,debi-*

ta

pa præcedente degradatione curię sæculari puniendos tradat, quod scelus ne impunitum re verâ remaneret; idem Summus Pontifex peculiari gratia ad vniuersalem Pastoris dignitatem promotus, qui & si breui tempore regnasset, attamen plus pluribus ipse in medio lustro consuluit, quàm cæteri in longo annorum cursu, præcepit confessoribus, vt quando ha-
302 bent pœnitentes, quæ dicant in alijs confessionibus fuisse sollicitatas, illis imponant, quod id inquisitioni denuncient, si adsit in tali ciuitate; vel loci Ordinario, vt legitur in §.7. *eisdem bulla pręcitatę* ad hoc, vt tam prauus Christi proditor condignam sceleri pœnam reportet.

Et si præter turpia verba, & inhonestos sermones, egrediendo fines honestatis tentauerint iuuenes deosculare aliquam per vim mulierem; pęnam vltimi supplicij in regno no-
303 stro reportabunt, vt in *c. Regis Roberti 262. de rapt. virgin. & prag. vnica* D. Parafan. *sub rub. de oscul. mul.* & contra eos adhuc ad carceres nō restrictos, sed in fuga extantes proceditur ad sententiam forjudicationis, vt in *d. prag. vnica*, quod procedit dato, quod oscula sint data ad finem contrahendi matrimonium, prout in dies occurrit, & fit mentio in supracitatis iuribus, & propriè in *d. prag. vnic.* ibi; *Et à talche li matrimonij siano liberi, come denono essere, per dispositione di legge diuina, & humana, e non forzati*, & hanc pænam attendi, & practicari in casu isto demonstrat *Praf. de Franch. decis. 333. num. 6.* sed si vi tecedente, & consentiente muliere, quis eam, deosculetur, istam pænam non procedere puto, dum volenti nulla irroga-
304 tur iniuria *l. 1. §. vsque adeò in fine, ff. de iniur.* & in fortioribus terminis dixit *Nauar. in summa cap. 16. num. 16.* vt nec minus in cōscientia teneatur, qui voluntariam virginem habuit eam ducere in coniugem, aut dotare, quia cessat ratio legis, quę in *dicta prag. legitur*, scilicèt, *considerando, quanto sia detestabile, e grauissimo il delitto di basciar le donne per forza nelle loro case, nelle Chiese, strade publiche, ò altri luoghi, &c.* sed alia mitiori extraordinaria iudicis arbitrio castigandus, si honesta tamen deosculata fuerit (dum de sui corporis quæstum facienti, non est hic sermo habendus,) quæ etiam ex consensu suam reportabit punitionem, dum vult
305 *Rex Rob. vbi supra*, quod amittat dotem, & parentum successione priuetur, prout etiam notauit *Viu. in sua sylua opin. 106. num. 7.* ex quo dignoscimus non tantùm in casu adulterij, verum etiam osculi luxuriosi posse mulieres dote spoliari, ita *Clar. in §. adulterium num. 16.* & adulterij pęna puniri, secundùm *Sylu. nupt. lib. 4. num. 77. fol. 138.* & *Vrs.* qui eam citat *ad decis. de Afflict. 276. num. 8.* & nota, quod *Rex Rob.* adeò fecit priuilegiatas mulieres circa earum honestatem, & familiarum decus per eas conseruandum, quod præcepit, contra osculantes, & rapientes mulierem posse procedi ex iudicis officio sine partis
306 conquestu, vt in *d. c. 262. ver. volumus*, & ac si crimen læsæ maiestatis patrassent, si patres familias sint, qui patrimonium habent, omnibus eorum bonis priuari, filijs tantùm, si adsint, relicta legitima, vt in *ver. & si*
307 *fuerit*, prohibens, vt pro tanto scelere nemo intercedat, nec suam facinorosi clementiam sperent, sed irremissibilitèr puniantur, vt in *vers. pro his*, sed hodie mitius agitur, & clemētius proceditur in talibus delictis, dū pro vno osculo vitam perdere est valdè durum, prout dicam inferius latissimè *cap. 3. ver. de mulieribus virginibus*, nec mihi opponatur; quod habebant locum indicata ante promulgationem præcitatæ *prag. D. Parafan.* dum postmodum per dictam sanctionem, aliàs proceditur, etenim respondetur, quod quando *Matth. de Afflict.* qui fuit Consiliarius tempore Federici Re-

Re-

Regis successoris Ferdinandi circa annum 1497. in dicta sua *decis.* 276. consulendo, & decidendo dixit, quod fuit relegatus ille iuuenis à Ciuitate Sarni, qui deosculatus, & amplexus fuit mulierem in strata publica, conquærentem, & exclamantem, aderat rigorosior dispositio dicti c. *Regis Ruberti* 262. qui regnauit circa annos 1309. vt refert *Frecc. de subfeud. lib.* 1. *rub. de antiquo statu Regni num.* 33. & nihilominus de ea non fuit habita consideratio, sed magis æquè iudicatum, quod tantò magis procedere debet, quando in osculo abest vis, vt supra dictum est, & apertè notauit *Menoch. de Arbitr. iud. casu* 287. *num.* 2. etiam attenta dispositione *d. c. Regni, & prag. vnica*, dum secundùm leges communes, quando vis interueniebat iuxtà communem sensum DD. non nisi iudicis arbitrio extraordinariè mulierum deosculatores pu-
208 niebantur teste *d. Matth. de Affl.* & cum eo *Vrs. vbi supra*, *Gram. consil. crimin.* 48. per *Cyn. Bal. Salyc.* & alios per eum adductos *Clar.* §. *fin. q.* 83. *num.* 6. & *Menoch. d. casu* 287. *num.* 3. 4. *& seq.* vbi duos casus præcipuos refert, vnus, qui euenit Mediolani Gubernante Iacobo Triuultio Prorege Galliarum, qui mandauit decapitari quendam francum, qui ausus fuit quandam mulierem nuptam nomine Susannam deosculari, quod ex duplici ratione potuit euenire, vel ob bonum regimen ad abolendam prauam gallorum opinionem circa dishonestatem, vt populi alienigeni acquisiti non turbarentur, ne indignati seditionem commouerent, vel quia gallis erat odiosus, & vt temeritas promulgaretur iustitiæ tuba tali, occasioni non pepercit; alter verò accidit tempore Pisistrati Atheniensium Tyramni, qui pro vendicanda iniuria eius adolescentulæ filiæ facta in osculo per necem delinquentis, illi pepercit, non ostantibus vxoris suę importunitatibus, cui sic respondit, vt refert *Valer. Max. lib.* 5. *c.* 1. si eos, qui nos amant interficiemus, quid faciendum, quibus odio sumus? itaquę quando non interuenit, vis etiam secundum nostrum statutum non debet procedi ad eius ordinariam pænam, sed extraordinariam, & *Gram. vbi supra* dixit, quod debebat absolui Christopharus Catalanus casalis Afragolæ inquisitus de osculo illato cuidam puellæ, quam tractabat in vxorem ducere, quia semper, quod constat præcessisse tractatum de matrimonio non potest præsumi violentia, neque animus iniuriandi excogi-
209 tari, sed amoris causa, contra *Vrsill. vbi supra num.* 5. & clariori lumine hæc, quæ dixi fulgebunt ex infra dicendis, nempè per *tex. inst. de publ. iud.*
210 §. *item lex iulia*, per quem habetur, quod si citra violentiam stuprum committatur, non iniungitur stupranti pæna mortis; sed altera mitior publicationis dimidiæ partis bonorum, quod etiam adnotauit idem *de Affl. vbi supra num.* 6. & de iure constitu-
211 tionũ Regni, vt in *constitutione, omnes nostri de violentia meretricibus illata*, statuta est capitalis pœna cum his infamibus personis rem per vim habenti, si infra dies octo ab illata vi conquærantur, vt ibi legitur, & apud *Matth. de Affl. super ead. constit.* & *Carrer. pract. crim. ver. Hinc nacta occasione num.* 13. quod alias esse, secundùm
212 ius commune tradit *Menoch. de Arbitr. iud. casu* 535. *in fine*, vbi dicit postmodum, remissum hoc esse iudicis arbitrio, & ratio est secundùm tradita per *Franciscum de Leonar. in tract. de varijs iuris decisionibus c.* 20. quod meretrices non possunt cogi ad exercendam libidinem, dum permitteretur compulsio ad peccandum, nec est mirum, quod sit coarctatum tempus conquærendi ad 8. dies, dum vltra nõ debet præsumi, duraturam esse in meretrice voluntatem de iniurijs vlciscendis, quæ temporis coarctatio, potest per statutum fieri, vt in mille casi-

casibus videmus, sed vnum adduco consimilem in alma vrbe, vt *legitur in lib. 2. statutorum cap. 53.* in quo disponitur, vt si mulier nupta ab aliquo fuerit sollicitata, & infra duos menses non fuerit conquesta, amplius non audiatur, & tamen quia de iniuria sibi in tali actu illata conquæri potest, cum ex me, alia actione vti non valeat, attenta dispositione iuris communis, haberet annum ad quærelandum, vt in *l. si conuitij 5. C. de iniurijs Gall. lib. 2. pract. obseruationum obser.* 106. secundùm quem talis annus continuus intelligitur, prout etiam dixit *Curt. Iun. in l. 1. ff. quod quisque Iuris.* & *Cuman. cons.* 74. & per dictum statutum, annale tempus restrictum est ad menses duos; sicque vis punitur, non concubitus cum meretrice habitus, cum eas citra violentiam cognoscere, non sit punibile, dum non delinquitur, stante, quod lex pro republica conseruanda consuetudinem meretricum tolerat, imò & Ecclesia dissimulat hoc scelus

213 ad euitandum maius malum *Iser. S. additio col. 2. Quib. mo. feud. am. de Affl. super const. quæ passim de prohib. habit. meretr. num. 2. & in constitut. vsurariorum num. 31. de vsur. pun. de Leonardis d. cap. 20. num. 2.* & latiùs dicam infrà *cap. 3. ver. de mulieribus solutis spec. 6.* tamen si ius commune perpẽdamus, cum meretricibus quomodocunque agere non est punibile, dum pæna statuta contra raptores mulierum, non extenditur ad rapientes mere-

214 tricem, ità *gl. in l. vnica lit. d. C. de raptu virg. Sylua nupt. rub. de stuprator. num. 23. Couar. to. 2. pract. q. lib. 3. cap. 14. num. 2. ver. sic quamuis*, & sic nec minus incurrunt excommunicationem illatam contra mulierum raptores, dum ad meretrices non extenditur, vt in *Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 6.* licèt *Bal. in d. l. vnica num.* 21. hoc limitet, quando meretrix cæperit pœnitere, & abstinere à peccato, nam tunc alia persona censetur, & facit sententia *Poëta.*

E muta nome, come muta stato.

de quo est *tex. in c. ferrum* 18. *in ordine* 50. *dist.* & alibi magis diffusè habebitis.

Cõcludatur itaq; quod osculũ sine violentia etiam iure regni inspecto, non est puniendum vltimo vitæ supplicio, sed iudicis discretione, dummodò ad mortem non extendatur arbitrium, vt fecit dictus Triuultius;

215 ità perdoctè tenet contra contrarium putantes *de Affl. dicta decis.* 276. *num.* 7.

Et si aliquis impudicus sensualitate decæptus peiora patrauerit, cognoscendo forsan honestatis fracto velo, virginem, aut viduam; stuprum committere videtur, si vxoratã, adulterium, si consanguineam incestum, si monialem sacrilegium, incestum, adulterium, & stuprum, stuprum, quia virgo, adulterium, quia sponsa Chri-

216 sti, incestum, quia monialis, vt in *c. virginibus* 14. *in ordine* 27. *q.* 1. & sacrilegium tamquam anima Deo consecrata; de quibus omnibus habetur per *Abb. in c. cum dilectis num. 3. de purgat. cano. & in cap. monasterium in fine de vita, & honest. cler.* & per *Osuse.* & DD. per eum citatos *decis.* 113. & si meretricem, fornicationem, per hæc scelera non dum portabit culpæ mortalis pænam in anima, de qua nõ loquor, cum esset fatui hoc probare, & exprimere, verum etiam corporalibus subiacebit pænis, dum ausit accedere ad res prohibitas, & violare, quas leges custodiri mandant. Ex-

217 cepta tamen simplici, ordinaria, & amicabili fornicatione, quæ in foro fori non est punibilis, secùs in foro poli, etiam circa salutarem pænitentiam, cum possit esse corporis afflictiua, vti ieiunium, disciplinatio, &c. ad confessoris arbitrium, *c. 2. 26. q. 7. gl. in cap. hoc ipsum* 11. *in ordine ver. præcepit* 33. *q.* 2. omissa veteri canonum dispositione, quæ valdè ardua erat, & ex misericordia nostræ piæ Matris Ecclesiæ moderata, eius enim iugum

I sua-

ſuaue,& onus leue eſt;dum antiqui-
tùs ex quouis mortale peccato ſep-
temnalis adijciebatur pœnitentia,
218 ſecundùm *gl.in c. prædicandum eſt il*
fin. verſ. qualem 22.q.1.Tol.in ſumma
lib.6.cap.23. quam hodie nos dicimus
dari in purgatorio,ſed poteſt mode-
rari viuorum interceſſionibus per
modum ſuffragij, ex sãguinis Deifici
virtute,& pontificijs indulgentijs, &
219 ſignantèr conceſſis ſacroſancto miſ-
ſæ ſacrificio; in quo,cum oret Eccle-
220 ſia, & ſuum ſortiatur effectum ex
opere operato, ſtatim confert gra-
tiam remiſſionis pœnæ,duplici modo;
internè per eius fidẽ, & charitatem;
& externè per ſacramentum,& ſacri-
ficium,dum,licèt remiſſionem pecca-
torum hic per pœnitentiam pecca-
tor obtineat,hoc intelligitur,quo ad
culpam, non quo ad pœnam, cuius
ſatisfactio eſt in purgatorio peragen-
221 da,vt per *Panorm.int.inter opera 20.*
in ordine num.3.de ſponſal. & matr. &
ideò purgatorium denominatur, nẽ-
pè ab effectu;quia ibi animæ purgan-
tur,ſicut aurum in fornace, vt citra
terræ, & mundi maculam præcioſæ
in coſpectu Domini appareant in
Cœlo; & propterea concludendum
eſt, in arbitrio ſacerdotis abſoluen-
tis eſſe, quam voluerit pœnitentibus,
pœnitentiam iniungere,cum quænis
etiam minima ſufficiat, quo ad cul-
pam,cordis tamen dolore præceden-
te, qui potius attenditur,quam cor-
poris mortificatio, vt apertè legitur
in c.menſuram 86.vbi *gl.de pæn.1. diſt.*
gl.in d.cap.hoc ipſum,verſ.Excellẽtiam,
& *Menoch.de Arbitr.iud.caſu* 391.ita-
que cum mortalitèr peccent cogno-
ſcentes meretricem, dato, quod co-
puletur ſolutus cum ſoluta, de quo
222 eſt *tex.in c.meretrices* 11.32.q.4.&
contrarium dicere,eſt in hæreſim in-
cidere, vt decreuit *Capella Toloſana*
*deciſ.*347.& latiùs infrà *cap.3.ſpeciale*
*6.num.*11.poſt obtentam à confeſſore
ſacramentalem abſolutionem, & ſa-
lutarem pœnitentiam,debet ſatisfa-
cere peccatis in purgatorij flammis,
& eſt aliud,quam puniri per poteſta-
tem in hac vita,dum per leges mun-
di vlla imponitur pœna huic mere-
tricali flagitio, vt docet *Menoch.caſu*
502.*num.*44.& ex præfato dicam in-
feriùs *d. cap. 3. eod.ſpeciale de mulier*
ſolutis,excepto tamen,quando vis in-
teruenirec in frangendo oſtium, &
meretricem raperet, vel iniuria eam
afficeret,aut per vim cognoſceret, vt
223 ſupradixi, & notat *Menoch.caſu*
291. *num.* 5. monialem verò carna-
li copula cognoſcentes infames ho-
mines, ex iure canonico excommu-
nicantur *c.ſi quis Epiſcopus 6.in fine,* &
c.ſi qua monacharum 28. *in ordine* 27.
q. 1. dummodò raptus non interue-
niat; quo in caſu etiam lex canonica
ſacrilegium capitali punitione ple-
cti mandat *c. ſi quis non dicam rapere*
3. 26.*q.* 2. quod finale ſupplicium à
lege ciuili bene confirmatum eſſe
probat *tex.in l.*5. quę etiam incipit *Si*
quis non dicam rapere C. de Epiſc. &
Cleric. Gambarupta de caſibus reſeruatis
*ver.qui moniales violarint nu.*1. *Paul.*
Grill.de pœna omnifar.coitus q.1.num.
19.& *Menoch.de Arbitr.iud.caſu* 389.
*num.*24.imò addit pręfata lex ciuilis,
vt bona ſcelerati applicentur mona-
ſterio violatæ monialis,& de reliquis
adeas *Clarum in,§ fornicatio ver.cum*
moniali,& *Oſaſc.deciſ.*303.*per tot*,nam
plura alia inuenies, hoc tamen dice-
re non omittam, quod adeò crimen
immane eſt, vt cum principalitèr of-
fendatur Deus,& deindè natura hu-
224 mana, ſi ſtatutum alicubi vigeat,
vel promulgetur pragmatica, quod
omnia delicta poſſint tranſigi, com-
mutari, & concordari, iſtud raptus
monialium exceptuatum eſt; cũ eius
offenſam non remittat, niſi Chriſti
Vicarius;ità ſingularitèr *Bal.in l.uni-*
*ca num.*2.C.*de raptu virg. ſiuè vidua-*
rum,& quod ſit crimen exceptuatum
cum grauiùs reputetur crimine læſæ
maieſtatis,probat *Sper.to.*2. *dec.* 137.
à num. 2.*ad* 5. & punitur morte, etſi
rap-

raptus tantū teneretur, vllo tamen effectu sequuto, cum solus affectus sufficiat, prout notatur *in d.l.si quis non dicam rapere C.de Episc. & Cler.*

Incestus postmodum portat suam mortis pœnam, & bonorum applicationem fisco, si tamen incestuosus filios non habuerit, ad quos spectant bona paterna, vt *in auth. bona damnatorum*, vbi *Salyc. C.de bonis proscrip. Thes.decis.* 100.*num.*4.& sic decisum refert *Boer.decis.*318. intellige dummodò inter ascendentes, & descendentes committatur; nam si inter collaterales, vel alios affines, pęna dictæ auth. est minorata ad regias triremes, vel ad deportationem, secundùm iudicis arbitrium, attenta conditione personarum ità *Thes. vbi supra*, & *Præs.de Franch. decis.*378. vbi sic determinatum fuisse refert .6. *Nouembris* 1586. & hæc subintelligas si simplicitèr incestus committatur, vlla alia qualitate accedente, puta quis cognouit scientèr sororem, vel nepotem in lupanario existentem, cum qua consanguineo, siuè affini interdictum est à iure copulari, & si alijs promissum, & in hoc casu tanquam incestuosus simplex punitur, secùs tamen alijs conditionibus grauantibus concurrentibus, nempè si cognouit sororem virginem, quia modo dicitur incestus, & stuprum, vel vxoratam; quia dicitur incestus, & adulterium, & propterea cumulatis qualitatum flagitijs, venit augenda pæna, vndè erit puniendus tanquam incestuosus stuprator, vel incestuosus adulter, ità notabilis *gl.in l.si adulterium cum incestu 38.ff.ad l.iul.de adul.* quæ communitèr approbatur, vt dicit *Clar.in §.incestus num. 3.* De adulterij punitione, & stupro, latè dixi in *meo Florilegio ad rubr.de adult.* hic tātùm addam, quod si feudatarius cum sua domina adulterium commiserit præter ordinariam adulterij multam,
126 feudum amittit *Camil. de la Ratha in theatro feudali parte* 10.*diluc.*40.*nu.* 2.*par.*2.quod ampliatur, & procedit, dato, quod actus non sit consumatus, sed tantùm tentatus, & procuratus; imò non dum cum domina, sed cum aliqua eius consanguinea, vt per *Iacobut.de Franch.ad tit.de inuestitura q.* 18. vbi allegat *Clar. §.feudum q.* 48. imò amplia si non pro se, sed pro alio dominam sollicitauerit, fungendo lenonis officio, nam adhuc feudo priuatur, ità *Isernia in c.additio.ver.patet ex his n.*12.*rub.Quib.mod. feud. amitt.* subdens hoc sibi locum vendicare, dato, quod illa esset meretrix, assignat rationem *supra num.* 10. quia cum feudum datum sit, vt feudatarius honorem Domini tueatur, etiam cum vitæ discrimine, non iniuriandum est ei, quem tenemur defendere
127 argumento *tex.in l.vendicantem* 17. *ff.de Euict.* prout videmus quoque de seruo, qui ob adulterium cum domina commissum, manumitti non potest, & sic spe libertatis priuatur. §.*est tamen casus*, vbi *gloss. Bald. Bart.* & alij scribentes *inst.de hæred. inst.* Terminetur itaque hoc mulierum priuilegium hac sententia, quod potest de ipsis benè dici, *Noli me tangere*, & quod hoc sit verum, adhuc muliere mortua honor ei tribuendus est, & suis ossibus habenda ratio, ità vt si prauus aliquis cum defuncta se luxuriosè misceret, tanquam exhumator
128 cadauerum plectendus est pæna *l. fin. C.de sepulcro violato*, secundùm *Clar.in §.fornicatio num.* 23.*ver.cum mortua*, sed *Boer.* quem ipse adducit *decis.*316. *num.*13. ampliat, vt etiam mortis pœna multari possit, nam reuera istud est super omnibus alijs detestabilius scelus, & ratione luxurię, quæ etiam cum mortua cohit, & ratione concupiscentiæ, quæ mortuam amat, & ratione prauitatis conscientiæ, quæ mortis memoriam cum mortua perdit, & ratione audaciæ, quæ nec minus defunctis religionem custodit. Suntque, & alias priuilegiatæ mulieres post mortem, nempè, si for-

ſian aliquo ſtatuto caueatur, nè poſ-
ſent obligari in vita ſine parentum
conſenſu;ſi obligentur, licèt virtute
iuramenti, dum viuerent, tenerentur,
ipſis poſtmodum defunctis, hæredes
eius sũt ab obligatione innoxij, iuxtà
229 ſententiam *Portij.inſt.de hared.qual. & differ.§.extraneis num.* 15.

Non ſit mirum igitur ſi dicamus,
mulieres alio minori priuilegio de-
corari, nempè, vt pro cauſis cri-
230 minalibus non poſſint compræhen-
di in his leuioribus, in quibus aliqua
pęna corporis afflictiua non venit in-
fligenda, & hoc ex duplici ratione,
Prima, quia non poteſt pręſumi fuga
in ea, quæ à punitione videtur exem-
pta, nec debet muris cuſtodiri, quæ
ſexus pudore cuſtoditur, Secunda,
quia non licèt pro modico, mulieris
honeſtatẽ offendere, offẽditur quidẽ
non dum ratione carceris, ſed ratio-
ne effectus; dum poteſt eſſe, quod per
carceres, bona, praua fiat pro conſe-
cutione libertatis, habendo ſermo-
nem, cum quo alias non haberet, &
corrumpi in mores per colloquia
vana, & ſufficit dicere, quod oportet
ipſam (dum in carceribus detinetur,)
cum birruarijs tractare, cuſtodibus,
& ſcribis, de quibus pluries *Apoſtol. Matth.* 23. & alibi. *Va vobis ſcriba, & phariſai*, dùm naturalitèr omnes
ſunt fures, & mendaces, ut legitur
*Ierem.*8.*ſuprà lit.*D.ibi, *verè mendaciũ operatus eſt ſtilus mendax ſcribarum*,
231 quo in caſu ad hæc euitanda ſuffi-
cit dare fideiuſſorem, vel ſaltim eius
vice iuratoriam cautionem de iudi-
cio ſiſti: *tex.eſt in §.ſi verò mulier, auth. vt nulli iudic.* & *Azzo in ſumma, C.de Cuſtodia reorum nu.*4. & *Ghirl.de Relaxat. carcerat. num.*2.*fol.*312. *à t.* qui
dicit hoc procedere, quando honeſtę
ſint, ſecus ſi impudicè viuant, quia
232 tunc poſſunt carcerari, vt idẽ *Ghirl. in num.* 3. & diffuſius infrà, vide opri-
mè *Viu.opin.*87. tamen ſi aliqua mere-
trix fuerit maritata, vel aliqua illu-
ſtris viduę meretrix erit, tractari de-
bent in hoc tanquam honeſtæ, ità
*Gizzar.deciſ.*54.*n.*13.14.& 15. quan-
dò verò ſumus in grauioribus cauſis,
tunc obſeruanda eſt eiuſdem *tex. diſpoſitio, in d. §. ſi vero*, vt in monaſte-
rium, ſiuè mulierum conſeruatorium,
aut in aliarum matronarum cuſto-
diam in Ciuitate mittantur, donec
cauſa manifeſtetur, in totum prohi-
bitis virorum loco, & hominum cu-
ſtodia, & rationabilitèr diſpoſitum
per Imp. noſtrum Iuſtinianum in ſu-
pracitato, §. *ſi verò. Ne per huiuſmodi occaſiones, inueniantur circa caſtitatem iniuriata*, & tenet *Bonif.de Vital.rubr: de carcer.num.*3. ſed Baldax. *de Angelis* Iudex *M.C.V.in ſuo prato*, C.*ad tit. de offic.diu.Iud.in l.nemo*; dicit nequa-
quam in ſimilia loca mulieres tradi
debere; poteſt eſſe ratio, quia ſi poſt-
quam detruſa eſt, egredi recuſat, quis
contra eam? cum ad ſacra loca vio-
lentèr accedere interdictum ſit? &
proindè prudentiùs eſt occaſioni oc-
233 currere, quam poſt malum reme-
diũ quærere *gl.in clem.vnica in princ. de ſequeſtr.poſſ.l.*1.*C.quãdo liceat vnicuique ſine iudice, &c.* ac inſuper dictus
234 Imperator, *vbi ſupra* religioſiſſimè
prohibet, vllo modo, poſſe moniales
ab eorum monaſterijs, ex quauis cau-
ſa diſtrahi. At ipſe ſic in Regno circa
hoc practicari obſeruaui, quod mu-
lieres mulieribus conſignantur, vt
pęnes eas cuſtodiantur, & officiales,
vt plurimum ſolent eligere vxores,
& conſanguineas Sindicorum vrbis,
vel aliorum de regimine, tanquam
forſan magis idoneas, & accredita-
tas, cum munus publicum exerceant,
nam ſi tota hominum Vniuerſitas ipſi
confidit, à fortiori ei pro conſerua-
tione mulierum carceratarum fides
adhiberi debet, & quando eſt neceſ-
ſarium, & mulieres ſunt viles, & im-
pertinentes, conſignantur ligatę cum
manicis ferreis, & cum compedibus,
ad hoc ne pro ſaluando ſexus deco-
re, perderent inquiſitam, in hac verò
noſtra inclita Ciuitate adſunt fœmi-
na-

narum particulares carceres intus palatiũ M.Curiæ, vt sunt alij iuuenũ minorũ separati omnes ab alijs hominum,ad euitandum scãdala,quæ possent euenire cum reliquis carceraris; cum quibus non possunt, nec minus vnum verbum fari,quod iure factum
235 est, & fieri debet secundùm *Mangrel.ad Bar.in auth. matri, & auie, C. quando mul.tut.offic.fun.pot.ver. ibidē,* & nos habemus peculiarem pragmaticam *D. Petri de Toleto,qua est 31. in ordine §. 12 .de officio magni iustitiarij,* qua iniungitur custodibus, ne permittant ex quouis colore quæsito, mulieres cum hominibus permanere,tam de die,quam de nocte, & meminit *Scialoya in sua praxi foriud.cap. 25. num. 6.* quod comprobat etiam *Gundissal. de villadieg. in tract. de hereticis num. 5.* & propterea, quando non sunt in vrbe carceres segregati,
236 dixit optimè *Bal. more solito in l. 1. num. 17.C.de ædil.act.*quod mulier fugiens de carcere ad euitandam libidinem ad nil tenetur, nec potest de fuga puniri; nihilominus etsi leges præuidissent mala,& eis occurrissent, hominum prauitas Principis prudētiam semper fraudat,dum sæpè sæpius carcerum custodes, familiaritate cũ carceratis inita,mulieres in alijs carceribus existentes ad eos introducunt,& mille turpia patrant,& ex custodibus deueniunt lenones, est quidem considerabile,& damnabile scelus,intelligere, quod in manibus iustitiæ pro emendandis sceleribus maiora facinora patrentur; esset curabile malum, quando supræmi ministri alibi in longinquiori loco ciuitatis absolutos carceres pro fœminis construendas curarent,& puto,quod facillimè succederet,si aliqua ad eorum aures peruenirer quærela.

Et hæc amplia etiam ad meretrices, vt si de aliquo crimine accusarentur, non possint ad virorum carceres conijci,est ratio, nam licèt ipsæ prauæ sint, lex non permittit, quod sub publica custodia delinquant, & solita turpitudinis genera conti-
237 nuare,ità *Menoch. de Arbitrar. Iud. quæst.88.à num.22. ad finem,* qui dixit etiam *in casu 292.*iudicis discretione puniēdas esse,qui detrusas mulieres carnalitèr cognoscere ausi fuerint; adde *Capibl.de Baron.to.2.super prag. 19.capit.93.numero 5.Boerius decisione 317.* vbi latè de pęna iudicis, & carcerum custodis carceratam cognoscentis,dato,quod meretrix sit,& cōfirmat *Mangr.in addit.ad Bar.in l.quoniam C.de cust. & exhib. reorum vers. vbi ponitur homines.*

Quandoq verò aliqua nobilis mulier de aliquo crimine inculpatur, si
238 graue sit, solet detrudi in aliquod castrũ huius Ciuitatis,vel ex clementia Principis assignari proprium palatium pro loco carceris, quod si fiat cũ fideiussore cautius erit,& sic plures fuisse obseruatum, tempore sui iudicatus refert *Grā. dec.33.ad finē,*& nostra tempestate practicatum in diuersis titulatis,quas non audeo calamo demonstrare;testor ipse, qui vidi, tàm oculis professionis,quam vicinitatis in vna eademet platea.

Decorantur, & insuper mulieres, quo ad dignitates, quas possunt ob-
239 tinere, vt ex *l. fœmina 8. ff.de Senator.*& *l.1.C.de dignitatibus lib.12.*prout ex professo inferius pandi *seq. cap. 2.per tot.*

Sed hoc non sic de plano procedit, quin suam non habeat difficultatem
240 per *tex.in l.nullus 44.C.de decur.lib. 10.*vbi contrarium disponitur; & in *l.2.ff.de regul.iur.* vbi *fœmina ab omnibus officijs ciuilibus, vel publicis remotę sunt, & ideò nec iudices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec procuratrices existere.* Vndè iura iuribus concordare oportebit,& vt intelligantur vltima contra mulieres adducta,loquuntur de dignitatibus, cum administratione; alia verò, sinè administratione; vndè concludendum est posse mu-

mulieres illis dignitatibus insigniri, in quibus nõ datur administratio, ita *gl. in d. l. 2. Bar. in d. l. 1. num. 42. C. de dignit. lib. 12.* Quod tamen etiam fallit in nonnullis casibus, & præcipuè in Abbatissa, quæ, & dignitatem, & administrationem habet, non dum, quo ad monacas, sed etiam quo ad vassallos, quando monasterium retinet aliquod Castrum, vel feudum; vt videmus practicari, & obseruari in omnibus alijs religiosis, qui diuersa oppida possident, vti patres Cælestini, Certusini, Iesuitæ, & alij sub sæcularis personæ titulo à nostro Catholico Rege concessa, & hoc ne feudum transiret ad manus mortuas, & donatiua, & releuia debita ammitterentur, & vt mihi credatur, quod Abbatissa potest in hoc casu retinere dignitatem, & administrationem,
241 adduco *Bar. in d. l. 1. nu. 43. C. de dignitatibus lib. 12.* & *Felin. in c. dilecta de maior. & obedie.* & *in c. meminimus ver. vlterius quæro de accus.* de quibus latiùs infrà in capite seq.

At quis diceret, quod mulieres sunt priuilegiatæ, etiam in casibus nõ priuilegiatis? audi quæsò, & obstupesce, fæminę scilicèt non habent vim, neque gratiam inducendi con-
242 suetudinem, cum hoc sit hominum tantum priuilegium, vt dixit *Alex. ex doctrina Bar. ad eundem* Bar. *in l. 1. C. de pascuis publicis lib. 11. Roman. singul. 43.* & *Angel. inst. de iure natur. gent. & ciuili in §. ex non scripto num. 33.* & *Aldobr. nu. 12. & 13.* est ratio secundùm me, & desumitur ex *Abbate in c. cum tanto num. 18. de consuetud.* quia mulieres non connumerantur in populo, & propterea cum reputentur in hoc tanquam non essent, nil operantur ad esse, & earum vox est vti hermaphroditus, neque mas 1. actiua, neque fœmina 1. passiua, & faciunt dicta *Par. de puteo de Synd. cap. 3. vers. officialis fol. 100. num. 6.* vbi ait, quod mulieres non possunt esse de consilio ad condendas leges, & statuta.

Hinc infero, quod si in aliqua Ciuitate, vel Regno aduersus suum Principem subleuationes insurgant, & populi rebelliones; in his non connumerantur mulieres, & ideò priuilegiatæ, quia non veniunt puniendę;
243 viri namque portabunt facinoris pœnam, ipsæ autem illibatæ seruantur. Sic quidem inspeximus in Ciuitate Partenopea anno 1647. & 1648. quando sic Deo permittente, ob nostra scelera, quasi supræmæ iustitiæ electus quidam plebis fex, vt crudeliora iacula experirentur nuncu-
244 patus Thomas Anellus de Amalphia, qui pisces à piscatoribus redimebat, totum populum neapolitanũ, imò totum Regnum subleuauit, non obstante, quod regnasset nouem dierum spatio, dum postmodum fuit interemptus ab ipsomet populo, cui per prius adeò liberè imperauit, quod timor panicus omnium animos opprimebat, vix enim ex ore exibant verba, quod tanquàm leges inuiolabilitèr seruebantur, imò ad nutum obediebatur, nec erat quis ausus fuisset ipsi resistere, nisi Deus ille, qui postquam per eum ostendit suam per infimum potentiam, permisit in-
245 terfici, sicut *Ioannam de Lorena in Gallia,* & *Nicolaum de Rensi in alma vrbe die 8. Septembris* 1353. cui Thomasio Anello cũ successisset Ianuarius Annese electus in ducem à gentibus, qui nõ remansit placatus in obitu dicti de Amalphia, & continuatis tumultibus per sex menses cũ maxima omnium egestate, dum continuò præliabatur populus cum hyspanis, & æquitibus neapolitanis, ita quod ordaceo pane vescebamur, post datam quietem cęlesti misericordia *6. die mensis Aprilis* 1648. dum non erat credibilis nec possibilis nisi ex solo Deo, adeò voluntates hominum erãt corruptæ, & propterea benè dixit
246 *Apost. ad Rom. 11. in fine,* quod eius iudicia inperscrutabilia sunt; iuxtà communem antiquatam regulam,

par-

parcendum esse multitudini;fuerunt publicatus generalis indultus, & abolita facinora;cum proprium Prin. cipis sit indulgere,secundùm *Claud. de 4.Honorij consulatu*, qui dicit.

Sis pius in primis. Nam cum vincamur in omni
Munere, sola Deos aquas clementia nobis.

licèt quandoque multitudo propter vnius delictum puniatur secundùm *tex.in c.sed illud 17.45.dist.* at quia in côtrarium est altera propositio,quod in his casibus principaliores populi puniendi sunt, vt ex *Claro lib.5.sententiarum,§.fin.quæst.60.num.26.& de Ponte de potestate Proregis tit. 1.num. 9.per tex.in c.fin. de transact.* vt iuxtà *Senec.* sententiam, pœna ad paucos, metus ad omnes transeat, de qua est *prag.1.ex §.3. de promulgatis tempore Caroli V.Imp. de nummularijs*, dictus Ianuarius Annese, & quia fuit caput populi, & quia post sedatas dissentiones cum gallis intelligentiam habuisse dicebatur eum iustitia decapitari iussit,& sua vxor,sicut coniux dicti Thomæ Anelli, quia non erãt ipsis imputandæ virorum temeritates, non dum aliquam pænam, sed nec minus minimam vexationem passæ fuerunt: sic permittente eximia prudentia D.Proregis Comi-
247 tis Onate, qui summa vigilantia totius Regni occurrendo necessitatibus,meruit acclamari; hominem fuisse missum à Deo,non minus enim terribilis, quam admirabilis fuit, æquandum loncè vacabat, tam prauorum flagitijs, quam benè meritorum præmijs, ac inimicorum expugnationibus,nec hucusque similis illi in tam optimo regimine visus fuit: viuat igitur semper eius anima in Cœlis.

Sic etiam si particularia perduellionis crimina intueamur, erga mulieres idem fuisse seruatum priuilegium experti sumus in hac Ciuitate, quando Princeps Sansæ tempore
248 Ducis Medinæ fuit intintus crimine læsæ M. ex quo vita priuari iussum fuit, vxor eius vllam reportauit ex viri culpa pęnam, prout etiam euenit in Gallia annis decursis,quãdo imputatus de consimili crimine aduersus suum Regem Dux momorantius fuit decapitatus, & paucos post annos Marchio Sinmarsij, eorum coniuges ab omni multa liberæ euaserunt.

Est tamen verum, quod prædicta quandoque fallunt, & mulieres etiã in rebellionis crimine puniuntur, quia cum rebellare idem sit,quod resistere, & non obedire, cui debemus secundùm *Boss. de crimine læsa M.nu. 68.*potest esse,vt,& fęminæ interdum resistant,& per consequens Principis lædant maiestatem,ponit exemplum
249 *Boer.in rubr. de seditiosis ver. 7. & vlt. num. 59.* quod quædam mulier tempore tumultus pulsauit campanam, & fuit punita tanquam particeps delicti,quam pęnam in tali casu non euadet ob sexus fragilitatem, dum sic punitur vxor,sicut vir delinquentes in Principem, teste *Hieronym.Giga.de crimine læsa M.q.17.nu.1. & 5.*prout habita pro tali Principissa Salerni post arreptam per Principem eius virum fugam fuit ipsa delicatissima mulierum (causæ commissario Regente Villano) crudelibus adducta supplicijs, quæ subferre cum non valeret,obijt in tormentis.

Et ex his possumus oportunè arguere, quod dum mulieres non connumerantur in populo, & non possunt inducere consuetudinem, non sunt compellendæ ad munus publicum exercendum, nec ad Ciuitatis custodiam,cum fragiles, & imbecilles reputentur; attamen si peragere id voluerint ad propriam defensio-
250 nem, ostendendo animi fortitudinem, & cordis strenuitatem, præter sexum,prohiberi haud poterint, prout legitur de Romanis mulieribus, & meminit *Luc de Penna in l. est verum 3.C.*

3.C.*de Incol.lib.* 10. *in fine*, quod cum de nocte Anibal Cartaginensis Romanam Vrbem obsidere voluisset, strepitantibus anseribus ad ciuitatis tuitionem, incolæ matronæ fuerunt primæ, quæ muros ascenderunt ad pugnandum, ità quod patriam liberarunt ab hostibus, prout nonnulla alia consimilia exempla adducit etiã *Nicol.Boer.in d.tract.de seditiosis ver.* 517. *& vltimo presuppono num.* 50. & propterea si bānum promulgaretur, quod omnes contra hostes, patriæ proditores, siuè bannitos sumerent arma, mulieres non veniunt sub tali ordine comprænhensæ, & hoc iuuabit ad eorum defensam, contra capitaneos terrarum, qui aut ex ignauia, aut ex auaritia pro extorquendis pecunijs multotiès prætendunt vexare mulieres, quando publicatis ordinibus, vel pulsata campana ad auxiliandum curiæ non accedunt, quod cum non minus sit detestabile, quam punibile, in eorum sindicatu possunt conueniri, & quærelari sub extorsionis titulo.




IHS


DE PRIVILEGIIS MVLIERVM

CAPVT SECVNDVM.



SVMMARIVM.

1 *Titulus debet ad titulum continuari.*
2 *Seruo danda est libertas, non minus si liberauit dominum à vita, quam ab honoris periculo.*
3 *Dignitas quibus modis capi possit.*
..*Officium de per se, non est dignitas, nisi sit annexum dignitati.*
. *Dignitas vera, quæ.*
4 *Masculi in Regno excludunt fæminas à successione parentum prout antiquitus obseruabatur, etiam, quod sint moniales.*
..*Fæminæ, & filiij fæminæ non succedunt in feudis.*
5 *Dignitas duplex, datiua, & natiua.*
..*Doctor nobilis magis honorandus, quam doctor ex genere non nobili.*
6 *Dignitas datiua vndè sic dicta.*
7 *Dignitates conferri solent, vt plurimum potius ob scelera, quam ob merita.*
8 *Principes conferendo dignitatem indigno, grauitèr peccant.*
9 *Mala electio, culpa est.*
..*Per ea quæ quis facit punitur*, & supra cap. 1. num. 200.
10 *Dignitatem ex se quis habere non potest, nisi ab alijs conferatur.*
Annibal Cartaginensis, & Scipio Africanus, à quo dignitatem obtinuere.
..*Imperatoris dignitas, quomodo conferatur.*
..*Reges, qui eligantur à Populo.*
..*Reges à Deo, & à Populo creatos esse, non est nouum.*
.*Reges, vt plurimum sunt perpetui, & transmittunt ius regni ad filios.*
..*Rege maiorem habet in Regno potestatem, quam Imperator in imperio.*
11 *Papa eligitur per scrutinium sublata antiqua electione per adorationem.*
12 *Muliere possunt habere dignitatem cum administratione.*
..*Regina Ioanna II. Regnauis vidua, & quam circa feuda ampliationem fecisset?*
..*Sorores quando succedant feudis in Regno, & num. 14.*
..*Margheritæ Ducissæ Parmæ laudes feruntur*
13 *Mulieres regularitèr sunt incapes, & insuccessibile ad Regna, sed admittuntur in defectum masculorum.*
..*Fæmina in Francia non succedit in Regno, cũ alij de sanguine admittantur sed benè in Regno Siciliæ*
14 *Mulieres regularitèr sunt incapaces ad feuda, sed ex gratia Principis, prout in Regno nostro possunt fieri successibile, vsque ad num. 17.*
14 *Hermaphroditus, an excludat fæminas à successione feudi?*
16 *Filiæ, si plures sint, quomodo succedant in feudis.*

17 *Feudum præsumitur masculinum, & non fæmininum.*
..Inuestitura feudi facta pro se, & filijs; filia non comprahenduntur.
18 *Fæminæ succedunt feudo plano, & de tabula, in quo non requiritur personale seruitium, & quid in emphiteusi?*
19 *Fæminæ sunt imbelles, & ideò non succedunt in feudo.*
..Vassallus tenetur auxliari eius Principi, & Princeps vassallo.
20 *Ioanna de Lorena gesta, & prodigia ad fauorem Caroli, Regis, contra Anglos.*
21 *Regis arma infructuosa in bello, nisi Deus pugnauerit pro eo.*
..Non est malum in Ciuitate, quod non fecerit Dominus.
..Pestis in Regno anno 1656. & 57.
22 *Mulieres sunt feudo capaces, si Bellonæ sint sequaces, vti Ioanna de Lorena; sed non est recepta hæc sententia.*
23 *Feudatarij partes, quæ esse debeant, vt feuda possint habere.*
..Mulieres, quare non possint obtinere feuda? & num. 27. & 30.
..Mulieres fragiles sunt, & eorum consilium infirmum.
24 *Vassallus domino, quomodò opem, & seruitium præstare teneatur.*
25 *Fæminæ instabiles, inconstantes, & imbecilles.*
..Testimonium mulieris, quare reprobatum.
26 *Fæminæ de facili lamiæ fiunt, & à demone decipiuntur.*
27 *Mulieres non possunt se miscere cætui virorum.*
..Nec fungi virilibus officijs.
28 *Mulieres non posse admitti ad officia publica ciuitatis, priuilegium est.*
29 *Vxores secum ferre prohibentur officiales, cum ad officium exercendum accedant, & quare?*
30 *Iuramenti fidelitatis essentia, quæ sit.*
..Fæudum à fide dictum.
31 *Fæminæ in ijs casibus, in quibus admittuntur ad feuda, quomodo seruitia præstare teneantur.*
..Adoha hodie soluitur loco seruitiorum à feudatarijs.
32 *Releuij onus an sustineat mulier, quæ habuit feudum in dotarium?*
33 *Abbatissa an possit excommunicare?*
..Excommunicare, non spectat directè ad claues, & propterea etiam seculares cum Papæ licentia excommunicare possunt.
34 *Abbatissa, an possit absoluere ab excommunicatione.*
35 *Moniales pro excommunicationum absolutione, non tenentur Romam accedere: sed possunt absolui à diocesano.*
36 *Mulieres non possunt se miscere circa ea, quæ pertinent ad sacerdotium, nec aliquem ordinem suscipere, cum virilis sexus sit.*
..Beatissima Virgo, licèt dignior, & excellentior Apostolis, tamen non habuit clauium potestatem.
37 *Mulieres possunt baptizare.*
38 *Mulieres, quomodò possunt obtinere ius patronatus.*
..Si nubant præsentatio iuris patronatus à quibus fieri debet ab ipsis, vel à viris, & num. 41.
39 *Maritus est dominus dotis, sed quomodò, & cap. 4. num. 67.*
40 *Vxor impropriè dicitur possidere dotem.*
..Soluto matrimonio indiget brachio Iudicis pro recuperandis bonis dotalibus, & infra cap. 4 special. 4. n. 113.
41 *Bona dotalia, alienari prohibita sunt.*
42 *Fideicommissarius, an possit in iure patronatus præsentare.*
43 *Mulieres diaconissas fuisse quandoque appellatas patet.*
.Imò quandoque præsbiteras, sed absque carectaris impræssione.
..Sunt expræssè exclusæ à Sacerdotio.
44 *Abbatissæ, reuerendissimæ nominari debent.*
45 *Sybillæ decem fuerunt & in præmium virginitatis, dono prophetiæ ornatæ.*
46 *Mulierum, sanctæ multa sunt prophetico spiritu dotatæ.*
..Mulieres deuotissimæ ab Ecclesia vocantur.

47 *Mu-*

47 *Mulier naturalis, si viro legitimo, & naturali nubat, pro legitima habetur.*

48 *Meretrix si nubat, & desinat meretricari, amplius meretrix non dicitur, sed noua mulier videtur.*

49 *Plebeus, si nubat mulieri nobili, nobilis est, & procedit respectu pœna, vt si puniendus veniret, vti nobilis esset tractandus.*

50 *Vidua gaudet priuilegijs viri, ac esset nupta.*

..*Dos adhuc dos vocatur soluto matrimonio.*

51 *Mulier vidua ignobilis potest suorum filiorum nobilium baliatum habere, dummodò consuetudine non prohibeatur.*

52 *Mulieres, quę possint esse tutrices.*

53 *Mater, & auia tutrices cũctis alijs tutoribus praferuntur, exceptis tamen testamentarijs.*

..*Possunt renunciare tutelę si volunt, sed expresse.*

..*Tenentur satisdare, renunciare velleiano, & alia facere priusquam administrationem suscipiant, sed quando hæc cessent.*

54 *Mater vel auia si nubant statim tutela priuantur, absque aliquo iudicis decreto. & num. seq.*

55 *Mater præsumitur maritali affectione excorsare filios primi viri, quæ si iterum vidua fiat, amplius tutelam non recuperat.*

56 *Mater in Burgundia dato transeat ad secunda vota, non amittit tutelam filiorum.*

56 *Mater relicta tutrice cum alijs consanguineis, non tenetur solà redere rationem, & si constiterit tantùm circa mobilia, & domus gubernationem se miscuisse potiùs rerum amotarũ actione conueniri debet, si de ipsa dubitetur, quam ad computa reden lum.*

..*Nouerca potest actione furti per priuignos conueniri.*

58 *Constante matrimonio, aduersus vxorem datur actio in factum.*

59 *Actio ad exibendum, non tãtùm datur contra principalem, sed etiam contra hæredes,*

60 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

61 *Mater luxuriosè viuens, an tutela priuetur.*

62 *Duo vincula fortiùs ligant.*

63 *Mater si à testatore nominetur tutrix, etiam tutela priuatur per secundas nuptias quod procedit, dato, quod vir dixerit non priuari si denuò nuberet vel matrimonium esset nullum.*

64 *Mater si remanet prægnans, & nubat, non dum priuatur tutela posthumi, verum etiam actione ei petendi tutorem, quod habet locum dato maritus contrariũ præcipiat in testamento.*

..*Nemo in alium potest transferre, quod non habet.*

65 *Mater transiens ad secunda vota, non petito prius filijs tutore priuatur eorum successione & num. 81. & lucris primi viri, & nõ potest purgare morã.*

..*Imò tenetur redere rationem, alias habetur, ac non petijsset tutorem.*

66 *Mater non poterit adstringi ad restitutionem bonorum in inuentarys descriptorum ex non redita ratione, & quare? sicut ipsa nec minus poterit dotem repetere.*

..*Bona mariti sunt obligata pro administratione tutelæ mulieris, & num. 72.*

67 *Fæminæ tutelæ officio munus fungi non possunt regularitèr sed benè cũ Principis dispensatione cum exemplo, & num. 74. sicut dicimus de adoptione.*

68 *Maritus, vel auus transeundo ad secunda vota priuatur tutela filiorum, & nepotum.*

..*Maritus, & vxor tanquam correlatiua ad imparia iudicari non debent.*

68 *Sãmson, & Salomon propter fæminas sapientiam iste, & fortitudinem ille perdiderunt.*

70 *Pupillus vbi educandus, quando mater, vel pater conuolant ad secundas nuptias?*

..*Nouerca crudelis priuignis.*

71 *Mater tutrix & pater tutor, in quibus disconueniant.*

72 *Mater pro redditione tutelæ dotem suã tacitè obligare videtur, imò etiam bona secundi viri, & non iuuatur velleiano.*

73 Pater, *quando teneatur reddere rationem administrationis tutelæ filiorum*

74 *Tutelæ officium munus virile est, & nõ mulieri confidendum, & num. seq.*

75 *Mulier non potest esse tutrix, dato, quod ei tutelæ officium renuncietur.*

76 *Auus, & auia concurrendo in administratione tutelæ, quis præferendus?*
..*Nepos dicitur natus in potestate aui.*

77 *Mater si concurrat cum auo paterno, quis tutelam habere debeat? vsque ad num.* 78.

78 Ordo *tutelæ regulatur secundùm ordinem successionis.*

79 *Mater, & auia tunc ad tutelam admittũtur, quando nullus alius in gradu eas præcedit.*

80 *Auo concurrente cum tutore datiuo an præferendus sit in administratione tutelæ; postquam fuit à matre exclusus.*

81 *Mater rustica, vel minor, si nubat, & non petierit tutorem, non priuatur successione filiorum etiam post perfectam ætatem, & in quibus alijs casibus excusetur remissiuè ponitur.*
..*Pupillus factus maior si decedat, & non testetur, videtur matrem facere hæredem.*

82 *Mater si non petierit à iudice dari tutorem, sed ipsa tutorẽ elegerit in eandem pœnam incurrit, ac si non petijsset.*

83 *Mater si vigeat statutum, vt excludatur per consanguineos à successione filiorum, an etiam per eos remoueatur ab administratione tutelæ? & num.* 88.

84 *Mater ob interesse, seuit quoque in filios.*

85 *Mater filios amat plusquam seipsam.*

86 *Filij succedũt parentibus, & è conuerso*

87 *Odiosa statuta restringenda sunt.*

88 *Statuta intelligenda sunt in casu proprio, & non vltra ampliari.*

89 *Mater, si relinquatur executrix à viro sui testamenti, si transit ad secunda vota non priuatur hoc iure, & n. seq.*

90 *Mulieres etiam extraneæ possunt esse executrices testamenti.*

91 *Mater relicta administratrix, si nubat priuatur administratione, quæ assimilatur tutelæ.*

92 *Fœminæ non habent filios in potestate, sed an possint adoptare legitimare, & emancipare?*

93 *Mulieres, an Iudices esse possint?*
..*Regina Ioanna functa est iudicis officio in condemnatione aliquorum.*

94 *Mulieres iudicarunt in veteri testamento.*

95 *Consuetudine, quomodo induci possit, vt iudices esse possint mulieres.*
..*Consuetudo, quid sit.*
..*Sufficit si per binum actum inducatur.*

96 *Mulieres, quod non possint esse iudices, in iure non reperitur prohibitum, & num. seq.*
..*Non possunt imperare.*

97 *Ciuiles actus non aliter euertuntur, nisi modo quo fuerunt celebrati*
..*Consulares electi, vir, & vxor eod. tempore, vir præfertur.*

98 *Mulieres possunt esse capaces omnium officiorum.*
.*Possunt esse fiscales.*
..*Postulare non valent, neque denunciare, & num.* 104.

99 *Mulieres possunt esse arbitratrices, sed non arbitræ.*
..*Arbiter an differat ab arbitratore.*
..*Sententia arbitri, potest reduci ad arbitrium boni viri.*

100 *Hermaphroditus potest esse arbiter, & arbitrator.*

101 *Mulieres possunt esse arbitratrices in causa pia decimarum, quæ concernit animarum salutem, vel vsuræ, & num.* 103.

102 *Decimam Deo soluere, tenentur omnes.*

103 *Vsura à Deo prohibita:*

104 *Mulieres aduocatorum munus exercere possunt.*

105 *Mu-*

105 *Mulieres ad postulandum admittuntur pro miserabilibus personis parentibus,& a'ijs,sed quando.*
..Admittuntur ad accusandum quando propriam, vel consanguineorum prosequuntur iniuriam.& num seq.
..Item in crimine suspecti tutoris.
106 *Accusare ho ie quis potest non obseruata pœna talionis, sed vbi, si, & in quantum obseruetur.*
..Possunt mulieres virorum occisores, & præferuntur filijs.
..Testificari in causa, propria iure prohibentur.
107 *Mulier accusando in aliquo tribunali, in quo obseruatur fieri depositum pro dictis, debet audiri absque deposito.*
..Calumniosè aliquem accusando, si deficit in probatis quomodò puniatur.
108 *Mulieres non minùs mendaces, quam importuna sunt.*
..Mēdacium quotupliciter dici possit, & est vetitum etiam liberandi causā aliquem à morte.
109 *Statutum disponens, vt quis de sceleribus, quæ patrantur ad accusandum admittatur, an etiam fæminas comprehendat?*
110 *Mulier si ad accusandum cum masculis admittatur, an in remissione facienda ipsis præferatur, dato, quod sint defuncti hæredes, & filij.*
111 *Mater an possit comparere in iudicio pro suo filio pupillo, & num.seq.*
..Correlatiuorum eadem est ratio.
112 Glosa in l. fæminis 41. ff. de procur. in margine, quomodo concordari possit cum gl. in l. alienam 18 ver. tutorem pete, C. eod.
..Habenti tutorem, tutor non datur.
112 *Matertera, an admittatur ad tuendum pupillos.*
113 *Mater, an præferatur tutori ad conquerendam pro pupillo.*
115 *Mulieres possunt procuratorum in earum causis munere fungi.*
. Imò & in quibusdam alijs, & petere bonorum possessionem.
116 *Patrocinari in causis concernentibus pietatem mulieres possunt*
117 *Mulieres in causis criminalibus, possunt allegare absentiam, & inquisitos defendere, & excusare.*
118 *Mulieres antiquitus sicut viri in iudicijs admittebantur ad causas defendendas.*
..Calphurnia causa fuit, ne mulieres ad Tribunalia accedere possint.
119 *Mulieres nobiliores, & digniores hominibus esse, ex pluribus probatur, & earum genus, ideò superbissimum.*
..Vbi creata, & vbi homines.
..Cadit quis etiam, quod magnus sit:
..Mulieres subdita viris, ipsis seruire tenentur.
..Ex quo formata.
..Vxoris nomen est nomen dignitatis, non voluptatis.
120 *Mulier est de carne viri, & dicta virago.*
121 Matrimonium à matre dictum.
..Vxores diligendæ sunt.
122 *Fidem fallere, & præcipuè vxoribus graue est.*
123 *Anulus disposationis, est pignus amoris, & propterea inseritur 4. digito qui dicitur anularis.*
..Anulus est signum possessionis, & inuestitura.
..Quare debeat esse rotundus, & circulatus, & vnus, & num.seq.
124 *Matrimonium indiuiduam vita consuetudinem continet.*
124 *Eua, quare tracta de costa lateris Adæ?*
126 *Viri debent diligere vxores, sicut Christus Ecclesiam?*
127 *Matrimonium facit non coitus, sed maritalis affectio, & proinde etiam si non sit consumatum, debetur antefatum.*
128 *Mulieribus honor, & reuerentia à viris est debita.*
129 *Honorari prius debent in publicis functionibus mulieres, quam viri.*
130 *Mulieribus concurrentibus in aliquo actu publico, nobilior debet præcedere, & si sint pares, quæ magis est præssa senectute.*

131 Mu-

131 *Mulieribus transeuntibus, homines tenentur assurgere.*

132 *Mulieres gaudent priuilegio clarissimarum personarum, æquiparantur grauibus personis, & inter egregias connumerantur.*

133 *Coniux Iustiani fuit vocata serenissima Augusta.*

134 *Doctores nō tenentur, vt cæteri vxoribus reuerentiam exhibere.*

135 *Mulieres in domibus suis appellantur simpliciter dominæ à familia, & hoc procedit etiam ex legis dispositione.*

136 *Vxor Serbidÿ sceuola, ab eo Domina vocata.*

137 *Vxores titulo reuerendissimarum honoratæ fuerunt.*

138 *Vxores videntur dominæ etiam bonorum viri.*

..Coniuges sunt socij diuinæ, & humanæ domus, & domestica vxores gubernare debent.

139 *Mulieris consilium in rebus domesticis exposcēdum est, & quod in promptu respondent exequi debet.*

140 *Mulier sapiens, ædificat sibi domum.*

141 *Vxoribus non debet esse interdicta administratio.*

142 *Priuatio generat appetitum, cum exemplo Adæ, & Euæ in Paradiso terrestri, & sponsæ in cella vinaria.*

..Mulier totius mundi lapsus.

143 *Mulieres pessimæ sūt amariores morte, & comparantur rethi, igni, & gladio.*

..Auarissimæ omnes regulariter.

144 *Mulieribus non est confidendum.*

..Quæ prodigæ sunt, est prohibenda administratio.

145 *Viris prodigis administratio interdicta est.*

146 *Mulieres in diuisionibus, habent optionem.*

147 *Statutum disponens aliquid contra bannitos, non extenditur ad fæminas.*

..Cōtumax vigore statuti habetur pro confesso, sed non procedit contra mulieres, & sub num.157.

148 *Banniti possunt impunè interfici.*

149 *Mulieres possunt ex delicto forinudicari, & interfici.*

150 *Mulier ex statuto potest foriudicari, & interfici, sed non adulterari.*

151 *Mulier ligatur dispositione statuti generalis, nisi expressè excipiatur.*

152 *Raptus dicitur, tam si vir rapuerit mulierem, quā si mulier virum, quod de raro potest euenire, & quando puniatur & num seq.*

..Mulier ex raptu combusta fuit Florentiæ.

153 *Mulier faciens insultum animo occidendi, debet puniri, vt vir insultans.*

154 *Cōstitutio loquēs de Fratribus Mendicantibus, extenditur etiam ad moniales.*

155 *Masculinum comprahendit fæmininum sed quomodò hoc intelligatur, & sub num.158.& sequentibus.*

..Appellatione fratris, veniunt etiam sorores.

156 *Statutum loquens, quod filij bannitorum eÿciantur è Ciuitate non comprahendit filias.*

..Debet strictè interpetrari.

..Relatiuum quis: quādo fæminas non comprahendat.

..Prag.1.de senatusc.Maced.non extenditur ad filias fam.

157 *Fæminas armare per companeam legitur raro.*

158 Text.in l.vnica, C. de raptu virginum, *ponderatur cum* text. in l. qui duas de leg.3.

159 *Dispositio facta, vt Caius succedat Titio si sine filijs decesserit, sufficit, vt substitutus excludatur, si filias Titius habeat.*

..Emphiteusi concessa pro se, & filijs, an veniant filiæ.

160 *Filiæ fæminæ non includuntur, sicut masculi ad portandum iniquitatem patris rebellis, sicut nec minus agnati*

161 *Mulier inuenta cum armis prohibitis non potest carcerari, sed est relaxanda in domo propria, cum fideiussione.*

162 *Legatum factum à testatore monasterio si duo sint in eius patria, vnum Mo-*

Monachorum, alterum monialium, cui potius applicandum sit.
..Moniales nec minus mortuas egredi è clausura permittitur.

163 *Meretrices quomodò possit delinquentem ad mortem damnatum liberare?*
..Reges, & eorum locumtenentes possunt facere gratiam delictorum, & reos absoluere cum praxi.
..D. Comitis O atte laudes, & gratiarum generalis indulgentia ponitur.

164 *Prodigiorum narratio tempore nostri Redemptoris natiuitatis.*
..Sibylla Cumana vixit, & obijt Puteolis.

165 *Meretrices, quod liberassent condemnatum aliquem ad furcas nō legimus*
..Hispania sterilis hominū, & mulieres non multum fæcunda.

166 *Meretricem in uxorem ducenti, omnia remittuntur peccata, & quare.*

167 *Osea Propheta duxit meretricem in coniugem.*
..Condemnatus non potest ducere meretricem in vxorem, vt liberetur, sed benè meretrix, si voluerit.

168 *Condemnatus ad mortem, si indulgeatur, dummodò in tale monasterium ingrediatur, si ingressus petatur ab vxore, & fuerit denegatus à superioribus, si exeat, & vxori cohabitat non ponitur.*

De Priuilegijs Mulierum circa honorem, & dignitatem.

CAPVT SECVDVM.



IT *Port.ad Rubr. de obligat.quæ ex quacontr. nasc. num.* 1. quod titulus,ad titulum est continuādus, quod idē confirmauit *Ias.in Rubr.de action. nu.* 5. *& Oin. num.* 6. propterea, cum actū sit in *cap.* præcedenti de Mulierum priuilegijs circa personam, quia non dum à digniori causa inchoandum erat, verum etiam à principaliori, à qua postmodum cunctæ aliæ descendunt, nam cum de persona agitur; cui conceduntur omnia, primordium ab ea, oportebat esse: verum quia non decoratur persona validiori modo, quam honore, & dignitate, quæ subiectum clarescunt, & ab infimo maiorē distingunt; propterea de priuilegijs mulierum circa dignitates, & honorem ad præsens differere oportunè censui.

Qui honor, & dignitas adeo sunt connexi inter se, quod vidētur mihi inseparabiles, & statim atq; quod quis est in aliqua dignitate constitutus præcellet alios, & sic sequitur honorem dignitas, & de hoc honore meus erit pręcipuus sermo, dū est etiam alterius speciei honor in iure, qui consistit circa conseruationem, & defensionem hominum, & familiarum, ne turpi scelere eas fædarent mundi cal mitates, & amitterent humanæ vitæ inæstimabile thesaurum, cū perditio honoris, sit morti similis, *vt in l.iusta causa 9. vbi gl. lit.* H. *ff. de manumiss. vind.* ex quo *tex.* habetur non minus dandam esse
1 seruo libertatem ex defensione erga dominum à vitæ, quam à familiæ periculo, quod notat *Bart.in cons.* 1. *nu.* 14. *fol mihi* 183. *& de Leonard.in tract de Varijs iuris decis. cap.* 21. *nu.* 9.

Dignitas postmodum potest sumi genericè, & specificè, in latissima, & lata signatione. Primo quidem modo sumpta, omnes possunt dici habere dignitatem, qui honesti sunt, & ab infamia immunes. Secundo mo-
2 do accepta, & in suo proprio significatu, ea quis fungitur; qui habet aliquod officium dignitati annexum cum officium de per se non sit dignitas; ponit exemplum *Bar.* in puella, quæ verecundiam, & honestatem profitendo est in huius suæ bonæ vitæ dignitate constituta, & in senatore, qui ratione officij supræmam, & similem Regis retinet dignitatem *ex tex in l.ius Senatorum.* 8. *C.de dignitat.lib.* 12. *Matth.de Affl. sup. constit. si damna de homicidio clandest supra nu.* 9. vera itaq; dignitas est, quæ facit a-
3 liquem à plebeo differre, vel ratione officij, vt dictum est vel alterius causæ, vt est Comes, Dux, & alias titulatus, secūdum notata per enunciatum *Bar.in l.* 1. *C.nupercilato tit. à num.* 44. *ad* 47. possunt tamē disiunctim, & diuisim quoq; stare, cum non sit de essentia, nec necessarium, quod honoratus dignitatem habeat. Hinc videmus, quod ad familiarum seruādum decus, dispositum est in iure, vt hæreditas ad masculos potius, quam ad fœminas deueniat, etinim prosapia, & domus per eos conseruatur, dum mulier aqua est, vir autèm sanguis, & non potest dici, quod fauor masculorum; sit odium fœminarum, imò ipsarum quoque gloria videtur, dum in earum agnatione acquisitus honor per diuitias conseruatur, & semper dicitur, quod dies recipit lumen à Sole;

le; quod non esset si mulieres ipsæ succederent, nam cùm virum ducāt, bona ad cognitionem deuenirent, ipsis defunctis, earum familię amplius non recordātur, sed cū cinere sepelliūtur *vt per Cassā. ad cōsuet. Burgūdiæ rub 7. des successions, §. 12. num. 1.2.& seq.* & in Regno nostro habemus pulcram *constit. incipientem in aliquibus de success. filiorum com. & Bar.* & de *iure feud. est tex. in §. hoc autem de ijs qui feudum dare poss.* per quam, extantibus masculis, fœminæ excluduntur, quæ vendicat sibi locum, dato, quod fœminæ moniales sint vt per plures tenet *Mara. q.8. num. 26 fol. 602.* tam à fæudialibus, quam ab allodialibus *vt per DD. ibi & probat D. Præf. Merlin. lib. 1. controu. iur. cap. 3. num. 2.* &
4 hæc videtur consona antiquæ obseruantię Sacræ Scripturę, in qua nō habetur, in Regnis aliquando fœminā successisse, vt notat *in dicta constit. de Affl. num. 2.* vbi postmodum dicit naturali iure permissum esse fœminis in dignitatibus non succedere, consuetudine tamen comitante, & quod sit verum hoc: factum fuit, vt agnationis familia illustraretur, dum fœmina statim, quod nubit mariti est, & sub eius potesta te constituta, vt dictum est *in cap. præcedenti num. 69.* & docet Idem *Cassan. rub. 4. §. 1. num. 19.* & per doctrinam *Andr. de Isernia de his, qui feudum dare poss. n. 19.* habemus, quod etiam filij fœminæ in feudo non succedunt.

Hęcq; dignitas duplex est, datiua, & natiua. Natiua dicitur, quæ habet præexistentem materiam virtutum, ac meritorum sufficientem, & efficacem ad petendum, & obtinendum veram dignitatem. Datiua est, quæ nō habet materiam præexistentem virtu-
5 tum, & meritorum ad veram dignitatem consequendā, sed confertur indigno, & istæ differunt inter se quoad existimationem, sed non quo ad effectum, si enim quis ex nobili genere per plurium annorum spatium ad doctoratus gradum ascendat, & alter stipite plebeo ad eandem dignitatē perueniat, omnes æqualitèr vno, eodemq; met priuilegio gaudent, sed quo ad existimationem nobilis antecellit plebeum, dum gemma fulget magis superposita in auro, quam in plumbo, & videmus hodie, quod Aduocati nobiles (cum in nostris tribunalibus huius inclitæ Ciuitatis quāplures sint æquites, qui aduocatorum funguntur officio) magis honorantur quam cæteri ordinari ab officialibus, & regijs ministris, de quibus omnibus, & alijs hanc materiam tangentibus, latè discurrit *Masc. de doctoratus quiditate, & dignitate à num. 1. ad 30. & seq.* & dicitur dignitas insuper ideo datiua, quia datur, & cuilibet potest concedi, etiam, quod prauæ qualita-
6 tis sit: imò multoties dignitatem consequuntur homines potius ob scelera, quam ob merita, vti ob proditiones, furta, & similia, vt testatur *Bar. in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. n. 64.* & hodie
7 præcipue, dum malis hominibus mūdus abundat; quam prauos in orbe exaltatos? quam litteratos depræssos legimus, ita quod disperationis traditi manibus voluntariè sibi mortem consciuerunt, vndè idem *Bar. ibid. n. 68. per D. Thomam 2.2 q. 63.* Subiunxit, peccare scilicet Principes qui indignos officiales faciunt, multoties
8 enim ex ineptitudine gubernātiū familiarū desolationes, regnorumq; perditiones eueniunt, & malę electionis, quę est in culpa *secūdū Port. in §. præterea inst. Quib. mo. re contrah. oblig. n. 2. Angel. de malef. de damno dato sub n. 68. et 79.* ipsi plusquam alij damnum sentiunt, cum debeant puniri per ea, per quę deliquerunt *c. qualiter et quādo 17. in ordine de accusat.* nam regulatitèr loquendo nullus potest habe-
9 re dignitatem à seipso, sed oportet, quod ipsa per alium conferatur, alias incideret in pœnā falsi *Bar. vbi supra*
10 *num. 64.* si fuit Annibal Cartaginensis strenuę miles armorum Dux hanc

 digni-

dignitatem à populi manibus obtinuit, Scipio Africanus à *Romanis* in generalatus dignitate cōstitutus cōtra Annibalem, quem in bello superauit, & si Monarchiam Imperatoris intueamur, licèt vulgo dicatur, per vim fieri, attamen robur magnificentiæ sumit ab electione, & coronatione, dum priusquam Imperatoris nomine nuncupetur, eligendus est in Regem Romanorum, vt hodie fit, & docet *Isern.* in procemio *constit. Regni col. 5. num. 40. vbi etiam* Matth. *de Affl. q. 13. in principio*, & Reges similitèr in aliquibus Regnis eliguntur per populum, vt viridè patet exemplum in Rege Sarmetarum, & in Rege *Tunisi*, quem Turcæ eligūt adeorū arbitriū, cum non sit nouum, quod Reges à Deo & populo creantur, & authoritatem ac his accipiant *Bonac. de restit. in particulari q. 9. puncto* 1. *sub. n. 1. ver. notandum secundo*, est tamen verum, quod per ordinarium Reges sūt perpetui, cum post acquisitū ipsis regnum, eorum filij in gubernio succedant, & propterea vulgus dicit Regem à natura, quia nascitur Rex, qui maiorem potestatem habere dicitur in suo Regno, quam Imperator in Imperio, cum iste non habeat ius trāsmissiuum ad posteros, sicut ille vt per M*atth. de Affl. dicta q. 13. ad præludium* Constit. *num.* 1 *Iser. in tit. de his, qui feud. dare poss. num.* 11. *&* Cassan. *ad consuet.* Burgun. *rub* 8 §. 3 *in tex ab intest. num. 23. fol. mihi* 287. Et quid de Summo Pontifice omnium Principū Principe maximo, nonne & ipse Vicariatus nostri Redemptoris supremam dignitatem per electionem
11 recipit Cardinalium? qui hodie fit per scrutinium, omissa veteri per adorationem seruata forma laudabilis Bullæ Felicissimę, & Sanctæ Memorię *Gregorij XV. editę anno 2. eius Pontificatus 4. idus maij 1621.*

Nec discedēdo ab his, dum aliqua de dignitate differimus, non quidem prætet terminos nostræ materiæ videre est modò, an mulieres possint dignitatem habere? & affirmat uam obseruauimus praxim in hodierna francorum Regina nostri Catholici
12 Philippi IIII. Sorore, quæ post eius viri obitum existentibus Delphino, & germano fratre suis filijs in minori ætate, gubernauit, & imperauit in Regno, est tamen verum, quod habuit parlamentum, quod non est nouum dum, & Reges ipsi cum consiliarijs, sesegerunt, & consulunt, & ut videmus, quod mulieres vltrà casum positum *in cap. præcedenti num.* 90. possunt habere dignitatem cum administratione, prout etiam legitur de Regina Ioanna in Regno nostro, quæ per plurium annorum spatium rexit regimen, teste omni exceptione maiore *Bartolo in l. vnica num.* 10. *vbi Angel. num. 1. et 6. C. de mulier. et in quo loco lib. X. et Par. de Puteo cap. 3, num.* 8. *sub ver officialis fol.* 100. *Et* ista Regina fuit, quæ post maturum consilium diuersorum iurisconsultorum declarauit, & ampliauit intellectum, & dispositionem *constitutionis Regni, vt de successionibus §, et coniugata et dotate de succession. nobilium in feudis* cum gratia generalis legis condendæ, vt sorores iure francorum viuentes, quando sunt dotatæ à patre, non autem à fratre; ipsi fratri succedant in feudo, *vt in prag. 1. vbi Reg. Rou. de feud. de Affl. de success. feud. ver. filia vero num. 4 et 10. Franc. de ponte de potestate Proregis tit. 9 num* 5. & ad conprobationem prædictorum, adducitur etiam exemplū Madamæ Margheritæ Ducissæ Parmæ, quæ à Philippo II. prudentissimo Rege fuit in Flandria ad illius Prouinciæ regimen substituta, cuius adeo fuerunt animi virtutes, quod vinctum populum, & nobilitatem semper clementia tenuit, vt refert Cardinalis *Bentiuolus in hac historia*: vnde concludi potest, quod mulieres non minus à natura, quam à lege, & ab homine reputantur habiles ad dignitatem, & ad dignitatis administra-

nistra-

nistrationem, vt etiã confirmat *Paris de Sindic.rub. dicitur autẽ syndicatus n.6.*& sic cõtra *gl.in l.2.ff. de Reg. Iur.* qui dicit, quod feminę licèt regulariter non possint habere dignitatẽ, quádoq; eam obtinent, sed sine administratione *ad quæ vide tex.in c.mulierem 17.vbi gl.33.q.5.*

Est tamen veritas, quod regularitèr sunt incapaces, & insuccessibiles
13 ad Regna *Par vbi sup.in d.n.6.7.& seq.fol.mihi 32.& Sylua nupt.rub.non est nubendum num.167.fol.94.* nisi in defectum masculorum, quibus non extantibus, fæminæ admittuntur, vt in Regno Siciliç, in quo per consuetudinem succedũt fæminæ, masculis non extantibus, secundum *Cagnol.in l.fæmina num.4.ff.de regul.Iur.* sed nõ in õnibus Regnis, prout est in Francia, vbi totaliter excludũtur, sed succedunt consanguinei, etiam in centesimo gradu existentes, secundum *Cassan.ad consuet.Burg.rub.3.§.5.nu.33.& 34.* de cuius successione, & regimine relinquimus opus ad eos, qui se feudistas ex professo obijcitur cum non sit locus iste opportunus ad talem materiam: sic etiam dicimus
14 esse incapaces ad feuda per *tex.in c.1.§ filia, vbi gl. & Bal. de success. feudi Cagnol.in dict.l.fæmina num.3.* nisi ex gratia Principis, vel expresso pacto fiãt successibiles in defectum masculorum; vt legitur *in dict.§.filia* ibi *Filia verò non succedit in feudo, nisi inuestitura fuerit facta in patre, vt si ij, & filiæ succedant in feudum, (tunc enim succedit filia, filijs non extantibus) c.1.§. hoc autem notandum de his, qui feud. dare poss c. .Quẽadmodũ feu.ad fil.perti.c.1.de nat.success feud, Iser.d. rub.de his, qui feud. dare poss.c. quia de feudis ver.hoc autem num.17.& in rub.de eo qui sibi,& hæred.n.1.& V in opin.276.* portat similitèr *Iser. vbi sup.* & alios casus, in quibus etiam succedere valẽt, vt adducit poteris videre, & apud *Clar.lib.4.sentẽtiarũ, § feudũ q.73.Rosẽt a.de feud.ad rub.de success. descendent.ab intestato cap.7.concl.31. nu.1.& seq.* quod à fortiori debẽt pcedere in Regno nostro per supracitatã *constitut.in aliquibus*, secundũ notata *p Frecc.de subfeud.lib.3.ver.inter quæ ternata num.30 fol.423. Iacobut. de Franch.in titulo de Inuestitura quæst.5 nu.17.& 18.* & sic, masculis deficientibus, admittũtur *de Franch.decis.73.nu.14.Anton.de Amat.tom.2.resol.75.num.37.* sed an hærmaphroditus ex-
15 cludat fæminas vigore statuti, est affirmatiua sententia si præualet in masculino sexu, prout, etiam videmus, illum succedere in feudis si potentior sit natura maris, quam fæminę, ita *Patauin. de compromiss quæst.2.num.40 ver.harmaphroditus:* per quã constitutionem nota, quod non dum à feudis fæminæ, sed etiam ab omnibus alijs bonis hæreditarij excludũtur, vt per *Matth.de Affl.ibi* qui dicit
16 *num.5.* quod si ex aliquo pacto contra dictam dispositionẽ filiæ admittendæ venirẽt in defectum filiorum, si plures essent filiæ fæminæ, omnes ęqualitèr succederent in feudo, viuẽdo tamen iure communi feudorum, secùs iure franeorum; nam primo nata tãquam maioratus admittitur cũ onere alias sorores defũcti filias dotandi, & in Ciuitate nostra Neapolis
17 adest consimilis cõsuetudo *si moriatur cũ seq.de success. ab intest. vbi DD. & Franc.de Ponte in tract.de potestate Proreg.tit.9.nu.1.* vndè ex his desumitur, quod regularitèr non sunt fęminæ successibiles in feudis, *Io.Fab. instit.de seruili cogn.n.6.* & si in Regno alitèr seruetur *(vt in prag. 1. & seq. de feudis)* ratio est; quia feudum pręsumitur masculinum, & non fæmininum, *Rosent. dicta conclus.31. num.3.* immò amplia, quod si in inuestitura diceretur vt sit cõcessũ feudum pro se, & filijs, filiæ feminę non includũtur *Cassan.ad consuetud.Burgũdiæ rub.3.§.6.nu.27.vers.decimo sexto, Gram. instit.qui test.tut.dar. poss.§. ad certum num.12. & 13.* In feudo autem pla-

no,& de tabula,in quo non requiritur personale seruitium,non extantibus masculis, filias succedere posse,
18 decisum refert,*Praes. de Franch. decis. 7.* in causa Angelae de Falco cum magnifico Antonio Caracciolo, quod idem, & a fortiori procedit, ac seruandum est in emphiteusi, in qua per dictam constitutionem, non possent succedere foeminae, extantibus masculis,dum quando fit concessio pro masculis,& faeminis, intelligitur vigore statuti excludetis mulieres, ob masculorum existentiam,ordine successorio,vt in masculorum defectum faeminae admittantur, secundum *Mantic. de Tacit. & ambiguis conuent. li. 1 lib. 3. tit. 8. num. 19.* si masculi existant, repelluntur faeminae non obstante, quod concessio facta sit pro vtroque sexu ex dispositione statuti, vt probat, & fundat *Franciscus Fulgineus de iure emphyteutico rub. de successionibus in bonis emphyteuticis q. 16. num. 3.*

Et quare hoc contra mulieres?
19 quia vt dicit *Iser. vbi supra d. nu. 17.* & ibi *Liparul. lit. C. & Sanch. de matr. tom. 1. lib. 4. disp. 3. num. 2.* ac *Tiraq. l. 1. connub. num. 75 fol. 13. at.* sunt impotentes ad pugnandum, sequitur ergo, quod si essent aptae ad sumendum arma,& ad praestandum domino auxilium,possent feuda obtinere,dum tenetur vassallus in necessitate, eius Principi auxiliari, sicut Princeps vassallo,quando ab aliquo molestatur, secundum *Matth. de Affl. decis. 24. nu. 4.* sed hoc ex gratia subsequenti potius,quam ex natura feudi,prout legitur de illa Ioanna de Lorena mentionata, sed ad aliu finem supra *cap.*
20 *praecedenti num. 245.* quae licet vilis puella in exercitio, vt Dauit priusquam gigantem interficeret, liberauit nihilominus Carolum Septimu Regem circiter annum 1440. ab inuasione Anglorum, qui fere Gallia bellando occupauerant, dum in vna tantum armorum pugna praeliante dicta Ioanna 12. mille anglos cum exercitu dict. Caroli interemit, quod cum sit supernaturale,& preter ordinarium ordinem militiae, miraculosu putatur a Deo permissum, vt cognoscerent Reges,quod per eu tantum regnant, vt legitur prouerbio *cap. 8. lit. B. Rom. 13. & Clau. Regia lib. 3. cap. 5. num. 10. vers. 3. rationes, & in prag. nostra renouamus 3. in ordine de Trages. & Salario, ac prag. 5. de muneribus officialium,* & quod arma non prosunt, nec praeliantur, quando Deus
21 non pugnat, vt *Eccles. 9. & prou. 8. lit. C.* dicebat enim Rex Dauid *ps. 117. Dominus mihi adiutor, & non timebo, quid mihi faciat homo;* & si seditiones bella famis,pestis,& alia mala insurgant in Regni, vt miserrime experti sumus in hac nostra Parthenope, vbi circa 60000. homines infra spatium quinque mensium obierunt, ab illo Aprilis, vsque ad mensem Augusti anni elapsi 1656. & in Regno plusquam 10000. quod a saeculo adhuc non est auditum,na cum essent ignari de pestis malore, qui tantum fuga, & solitudine potest curari,iuxta illa tria aduerbia, cito, longe, & tarde, nempe cito, & longe fugias,& tarde redeas,commercium non euitarunt, imo magis consortium fuit practicatum in concursu ad Ecclesias,& in processionibus, dum in vna tantum, 12. mille virgines simul scinte capillis,& discalceatae circuerut sedo loca pia Ciuitatis Cuncta ex ipso procedunt, cum non sit malum in Ciuitate, quod non fecerit Dominus, vt per *Amo. proph. cap. 3. lit. B.* vnde si mulier aliqua huic Ioanae,aut Iudith reperiretur consimilis esset feudorum
22 capax, ita *Isernia supracitato loco nu. 20.* quem adducit etiam *Iacobut. de Franch. ad rub. de inuestitura q. 5. nu. 3.* at ipse sum in contraria opinione, quod,si cessaret,ista ratio,quod posset pugnare mulier, & proinde admittenda ad feudum; quod non approbat *Rosenthal. vbi sup. conclus. 34. num.*

*num.*14.*&* 15.non cessarent alię propter quas fiunt inhabiles, & veniunt excludendæ.f.quod sunt infirmi iudicij,dum non seruitia tantùm sunt causa concessionis,vel prohibitionis feudi,sed etiam multa alia Secundùm *Rosenth. d. num.*15. nempè merita,consilia,& similia, itaque secunda ratio est, quare fœminæ non possunt habere feuda, quia non ha-
23 bent rectum iudicium,vt si non lances, saltim cõsilio domino opitulari possent,cum Regnum, & si defendatur armis,nihilominus prudẽtia, litteris,& consilio gubernatur,& custoditur, prodest enim plus,vt plurimũ bonum cõsilium, quam formidabile castrum, & in hoc plusquam in alio tenetur vassallus domino suo, *c.*1 *de*
24 *forma fidelitatis,vbi Bal.&c.de forma fidelitatis* 8.*vbi gl.*22.*q.*5. quod quidem adimplere haud valent fęminæ, cum nil perfectionis habeant, semper varię,& mutabiles inspiciuntur, secundùm *Tiraq.in l.*1.*connubi.nu.*76.
25 *fol.*13.iuxta illud *Virg* 4.*Æneid.*

Eia age rumpe moras(varium mutabile semper fœmina.)

*Tit.Galphurn.elag.*3.

Mobilior ventis ò fœmina.

*Propert lib.*2.*elog.ad amicam.*

Non sic incerto mutantur flumine sirtes.

Nec folia hyberno tam tremefacta nato.

Quam citò fœmina non constat fœdus in ira.

Sine ea causa grauis, sine ea causa leuis.

*Simonid.Stob ser.*71.

Quemadmodum mare aliquando tranquillum,& innoxium stat ingens gaudium nautis æstiuo tempore: aliquando autèm furibundum Grauisonis procellis agitatur.

Huic maximè similis est huiusmodi mulier.

Et gloss. institut. can. §.*cuius tamen vers. non fœmina de probation.*

Quid volubilius fumo, flamen, quid flamine, ventus.

Quid vèro,mulier,quid muliere,nihil. quibus adde de nostratibus *Bald. de Angel.in suo prato,C.de procurat.l.quia* 4.*nu.*3.*& tex.in cap.forus* 10 § *fin. de verborum sign.*qui prohibet testimonium mulieris hac ratione *quod varium, & mutabile testimonium semper fœmina producit,quod Aristot. lib.*1.*polit.*antea dixit,scilicet,consilium mulieris esse inualidum, & per consequens non posse iuuare dominum,& vide *Iacob.de Franch.dict.q.*5.*nu.*6.7. *&* 8.*&* Paris. *de Sindicatu vers.Sindicatur autem sindicatus num.*6.*Tiraq. vbi supra num.* 77. *&* 78. ac comprobatur etiam per *Foller.in frag.post praxim.de furtis nu.*128. de quarum debilitate,& imbecillitate meminit similitèr *Sanchez de matrimonio to.*2.*lib.*4.*disp.*3. *nu.*2. *Soccin.in rubr. digestorum sol.matri. num.*17. *&* *Sforza Odd. de rest.in integr.parte* 1.*q.*2. *art.*4.*nu.*41.& experientia docet in hoc,quod adeò fęminę leues sunt,quod libentiùs cum demone associantur,quam homines,& fiũt ex eis infinitę lamię, statim enim credunt,& facillimè decipiuntur diaboli illusione,ita etiam
27 *Hirl.de Sortil. vers.*7. *quæris num.*31.
Tertia ratio postmodũ est,quod mulieres non habilitãtur ad feuda,causa publicæ honestatis, quæ non patitur mulieres se miscere cętui viro-
27 rum,*l.*1.§.2.*loco,cũ gl.ff.de postul.*vbi habetur,quod ex hoc mulieribus interdictum est fungi virilibus officijs, 8
vt est etiam *tex.in l.fœmina remota* 12. *ff.de edendo,Peechius de testam.coniug. lib.*2. *cap.*8.*in p. fol.* 229. *Carlenal. de Iudic.to.*2.*disp.*4.*sub num.*24.*&* *Luc.de Pen.super* 12.*lib.C.l.*1. *C. de Comeatu fol.*204.*col.*2. *in princ.* per hæc verba subiunxit,*fœminas, quas morum honestas mentisque solertia commendat propter ipsarum pudorem,& verecundiam cetui publicè demonstrari non cogimus* comprobat *Azzo in summa,C.de mulier.in quo loco in fine fol.* 961. & hoc ipse puto eximium esse mulierum priuilegium,dum recolligitur ex *tex d.l.*

28 *d.l.1.* fæminas haud posse compelli ad officia publica Ciuitatis exercendum, vti sindicatus erariatus, & similium, *gl. in c. mulierem 17. in ordine ad principium 33. q. 5. d. 3. §. corporalia, ff. de muner. & honor. l. 2. ff. de regul. iur.* & tetigi etiam *supra cap. præcedenti propè finem, Oliuer. Testor. de success. ab intest. nu.* 8, quod videtur contra *Angel. de Perusio in l. vnica, C. de mulier. & in quo loco 11. apud Baldum in posier. libro Codicis num. 3. fol.* 315. vbi dicit, quod mulier potest vocari ad honores, & munera psonalia, & hac forsan de causa iuxtà vulgatam sententiam, quod domus Cæsaris non dum crimine, sed etiã suspicione criminis carere debet, disposuit *Vulp.*
29 *lib. 16. ad sabinum in l. 4. ff. de off. proconsul.* prohibendas esse, ne sint nec minus sociæ maritis officialibus, quibus euntibus ad aliquod fungendũ munus prohibentur vxores ducere, ne precibus, aut importunitatibus earum ad perperam iustitiam peragendam, vel ad grauamina inferenda inducantur contra publicam vtilitatem, & vniuersale commodum, quod etiam annuit *gl. in l. obseruare 6 lit. D. ff. eod.* Quarta tandem ratio est, quod mulieribus feuda concedere non permittitur, sexus lubricitas, cũ fragiles valdè sint ad principium arcana custodiendum, quod est de substantia, & essentia iuramẽti fidelita-
30 tis, vt in *c. 1. propè finem de noua forma fidelitatis*, cum à fide feudum nomen sumpsisset, iuxtà tradita per *Cõs Hodiern. controu. for. lib. 1. cap. 26. n. 24.* & proptereà cum prædicta omnia obseruare sit ipsis impossibile, fiunt feudorum incapaces, de quibus omnibus discurrit *Bald.* vt poteris apud eum videre in *l. quoties 12. col. penul. C. de suis, & legit. lib. & Cag. in d. l. faminæ num. 3. & 4. ff. de regul. iur.*

Cumque igitur visum sit in casibus permissis, posse fœminas admitti ad feuda, tenentur per alium præstare seruitia domino exhibẽda, hoc est, per substitutũ, vel cõtribuere fru-
31 ctuum portionem, vt per *Rosenth. de feudis cap. 8. conclus. 4. num. 16.* quod nos adoham nuncupamus in vita, singulis annis taxata per Regiam Cameram Summariæ, vt nouissimè testatur V. I. D. & Archiuarius simul *Nicolaus Toppi in suo tract. de origine tribun. lib. 2. cap 4. num. 7.* & releuium in morte feudatarij, cum ipsi alius succedat; hocque idem censeo exibendum esse, etiam si feudum sit fœmininum, scilicèt quod à fæmina originem habuit, vt succedens in consilia, vel soror si fuerit etiam pro Collateralibus quæsitum, vt docet idem *Rosen. cap. 7. conclus. 55. nu. 12. & seq.* ad debita seruitia, modo, quo supra à fortiori teneatur, cum maior obligatio concurrat ob largiorem factam concessionem, imò si feudum fuisset datum liberè absque onere præstandi seruitia, in eo succedere adhuc mulieres posse, de iure sustinuerunt *DD. super Neapolitana consuetudine in bonis ad finem, folio. mibi*
32 *310. rubr. in quibus rebus habet locum quarta.* Tamen si mulier feudum habuerit in dotarium, ad onera releuij non teneri; quia in eo habetur pro vsufructuaria patet, ex traditis per *Consiliarium Marinum, Freccia de subfeud. vers. 3. authoritas est num. 41. fol.* 327. Constat igitur ex his posse per mulierem retineri dignitatẽ, iussum, & administrationem, & tũc maximè, quando ad regimen sunt habiles, & multoties quidem inueniũtur de his tales, quæ sexus leuitatem, & habilitatem trascendendo in rebus agendis plusquam si essẽt peritissimi mares, exactissimam sagacitatem ostendunt.

Vndè oportunè præfatorum occasione motus, quod dum mulieres possunt habere honores, & dignitates, an cum sint Abbatissæ possint etiã excõmunicare, quãdo opus fuerit; & est affirmatiua sentẽtia *Nauar-*
33 *ri in sua summa de excommunicatione num.*

num.6.et conf.1. de sentent. excommun. lib.5. vol. 2. vbi allegat *gl.in c. præter verbo ducibus 32.dist.* quod firmat *Tol. lib.1.cap.6. in princ.* & adducit *Panor. in c.decernimus de iudicijs*; dummodò in hoc specialem per sedem Apostolicam potestatem habeat, *Franciscus Antonius Glianes in sua summa cēturarum ver fœmina non potest num.3.* Ratio desumitur ex doctrina *Diui Thomæ lib.4.sententiarum dist.18. q.2. art. 2.ad primum, et dist.19.q.1.ad tertium* nempè excommunicationem, non spectare directè ad claues, sicut absolutionem contrà *Iulium Charthar. decis 78. num.29.* quod adeò verùm est, vt habita licentia à Papa, secundùm *Tol. vbi supra*, secularis, potest etiam ipse inhobedientes excommunicare, & licèt *Couarru.* §. 11. *primæ partis num.1. vol.1. pract. quæst. de sent. excōm.* alitèr sentiat dicens, quod & si fœmina aliquando ratione dignitatis, aliquam possit iurisdictionē obtinere, attamen, non potest excōmunicare, cum hoc ad spiritualem iurisdictionem spectet; ipse verò primam amplector opinionem mulieribus magis fauorabilem, retorquendo rationem *Couarruu.* posse hoc fieri, quia, & Abbatissa spiritualem quoque exercere iurisdittionem videtur, dum non tantùm pro illis alendis gubernat, sed pro illis instruendis, & educandis spiritualibus exercitijs, & cælestibus contemplationibus earum animas dirigendo, exemplo, & doctrina ad sempiterna gaudia, & amplia, vt & absoluere similitèr Abbatissæ possint ab excommunicationibus per ipsas illatis extra tamen terminos, & modos sacramentalis confessionis, quæ spectat ad claues, sed simplicitèr nempè fuit aliqua monialis, parum obediens excommunicata, potest etiam, & ipsa bene-
34 dici, vt per *gl.post alios inst. canonica, §.simile statuitur ver. per Episcopum de sent. excommun. Tol. d. lib.1. eius summę cap.14. de sent. exc.* & *Couarr. vbi supra num.10.* qui per hoc potest dici, quod sibi contradicat, dum plus concedit, quod est absoluere, & negat minus, quod est excommunicare, erat namque conueniens, vt si apostolica authoritate potuissent suos subditos interdicere, & abdicare ab aliarum cōsortio, eadem quoque potestate ad gremium, & consortium reducere voluisset.

Circa quam materiā sunt, & alias
35 priuilegiatæ moniales, vt si aliquando forsan talem censuram aliquo modo incurrerent quæ à summo Pōtifice immediatè absolutionem exposceret, puta si notoriè percusserint sacerdotem, non tenentur Romam adire, sed possunt à diœcesano absolui *c.mulieres 6.cum sua gl.de sent. excommunicationis*, prout etiam si sint seculares, nō teneantur Romam proficisci pro absolutione ex *Tiraquell. ad l. 10.conn.num.33.fol.130.*

In reliquis verò actibus, sacerdotio pertinentibus, se miscere prorsus interdictum est, vti prædicare euangelium legere, & similia facere *tex.* est
36 *in c.noua 10.de pan. et rem. §.* tradens rationem, *quia licèt Beatissima Virgo Maria dignior, et excellentior Apostolis fuerit, non tamen illi, sed istis Dominus claues Regni Cælorum commisit*, ac perdoctè *Sot.* omninò videndus in *4. lib. sentent. to.2. dist.26 q.1. ar.2. l.51. col.1.* dicit virilem sexum ad suscipiendos ordines de iure diuino requiri, ità quod si præsumeret aliqua mulier ordinem habere, etiam, quod prima tonsura sit, quæ est, tantùm insigne clericorum, nullus foret, cum maximè deduc ea, fœminam ad ordines promoueri secundū *Sancher. de matr. to.2. lib.7. de impedimentis disput.* 106. *n.10. Bona. to.1. de sacr. ordin. disp.8. q. vnica, puncto 5, num.5.* & de hoc vide *S.Anton.3.par. sua summa tit.13. cap 6. §.2. vol.3. fol.198* & eodem modo nō posse ordinibus insigniri hermaphroditum si in fæmina præualeat, quia militat eadem ratio, tenuit *Bon. vbi su-*

*supra num.6.*secus,si in masculo, quia tunc potest imprimi character.

Attamen in hoc mihi videtur mulieres,omnes etiã ordinariæ,cuiusque qualitatis sint valdè priuilegiatæ, quod in casu necessitatis,posũt baptizare, prout in dies per obstetrices practicatur, & hoc pro vnius animæ saluatione, ità *P. Barthol. ab Angelis in examine confess. dial. 2. §. 139.* omne totum prouenies ex cœlestis sponsi misericordia, & Matris Ecclesiæ pietate erga filios suos *c.4.30.q.3.Bonac.to.1.de baptism. disp. 2.q.2.punct.5.n.5.f.45.*

Possunt etiam mulieres retinere ius patronatus; nempè si existeret in aliqua familia, & ob defectũ masculorum,fœmina tantùm in hereditate

38 succederet *gl.in c.quoniam 13.ver.vel femina 16.q.7.Abb.in c.1. ver. 2.potest dubitari,*& in *c.nobis in 1.notab.de iure patron.*& *Cald.in clem.fin.q.6.eod. tit. de iure patron.*quę si postmodum virũ ducat,tã ab vno, quàm ab altero poterit fieri prę sentatio secundùm*Cas. in consuetud.*Burg.*rubr.4.§.6.ver:Sur la moytie des heritaiges n.5:* quod ego non probo,sed prę sentatio ad maritũ tantùm spectare debet, si tamen ipsi totum patrimonium datum sit in dotem, in quo tale beneficium est connexum, nã cum ipse sit dominus do-

39 tis per *tex.in l.doce ancillam 9.*vbi *Iacob.Butric. Bald. Salyc. et alij C. de rei vend.l.si pater marito 5.C.de dotis promiss.l.de ijs 11.*& *l.si prædium 23. C.de iure dot.gl.in §.Soluto matrimonio,ver. propria,auth.de nupt.*Barbos.qui alios congerit *in l. dotalem n. 1.2.3.4.5.6. ff sol.matr.Roder.de annuis reddit.lib.2. q.15.n.*88.ipse prę sentare debet;nam

40 licèt sit mulieris circa proprietatẽ, tamen quò ad dominium & possessionem est viri, cùm ipsa impropriè possidere dicatur per *Bal:in l: assiduis nu:5:C:qui pot.in pign.hab.* hocque adeò verum est; quod soluto matrimonio, opus est ingredi in possessionẽ bonorũ cũ iudicis authoritate, vt inferius *seq. cap. dicam latius*: quæ si possideret non indigeret iudicis brachio in hoc *ita Bal.in l.dotis actione 9. n.2.C.sol.matr.* & stringens ratio est, quod prę sentando,maritum non po-

41 test dici aliquam facere alienationẽ, quæ esset rerum dotalium à Iure prohibita iuxta *tex. in l. vnica C. si dos cõstante matr.* sed est simplex collatio, quæ de necessitate pro conseruatione Iuris patronatus in aliqua persona facienda est, & sic decisum *per Rotã Rom.decis.10.in nouiss.refert Præs. Donat. Anton. de Marinis to. 1.resol. 262.num.3.*tenuit antea *Tiraq. de leg. connub.gl.9. ver.quero secundo num 5. & Anna singul.595.* tamen si totum patrimonium datum non fuerit in dotem,sed eius tantùm pars, tunc vxori competit ius prę sentandi *Cassan. vbi supra Arnon.Epit 60. & Elis. Danza de Priuileg.Baron.obseruat.20. cap. 2.num.32.*dummodò talis mulier nõ sit vocata in hæreditate vti fideicommissaria, nam licèt vniuersalis sit; ius

42 prę sentandi non habebit *ita Vincent. de Anna singul.594.* quod mihi non videtur de plano procedere, nam si fateretur,hoc esse prohibitum, quia est tantũ hæres vsufructuaria, eodẽ modo de marito affirmandum foret, quod dicitur Dominus vsufructuarius,& ratio est,quia si non adesset hoc ius patronatus in hæreditate,certum est,quod fructus eius, etiam spectarẽt ad virum, vel ad vxorem fideicõmissariã hæredẽ, ergo possunt eos in alium conferre,& tanto magis, quia ista presentatio non est perpetua,sed temporalis, quæ finitur morte vel renunciatione præsentati,& tunc remanet libera potestas fideicommissario alios præsentandi, quod si adhuc sibi non delata hæreditate vellet præsentare,esset exercere non dum ipsi ius quęsitum effectualiter, ꝙ legibus improbatur.

Nec sit mirum tibi, intellexisse, quod mulieres possunt retinere ius patronatus,et in eo solitam, et consue-

suetam facere presentationem; cum maioribus gratijs, et prærogatiuis honorentur, et dicentur ab hominibus, et à lege, et videmus diaconissarum multotiès encomio fuisse appellatas, *vt in auth. dudum. Vt determinatus*
43 *sit numerus clericorum.* Ibi *Reuerēdiss. clericorum, nec nō, mulierū diaconissarū l. generali 13.* Vbi, *siuè Vidua, siuè diaconissa. C. de Sacros. Eccles. c. diaconissam 3. in ordine. 27. q. u. ait. 1.* immò quandò quę presbiteras. *c. presbiter el 2. 32. dist.* licèt in facto characteris vllam vnquam impressionem habuerint, *vt 15. q. 3. in textu,* imo exclusæ penitus per ius Diuinum à Sacerdotio *Tol. in summa lib. 1. cap. 1. num. 1.* et docet *Sot. vbi supra* quē adeas *dicto f. 51. col. 2.* si scire cupis, quę et quomodò diaconissę, et presbyteræ erant mulieres tempore antiquo, vnde meritò *Castal. in tract. de Imper. q. 63. supra num. 12* dixit, has mulieres tractandas esse tito-
44 lo Reuerendissimarum, prout solent tractari nonnullę Abbatissæ monialium, ob duplicem respectum, religionis, & sexus; qui titulus, quando datur, est potius humanitatis, quam debiti, & obligationis, Et ante Aduentū Domini fuerūt à Deo nōnullę virgines electę in prophetissas, quæ Sybillę adhuc vocantur, & tale donum fuit eis impartitū in virginitatis pre-
45 miū D. Hier. *l. 1. cōtra Iou.* dicētē, *quid referā? Sybillā Erithreā, & Cumanā, & alias, quarū insigne virginitas ē, & virginitatis pretiū diuinatio,* & istas decem tm̄ fuisse affirmat *Lactāt. lib. 1. aduersus gētes; idē S. Hierō. vbi sup. & B. Anton. in sūm p. 1. c. 9. tit. 3. § 14.* sic ait, *decē aūt Sybillæ à doctissimis auctoribus esse traduntur,* & hodie sublimiori de-
46 corantur gratia, dum Sanctæ fiunt à Deo, & priuilegiatæ religionis fauore, vti Sancta Brigitta, & aliæ, & communitèr omnes ab Ecclesia deuotissimæ appellantur; pro quibus ipsa pia mater semper orat, & meritò, dum ex earum sexu meruerunt habere Deiparam, quæ est Mundi pax, & Olimpi gloria, à qua est recognoscēda ista, qua ferè totus orbis hodie felicitèr gaudet inter nostrū Catholicū Monarchā; & Christianissimū Frācorū Regem, fidei propugnatores, quos Deus semper ad maiora magnificet.

Retinent etiam mulieres alteram dignitatem, & honorem insitum honori alterius; puta si aliqua naturalis tantum nubat viro legitimo, & naturali, pro legitima ipsa habetur; abolita naturali macula, quod singulare
47 fuit reputatū *per Bon. de cortili in tr. nobilit. p. 3. n. 184. Dec. in l. femina n. 7. ff. de reg. Iur. Cass. ad cōsu. Burg. rub. 8. §. 3. in tex. ibi, ab Intest. n. 17.* & est *tex. in l. si quis naturalē 3.* vbi *Bal. & Salyc. C. de natur. lib.* & *Aldobr. §. aliquando num. 4. & 5. inst. de nupt.* prout, etiam videmus in meretrice, quæ si aliquem ducat in virum, & honestè viuat, operiūtur præterita mala, appellatur honesta, & noua censetur persona *c. fer-*
48 *rum 18. in ordine 50. dist. de Affl. decis. 36. num. 4. &* in plebeo, qui si nobili nubat, nobilitatur, & ipse, licèt im-
49 propriè, vt dictum est *supra cap. praecedenti num. 88. & 89.* ac probat *Bar. in l. fin. num. 3. C. de Verb. signif. et leg. mulieres C. de Incol. et vbi quis domicilium habere videtur lib. 10. et Bal. in l. cum quadam 19. num. 2. ff. de Iurisd. omn. Iud.* vbi dicit, & poteris videre, an hoc etiam procedat, quo ad pœnas maleficiorū, vt delinquēte muliere punienda sit, tāquā nobilis respectu viri, vel sit attendenda eius qualitas naturalis? & tenet partem negatiuam, hæcq; proposita tali modo nobilitas, adeò est intexta, ꝙ nec minus mortis forbice inciditur, vndè si viri obitu matrimoniū dissoluatur, & ipsa in viduitatis statu, ꝑmaneat, acquisitā dignitatē nō amittit *l. filij 22.*
50 *§. vidua mulier, ff. ad legē munic. Io. de Platea in l. mulieres, et in l. origine C. de munic. orig. lib. 10. Cass. 2. par. sui catal. vlt. cōsid. ver. et non solum fol. mihi 63.* & dixi *supra cap. 1. num. 44. & 86. Alph. de Olea de cessione iurium tit.*

M 3. *quæst.*

3. quaest. 9. num. 29. sicut inquit *de dote Aldobrand. inst. de nuptijs §. si aduersus, num.* 28. secundum istos terminos, quod dos, adhuc dos vocatur, quamuis sit matrimonium solutum, & sit mulier in viduitate, ita & taliter, quod dicta mulier prius plebea, nupta viro nobili, potest suorum filiorum minorum, cum vidua sit baliatum habere; dummodò tamen aliqua non vigeat specialis, & expraessa
51 consuetudo, quae contrarium dictet, prout est Burgunniae, quae incipit *Entres gens nobles*, qua dispositum est, nobilitatem ex vtraq; parte requiri s. viri, & mulieris, ad hoc, vt ipsa mulier possit exercere, quae ad nob lem pertinent, vnde ibi ignobilis non potest a mitti ad munus baliatus, vt latè differit ibi *Cassa. §. 4. ru. 4 in princìpio.*

Ex his igitur colligimus, quod à forriori mulieres possunt esse tutrices, dummodò sint in gradu materni-
52 tatis, vel auiatus, etenim mater, & auia tantùm tutelae filiorum, & nepotum officio fungi valent *auth. matri, et auiae C. quando mul. tut. officio fungi potest. §. ex his autem. coll. de hered. ab intest. ve*, & hoc gratia nouissimi iuris authenticorũ, & nouae constitutionis, *vt in constit. 109. de legitima tutela*, cum de Iure digestorum, adhuc eas tutrices esse prohibeatur, *l. iure nostro 26. ff. de Testam. tutela l. scire oportet 21. ff. de tut. et cur datis ab his*, quae tutela delata matribus, & auijs à lege non indiget alio Principis rescripto; imò habet praelationis praerogatiuam cũctis alijs tutoribus legitimis, & dati-
53 uis, exceptis tamẽ testamentarijs, vt *per Vrs. ad Vrtib. de Affl. decis. 281. n. 1. Gom. ad l. 14. Tauri, num.* 10. *Anton. de Amato var. resol. to. 1. cap. 24. in principio. Aldobrand. de legit. agnat. Tut. §. quibus autem n. 1. & 2.* casu, quo onus suscipere voluerint: dum tutelae renunciare possunt, sed ista renunciatio expraesse fieri debet, imò, & coram Iudice, pro tribunali sedente iuxta tradita per *Antonin. de amato dicto cap. 24. prope finem*, puta si pater in suo testamento eius liberorum tutelam Titio dederit; iste namq; exclusis matre, & auia, tutor erit, *vt in dicta auth. matri, et auiae, vbi aperte glosa, Bald. in c. ex parte num. 2. de appellat. & Angel. in tit. inst. de legitima patron. Tutela num.* 8. Est tamen verum, quod in casibus permissis; cum mater, & auia possint esse tutrices *d. c. ex parte el 2. 67. in ordine de appell.* tenẽtur satis dare, rem pupilli saluam fore. *Pasch. de patr pot. cap.* 10. *parte 3, num.* 16. cõficere sollemne inuẽtarium, ac rẽũciare velleiano, & omni alio legum auxilio *gl. in d. §. ex his. ver. renunciat Ricc. coll. 315. & 1065. & Cass. dicta rub. 4. §. 6. ver. est tutrix, & ver. par. Inuentarie per tot.* immò abiurare secundas nuptias *secundum Angelum d. num. 8. per tex. in l. 2. vbi gl. & Salyc. C. eod. de secundis nuptijs, d. auth. Sacramentorum, & auth. matri, & auiae C. quando mulier tutela officio fungi potest. Anton. Piagg. de tutore, & Curatore q. 7. num.* 39. qui postmodum *n.* 40. dicit praefata cessare, quando praeter dictae legis dispositionem à patre, similiter fuerint nominatae tutrices: quia praesumitur, quod dum testator in eis confidit sunt fideles, & idoneae, *imo Boer. decis 6 . in fine* dixit vllo modo teneri ad inuentarij confectionẽ, nec ad obiurationem nuptiarum, nisi quando esset tutrix, data à Iudice, vel ab ipso confirmata. *Sed Io. Paul. gals. in sua praxi tutelaria parte 3. ver. vel acceptans num.* 27. contrarium tenet, & sic in praxi obseruatum dicit, quod voluit antea etiã *Bal. in d. c. ex parte num. 2. de appellat.* nec mihi displicet ex leuitate, & volubilitate sexus, vt superius dictum est, etenim possunt etiam bonae tempore testatoris, ex status mutatione, euadere prauae. Et ideo si spreta viduitate nubant, mutando statum, statim à tutelae honore remouentur, ipso iure, absq; iudicis decreto, adeo suspectae fiunt, dato, quod cautionem dedissent, & rectam admi-

administrationem iurassent *d. auth.*
54 *Sacramentorum,§.si quis autem auth. de 2.nupt.Piagg.de tutore,& Curatore q.fin. num.29 Bald.d.c. ex parte num. 20.Gomes.vbi sup. dict. num.20.* dum plus præualet mariti dilectio,quam filiorum amor,adeo,quod præsumitur ex maritali affectione excoriare
55 filios primi matrimonij, & pinde, vti suspecta,tutela priuatur *de Affl. dec.357.& ante* Bar.*in l.si quis sub.n. 15.ff.de testam.tutel. vide Gals.pract. tut.par.2.ver.ne se vti.&c.nu.15.fol. 189.l.lex qui tutores 22.ff.de adm.tut. Carlen.in apolog.post tract.de Iudic.to. 2.ad decis.Rot.87.n.16.fol.408.* nam si dilexisset liberos,maritũ non duxisset,vt in *auth.Sacramẽtum,C.quãdo mulier tutelæ officio,&c. vbi optima gl.Bar. Bal.& reliqui DD.*& hęc sũt verba *dict. auth.* vt his adductis maior adhibeatur fides. *Sacramentum quidèm non exigitur sed contractis secundis nuptijs.expelli eam à tutela cõuenit.salua minoribus omni alia(prout iuris est)cautela.*quod amp ia,etiã si tutela sit testamentaria *per Caual.de tutor.& Cur.n.184.fol.114.& n.307.*
56 *fol.169.*In Burgũnia verò,quia forsan mulieres sũt expertæ,magis ingenuæ,& melioris conditionis, ita quod potest eis fides pręstari,dato, quod non fideiubeant, & secundo nubant,semper earum filiorum sunt tutrices; quia semper sunt matres, & ideo secundum naturã immutabiles,*§.sed naturalia inst.de Iure nat. gent.& ciu.Cassan.ad suas consuetud. rub.6.§ 4.vers.la femme num.3.* Euenit in facto, quod quædam mulier fuit à viro declarata tutrix cum duobus alijs fratribus mariti,qui simul susceperunt onus tutelæ,factis
57 maioribus filijs,instabant pro redditione computorum cõtra matrẽ administrationis tutelę, quę opposuit non teneri, dum sua administratio nõ fuit admissa,nisi in rebus domesticis,inseruitijs filiorum,nam de reliquis circa introitum, & exitũ obuentiones,& fructus,onera hęreditatis,& similia côtutores fratres defuncti viri curam habuerunt, & ad peius,omnes deberent cõueniri pro administratione dictę tutelę, iuxta *Vlpian.* sententiã *in l.1.§.nũc tractemus, ff.de tutel.& rat. distrah.* nam si ipsa tantũ ministrauit,quę sunt opera mulieris pro manutentione domus,& familię, si malè gessit stricto iure,& aliquid mobilium gubernãdo substraxit,vel non rectè custodiuit,potius actione furti cõueniri debet,si tamen furtum dici potest, & aduersus matrem talis infamia proponi, vt aduertit *Bal. in l. vnica, §. sed nec n.3.C.de rei vx act.* & latius dixi *in florilegio concl.10.de Crim.expil.hæredit.*quia *tex.in l. de ijs 22. vbi gl.C.de furtis,* loquitur de nouerca, non de matre,ad quam non est extendẽda,ex diuersitate rationis;sed tantùm aduesus eam iuxta *Papiniani* sententiam *lib.10. responsorũ in l. heres.35.ff.de negotijs gestis:* actio ad exibendum proponi,& facit *tex. in l.1.ff.de action.rerum amotarum,* quæ propriè competit soluto matrimonio,dum eo cõstante,datur actio in-
58 faustum *l.2.vbi DD.C rerũ amotarum;* quæ actio ad exhibendum nõ solum debet intẽtari aduersus vxorem,sed etiam si decedat, aduersus eius hęredes,& meritò,dum nõ potest alia actione quis vti contra hæ-
59 redem,quam quæ competebat cõtra principalẽ defũctum,alias enim portarẽt pænã,à qua ille fuisset immunis,*l.3.vbi Bal.C.eod.tit.rerũ amotarum,* cumq; isto medio tẽpore dicta mulier ab hac vita migrasset,relictis alijs filijs ex secũdo matrimonio,õnibus ęqualiter institutis hęredibus;dicebãt esse cõfusas actiones liberi de secũdis nuptijs,& si mater fuisset inuẽta debitrix tutelę,debitũ soluendũ erat ab hæredibus, sed sic est,ꝙ omnes filij erãt hęredes,cõtra eos cadit,optimè regula *tex.in l.vĩ-*
60 *dicantem 17.ff. de Euictionib.* vt quẽ de euictione tenet actio eundem agen-

agentem repellat exceptio.
Sed quæro, quid si mater non nu-
61 bat, verùm tamèn luxuriosè viuat, an
etiam tutela priuetur? & licèt non-
nulli posuissent articulum in quæ-
stione, veritas est, quod à fortiori
debet eijci à tali officio, & ratione
delectionis amasij, per quem debet
præsumi vllā seruare, erga proprios
partus affectionem, cum eius amor
cōcupiscētia sit, & ratione infamiæ,
dum denigrata est facies miserabi-
lium filiorū super carbones, ob ma-
tris incontinentiā, & meretricium,
ità *Abb. in c. vxoratus nu. 2. de conuers. coniug. Luc. de Penna in l. 3. col. 2. C. de priuil. Scol. lib. 12. & Gomes in d. l. tauri 14. nu. 13. Gabriel. vbi sup. & n. 184. f. 114.* nil enim boni est sperandum
ab ea, quæ data in reprobum sensū
proprij honoris, & honestatis obli-
ta, famam suam interimit, vt per
Mars. cons. 13. nu. 7.
Et quid si mater, non dùm tāquā
vocata à lege, sed vti à testatore etiā
nominata, & instituta tutrix, & sic
concurrunt duo vincula, quæ fortius
62 stringūt *auth. itaq. C. comm. de succes. l. fin. C. de edic. D. Adr. Toll. §. sed hodie inst. de adoptio.* si luxuriosè viuat, vel
2. nubat, an etiam à tutela remouē-
63 da sit, & *Bal. in auth. eisdem pœnis n. 23. & seq. C. de 2. nupt.* dicit quod sic,
est ratio, quia præsupponebat mari-
tus in honestate, & viduitate permā-
sisse, & non alias nuptias voluisse eā
quærere, cū non possit cogitari ha-
buisse animū, quod eius filij sub vi-
trico educarētur, imò dato testator
disponat, vt nō obstante, quod mu-
lier transeat ad 2. vota (& forsan nō
ne reperiūtur tales inepti) adhuc re-
maneat tutrix, quia est contra ex-
præssum casum legis, & cōtra pu-
blicam vtilitatē, ab administratione
repellēdā esse, post ex professo dis-
putatū articulū, tenet *Vrs. ad Matth. de Affl. dec. 281. nu. 3.* quod amplia-
tur etiam si matrimonium fuisset
nullū, secūdùm *Alphonsum de Olea de cessione iur. tit. 2. q. 5. nu. 6.* & quod
plus, secundùm eundem *Bal. in l. infamia, C. de dinor. lib. 10. n. 5.* si mater
remanserit prægnans, & priusquam
pareret, 2. nubat, repellitur etiā ab
actione, iure, & authoritate petendi
filio nascituro tutorē; si tamen alius
64 legitimus adsit, quia cum vnquam
fuisset tutrix, ex quo natus non est
adhuc filius, nō potest alium in of-
ficium, & ministerium, quod ipsa nō
exercuit subrogare, *l. traditio 20. ff. de acq. rer. dom. l. nemo plus iuris 55. ff. de reg. iur. l. si filius tuus 16. C. de donat.*
& in quocunque casu, siuè prægnās
sit, siue filios habeat, debet multum
animaduertere mater, in petēdo tu-
torem suis liberis, priusquam ad se-
cunda vota trāseat infra annum, se-
cundū *Grat. decis. 177. nu. 1.* & pro-
curando, quod administret secundū
Angel. infra cit. & in dando computa
siue reddendo rationem administra-
tionis, quia sin secus, ab eorum suc-
65 cessione repellitur. *l. 2. ff. qui petant. tutores, l. 3. & 6. vbi gl. C. ad senat. cōs. Tertull. Capyc. Latro decis. 27. nu. 5. 0. vol. 1.* ante *gl. in l. si mater 6. in fin. C. in quib. cas. pign. vel hypoth. &c. Borgnin. Canal. de tut. & curat. nu. 321.* &
omnium latissimè, qui plures distin-
guit casus *Rolandinus Passagerius de success. ab intestato num. 12. fol. 546. Gratia. vbi sup. nu. 3. & de Affl. decis. 75. vbi Vrsill.* & priuatur lucris om-
nibus prioris viri, secundùm *Boer. decis. 201. nu. 2.* tamen si in ætate a-
dulta, filij decesserint, eorum succes-
sione non priuari; voluit Bal. *in d. cap. ex parte num. 21. de appellat.* nec
poterit in hoc morā purgare, vt la-
tissimè. *Ang. in §. sed quemadmodū n. 3. 4. 5. & 6. de senat. cons. Tertull.* quæ
videas in *§. actionum n. 94. 95. & 96. de actionib.* & proptereà dixit optimè
Bal. consulendo posteris in *l. si mater 6. C. quib. in caus. pignus, &c.* quod val-
dè errāt mulieres, quæ petūt tutores,
nō reddita ratione, quia perindè te-
66 nētur, ac si non petijssent, & circa

hoc

hoc erit aduertendum, q finita tutela, nō valet mater adstringi ad restitutionem bonorum in inuentario descriptorū, nisi prius redíderit rationem, quia poterit esse, quod remanebit creditrix, & sic melius non dare, quā repetere, secundùm eundem *Grat. decis.* 179. *nu.* 1. per quem *nu.* 2. erit similitèr notandum, quod sic etiam ipsa, nec minus suam poterit repetere dotē, ex eademmet ratione; attamen, secundùm *Præsid. de Franch. dec.* 642. non dabitur retētio ex cōputis nō redditis, vndè caueas tibi contrahere matrimonium cum vidua, quæ rationē tutelæ non redidit, quia præter sua mala, erit tuum patrimonium quoq; pro sua administratione obligatum, vt per *Azo. in summa, C. de secundis nupt.* & diffusius infra.

Tamē circa illud, quod diximus
67 extraneas mulieres nō posse tutelę munus exercere, scias, q in hoc potest à Principe dispēsari, prout ipse vidi obseruatum in patrimonio D. Emanuelis Iesualdi dignissimi filij Principis Venusię sub die 4. Nouēb. 1613. cum hac Regij Collateralis decretatione. *Cōsideratis considerādis idē Illustris, & Excellēs Dominus Vicerex Locumtenēs, & Capitaneus generalis, mādat, prouidet, atq; decernit, Baliatā administrationē, & tutelā hæredū quondam d. Illustris Principis, & bonorū eorum, etiam feudalium fore, & esse decernendā, prout præsenti decreto decernitur in personā Illustrium Principissæ Venusiæ. Ducissa Grauina, & D. Marthę Polisena Fustimberg. qua cōficiant inuentarium, & adimpletis omnibus adimplendis in Regia Camera Sūmaria, expediatur priuilegiū in forma Regia Cancellariæ, nec non educationē personarum filiarum d. quondam Illustris D. Emanuelis decernendā esse, prout psenti decreto decernitur in personam d. D. Marthæ Polisena earū matris, hoc suum. De Pōte Regens, & Præsidens. De Castellet, Regens, Didacus de Salinas, & Pirrus Paganus, & Io. Baptista Sarrus.* Proùt etiam videmus, quod mulieres regularitèr prohibētur adoptare, & tamen cum Principis priuilegio possunt, vt ex professo posui in *Florilegio in rub. de adop. concl.* 1. *circa finem, & habetur infrà in nu.* 92.

Et vt dignoscatur non esse à lege grauatas mulieres, quę per transitū ad secūdas nuptias priuantur tutela, sed ęqua lāce, & pari decreto idē
68 in hominibus esse dispositum, patet in patre, & auio, qui si ad vlteriora vota conuolauerint, etiam eis tutelæ administratio interdicitur, & est parua pæna tam maximæ culpæ, ità *Bal. in d. auth. eisdem pænis, C. de secūdis nuptijs*, quem refert etiam *Alex. in addit. ad Bar. in d. auth. sacramentū lit. A. la secōda*, idem *Bal. in l. femina*, vbi etiam *Bar. C. eod. & Salyc. in l. cū à matribus, C. qui petā. tutores*, & hoc à paritate rationis, quia cū maritus, & vxor sint correlatiua, ad imparia non debent iudicari per claram *gl. in c.* 1. *lit. A. vt lite non contestata*, & pptereà, si per 2. nuptias vxoris, ablatur tutela, *Bero q.* 65. *nu.* 3. sic p 2. nuptias mariti, ipsi auferēda etat, eādem enim effectionem, quam gerit vxor erga virū, potest gerere vir erga vxorem, nam licèt homines natura sint audaciores, & fortiores fæminis, quo ad maritalem affectionē, & luxus sensualitatem nemo poterit se gloriari, cū spretis filijs, vxori cohereāt: quid faciant homines pro mulieribus, sunt historiarū coscripta volumina, quibus relictis, indica-
69 bo tantùm gesta Samsonis, & Salomonis, vnus fortissimus, alter sapiētissimus omnium, qui propter fæminas strenuitatem ille, & sapientiam iste perdiderunt, ità quod etiam *Diuus Augustinus* exclamat *lib.* 11. *genes. lit. G. Salomon vir tantæ sapientiæ mulierum amori ad malum trahēti resistere non valuit*, quam paritatē seruandam, & practicandam esse etiam cir-

circa educationem adducimus,dum transeũte vidua ad secũdas nuptias efficitur suspecta, & pupillus nõ est amplius penes se educãdus,excep-
70 tis casibus positis per *Bal.in c. quia mulier n.2.de cohab.cler.& mul.* & p *Præsid.de Franch.decis.*350.quod de patre etiam sustineri debere,immò & à fortiori probatur,quia pupillus manet sẽper in domo,vbi mulieres resident,rarò patrem videt,& sẽper panem habet petere à nouerca,de qua vulgo dicitur.

Quasi crudel nouerca à suoi priuigni Et sunt decisiones *Caroc.*119.*Pigner.*97.*& Reg.Sãfel.*8. in quib. habetur, quod quãdo pupillus est filiola, & contentiones accidunt,tutior via in hoc erit,in cõseruatorium eam tradere pro educatione, comprobat *Ricc.coll.*455.*&* 1940.

Sed sicut in his conueniunt, ità postmodum in multis differunt mater tutrix,& pater tutor filiorum,& præcipuè, quod finita tutela tenetur mater reddere rationem admini
71 strationis,§.*fin autem tutelam gerat. auth.de nuptijs*,& apparente debitrice in prõptu poterunt filij retinere dotem pro satisfactione, secundũm *Ricc.coll.*3624.& ratio desumitur ex
72 dictis *Præs.Merlin.lib.*1.*controu.iur. cap.*94.*nu.*3. quia videtur tacitè cõtraxisse,& eius bona p tutela obligasse,& cõsequẽtèr nõ iuuatur velleiani beneficio,ità *Anton. Solae ad consuetud.Sabaudiæ rub.de alim.bonorum minorum gl.*4. *nu.*22.*fol.*583 & latiùs infrà *cap.*3.*spec.*4.*nu.*169.immò,si non petito tutore,2. nubat,& villa de administratis reddita ratiõe pro securitate debiti ad fauorẽ liberorũ,etiã 2.viri bona hypotheca ta sũt,*d.*§.*fin autẽ tutelam gerat,& l. ter 2.vbi Salyc.C.quãdo mulier tutela off.&c.Galter vbi supra ver rationem redat nu.*10.*Piagg.d. tract. de Tutore quasi fi.nu.*29.*&* 30.*de Marsilijs,sing.* 248. *in med. Mara. in speculo aureo par.*6.*ver.post omnia aduertatur n.*52. *&* 53.*Præs.Merl.dict.cap.*94.*in fin.*& ante eos *gl.& Bal.in l.si mater* 6. C. *In quibus casibus pign.vel hypotheca tacitè contrahitur Gaill. lib.*2. *obseru.* 90.*nu.*2. *Balduin. de pignore legitimo cap.*7.*col.*2.*fol.*188.*in princ.*Pater verò nõ tenetur ad hanc reditionem,
73 nisi quando habet tutelã filij emãcipati, vel exercuerit tanquam tutor datiuus,non vt pater *Cassan. ad consuet.Burg.rub.*6.§.7. *à nu.*1. *ad* 6. quem videas de reliquis differẽtijs inter patrem, & matrẽ circa administrationẽ tutelæ suorum filiorum.

Preter igitur hunc casum maternitatis,& auiatus,mulieres regulariter prohibẽtur esse tutrices aliorũ pupillorũ,*l.f.ff.de Tutel. l.*1.*&* 2.C. *quãdo mulier tutel.off.fũgi,&c.Bero q.* 67.ratio est *in tex.* quia hoc munus virile est,& feminei sexus infirmitati non cõfiditur,vt *in d. l.*1.9 proce-
74 dit *secundũ Bal.in d.c. ex parte de appell.nu* 2. dato,quod maritus ei administrationem cõcessisset,puta ha-
75 bebat ex prima vxore,& secũdò nuptus decedẽs fecit nouercã tutricẽ, & accidit nuper casus, q morientè quodam testatore, nominauit eius sororem tutricem filiorũ,& nõ matrem, quæ cum comparuisset in M. C.V.existente iudice D.Carolo de Amatò dignissimo filio quõdam D. *Præsid.Anelli de Amate*, quem vt sequitur in doctrina, ità speramus in honorẽ eundẽ,immò maiorem esse quam citius promouẽdum, exclusa sorore testamentaria,fuit decisũ,tutelam deferendam esse matri,à quo reclamando ad S.C. dicta soror tutrix ad relationem eiusdẽ D. de Amato sub die 16.*Mensis Martij* 1651. fuit prouisum,quod capiatur informatio de agnatis,& cognatis,& per hæc dua verba exclusit matrẽ, quia ei noluit testator fidem adhibere, qui benè mores,& animum dignoscebat,& non admisit sororem defuncti quia à lege reprobabatur.

Sed ponamus, quod concurrant

per

pro administratione tutelæ auus, & auia, quis præferendus? & est dicendum, quod auus: quia est magis idoneus, & dispensatio legis, vt mulieres possint esse tutrices, intelligitur quā-
76 do digniores, & habiliores non concurrūt, vnde *Angel. tit. instit. de legitima patron. tutela num.* 10. dixit, quod auus paternus præfertur auiæ paternæ, & auus maternus præfertur auiæ maternæ.

Et quid si non auus, & auia, sed auus paternus cum matre cōcurrat, quis admittendus sit, tetigit hunc articulum *gl. in auth. matri, & auiæ supra citata littera* A. & dedit votum in fauorem aui, in cuius potestate nepos natus dicitur per *tex. in* §. *fin. de patr. potestate*, at eam improbat *Aret. vbi supra d. n.* 10. & non sine aliquo fundamento, nam cum ordo tutelæ regulatur secundum ordinem successionis,
77 *Aldobr* §. *quibus autem de legi. agnat. Tut. num.* 2. & *est bonus tex. in* §. *placebat in fine inst. de legit. agn. success. vbi optime Mynsing; & Cagnol. in l quo tutela* 74. *num.* 1 *ff. de reg. Iur.* si mortuo filio, cōcurrerēt auus, & mater; auus
78 excluditur tanquam remotior secūdum *gl. in auth. defuncto ver. gradus. vbi DD. C. ad senat. consul. tertull*, & proindè etiam à tutela reijcitur, & hæc ratio fuit etiā cognita à *dicta gl.* vnde suismet armis vulneratur, dum dixit *ibi ad principium* priusquam veniret ad hunc articulum, quod tunc mulier (nempe mater, & auia) ad tutelam admittitur, quādo nullus alius
79 eam in gradu præcedit, sed sic est, quod auus non præcedit, ergo mater præfertur: comprobat hoc *idem Ricc. coll.* 1065. & in terminis adest optima decisio *de Affl.* 183. *at in ead. sententia est* etiam *Pasch. de patr. pot. parte* 2. *cap.* 1. *num.* 59. quamuis dixisset hunc articulum, ab alijs non fuisse tactum.

Posito itaq; quod (vt veritas est) mater prefertur auo, insurgit altera questio, quid si ipsa secundo nubat & concurrant tutor legitimus, puta auus, qui prius fuit à matre exclusus, & datiuus, cui sit danda prelatio in
80 administratione tutelæ pupillorum, & *in hoc Gom.* more suo post aliquam disputationem *in legibus tauri* 14. 15. *et* 16. *num.* 12. vt magis inhæreat veritati distinguit, quod aùt mater acceperat tutelam, et priusquam nuberet (vt tenetur) petierit dari tutorem filijs, aut non exercuit, nec tutorem petijt; primo casu præfertur datius, secundo casu præfertur auus legitimus; et sic in puncto tenent, vt vidi omnes DD ab eo relati. Debēt itaq; matres, vt eam repetamus vtilitatē petere tutorem filijs priusquam trāseant ad secundas nuptias, non dum ad conseruandam earum prærogatiuam, & priuilegium in hoc, vt datiuus legitimo tutori proferatur, verum etiam ad euitandam pænam à lege ipsis iniunctam circa hæreditatem; dum non petendo tutorem ante trāsitum ad secunda vota, successione liberorum priuantur in pupillarij ætate decedentium, vt supra diximus, & illa: docet *Reg. Rou. t.* 1. *cons.* 98. nam si postquā pupillus factus est maior, decesserit, cum posset testarij, non testando videtur matrem facere heredem ab Intestato, vt optimè docet *Coscia in suis obseru. lib.* 2. *resol.* 19. *n.* 24. *fol.* 115. imò si transierit ad secunda vota, & negligens erit ad petendum tutorem, hereditate priuatur §. *sed quamadmodum vbi DD, inst. eod. Azo in Summa C. citato tit. num.* 3. & *latissimè Rolandin. Passagger de success. ab intest. sub n.* 12. *fol.* 546. *et Maran. in l. is potest de acq. hæred. num.* 2 8. *cum plur. seq.* est tamen verum quod si mater fuerit minor, vel rustica excusatur, & pęnam istam euitabit, vt docet *Bald de Angel. in suo prato C. tit.* 40. *lib.* 12. *super l. licet. fol.* 373. et faciunt optimè *dicta Bal.* quem ipse *de Ang.* non citauit *in d. c. ex parte n.* 21. *de appellat.* vbi ait, & ampliat, hoc procedere, etiam post perfectam ætatem

supra

supra in num. 16. in quibus aute alijs casibus circa hoc excusetur mater, adeas auream *gl. in l. matris 3. verb. puberes ff. ad Tertull. et Vrsill. ad* Matth. *Affl. dec.* 75. *per tot.* & nota istud, quod si mater non petierit dari tutorem à iudice sed ipsa tutorem elegerit filijs impuberibus ante secundas nuptias in eandem pænam incurret; & habetur, ac si non tutorem dedisset, quia non conceditur ei optio
82 eligendi, sed petendi tutorem pupillis à Potestate, ex eademmet ratione, qua interdictum est fæminis tutelam exercere, nam cum non sint integræ prudentiæ, non est possibile, vt quod virile est exercere possint; & propterea, cũ nõ fungatur ãplius mulier officio matris secundo nubendo, itaquod statim tutela priuatur, nõ debet se intromittere in his, in quibus decipi potest, & ad eam non spectat circa dationem tutoris; sed Iudici debet denunciare, vt pupillos de tutore prouideat, quẽ melius in hoc eius prudẽtia arbitrabitur, vt videre *est apud Cagnol. in l. 65. in fine ff. de reg. Iur.* quę similiter procedere dixit si filius sit naturalis *Bal. per illum tex. in l. mater C. qui petant tutores.*

At circa hoc altera insurgit quæstio, & est, quod si tutela capit normam, & sumit regulam ab ordine successionis, sequitur, quod quando viget statutum (prout est in nonnullis Italiæ regionibus) vt mater excludatur à successione filiorum, & ad-
83 mittantur consanguinei; hi quoq; sunt ad tutelam admittendi, dum maiorem, quam mater adhiberent diligentiam in gubernando pupillum, & eius bona ministrando, stante quod ipsorum res agitur, non dissipare, quæ sua possunt esse per successionẽ, deficiente pupillo. At ego eandem rationem amplectendo contra consanguineos tenent teneo magis, tutelam eis non esse deferendam, cum ob succedendi spem, nõn possent bene tractare pupillum, scimus namq, quanta sit vis interesse; dum etiam maternitatis memoriam; & dilectione quandoq; aufert, prout est clarus *tex. in l. 1. C. vbi pupillus educari debeat,* & faciunt optima dicta *Chart. decis. Genua.* 133. *in fine. qui tex.* dicit non
84 dari bonam cõsequentiam, est tutor, ergo pænes eum educandus puer sed dandus est ei, qui minus ob successionem suspectus est: eodem modo igitur dicendum est, non debere dari tutelam consanguineis, qui succedunt ob statutum, sed matri minus suspectæ, quæ excluditur, quia falsũ esset dicere succedunt consanguinei, ergo debent esse tutores, nec regulariter præsumi potest, vt quis plus matre pupillum diligat *secundum Reg. Tapia infracit.* quæ, attenta lege naturæ, & sanguinis, amat filios plus-
85 quam se ipsam, *teste Caual. de Tutore, et curatore supra num.* 302. *fol.* 167. esset quidẽ valde iniquũ si statutũ excludẽs matrẽ ob cõsãguineos, vt forsan bona cõseruarẽtur in familia, posset etiã extẽdi ad excludendum eam à tutela, & protectione propriorũ liberorum, quod cũ odiosum sit, & cõtra legem, dum secundum ius commune filij succedunt parentibus, & parentes filijs, vt in cõstitutione 109. *Iustiniani Imperatoris sub rub. de hæreditatibus quæ ab intestato deferũtur,* sed
86 debet restringi ad suos proprios terminos, & casus, in quibus loquitur, & non vltra ampliari iuxta regulam *in c. odia* 15. *de reg. Iur. in* 6. *gl. in l.* 2.
87 *ver. liberis C. de in ius voca. c. in nostra* 8. *de Iniurijs,* & in specie, quod statuta non sunt intelligenda, nisi in casu proprio, docet *de Affl. super constitutio-*
88 *ne vsurariorum num.* 13. *de vsur. puniendis, & habetur optime ex Bar. in l.* 1. *num.* 2. *ff. de suis, & legitim. hæred.* ex quibus forsan, vel alijs consimilibus rationibus intacti contingentia consuluit *Alex. cons.* 121. *quod incipit viso statuto lib.* 3. & concurrunt *Salyc. in supracitata auth. matri. & auiæ ver. nono quæro, & in auth. sicut hæredittas in fi-*

in fine C.de legitima tutela, & Io.Andr. ad speculat.in tit.de Curator. quod licet excludatur mater à successione filiorum per statutum, non excluditur ab eorum tutela, nisi tamen expræssè, super hoc consultum fuerit *secundum eund.Caual.num.*183.*f.*114. sicut nec etiam excludi debet ab educatione, dato quod ad secunda vota transierit, quia si desinit esse tutrix,
89 non desinit esse alimentatrix, vt ex *Caual. dicto numero* 302.& refert decisum *Præs.Vinc.de Franch.decis.* 350. licèt contrarium dixerit *Oin. numer.* 15. *de authorit. tutor. ac est, etiam pulcherrima alia dec.Do.Reg. Tapia* 51. *per totam vol.*1.*et vide Pasch.de patria potestate parte* 3.*cap.*10.*num.*26.*et* 27. Immò si relinquatur executrix à viro in suo testamento, amittit hoc ius extransitu ad secundas nuptias per doctrinam *Bar.in l.à filio* 15. *num.* 2. *ff.de alim.et cib. leg. Bal. in l.id quod pauperib.C.de Episc.et Cler.& in auth. eisdem in fine C.de secundis nupt. Anchar.cons.* 303.& *Luc.de Penna in l.*3. *col.*2.*C.de priu.schol.lib.*12.*Petrus Pecchius de test.coniugum lib.*1.*cap.* 8. *n.*3. sed hoc non est admirandum, & pugandum pro aliqua magna prærogatiua, cum etiam extraneæ possint esse executrices *dicta l.à filio* 15. *vbi Bar.*
90 *solus*, vt obseruaui in testamento cuiusdam mei amici, qui nuper ab hac vita migrauit,& ideo parū obstàt quod sit vidua, vel denuo maritata vxor executrix relicta, prout in terminis docet *Bal.in l.sed si quis* 7. *S.parui ff.de instit.act.et in l.id quod pauperibus num.*4.*C.de Episc.Et cler.Bar.in l.faminae in fine ff.de Reg. Iuris.et de franch. decis.*348.quod non procedit in officio administrationis; puta si relinquatur administratrix liberorum à viro, nā licèt ipsa à iure, legitima nuncupetur ministratrix, nihilus, si secun-
91 do nubat ei interdicitur administratio, quia sapit naturam tutelæ, *idem Bal.in l.in faminis ff.de Procur.*& ideo debet prouidere priusquam virum ducat suis filijs de tutore, iuxta superius tradita, si cupit immunis esse ab indicata pæna.

Nec remanent hic priuilegia mulierum, sed vlterius progrediuntur,& hoc est magnum, quod licèt non habeant filios in potestate *per tex.in S:*
92 *fæmina inst. de Adopt.* nihilominus possunt adoptare, quando tamen in hoc specialem retinent à Principe facultatem, cum alias hoc sit ipsis peragere vetitum, vt docet *Angelus dicto S.fæmina numero* 2. qui etiam ait *numero* 3. quod quoque bastardos legitimare possunt, cum Principis rescripto,& apertius dixi in florilegio *ad rubr. de Adopt. propè finem;* probat idem *Dec.in supracitata l. fæmina num.*50.*et* 51.*ff.de reg.Iur.et Bal. in l.mulierem* 5.*C.de adopt.* dicens procedere hoc etiam circa emancipationem, vt mulier regularitèr etiam emancipare, prohibeatur.

Sic etiā videmus eiusdem Principis priuilegio posse creari iudices,& ad iudicandum admitti, cum absq;
93 tali concessione hoc officio fungi interdicātur *per tex.in l.*2.*ff.de reg. iur.l. cū prator* 12.*S.penul.de Iudicijs, et* 15. *q.*3.*in tex.ac Maran.*6.*par. sui speculi rubr. et demum fertur sententia num.* 96.aut consuetudine, vel iure hæreditario, adducitur exemplum Reginæ Ioannę, quę suo proprio ore in regia maiestate sistente, condemnauit certos inquisitos de Blasio vt refert *Angel. vbi supra* & per alia iura, & authoritates probat *Dec. in d. l. fæminę à num.*3.*ad* 7.*et Patan. de Comprom. quæst.*2.*num.*35.*sub vers.mulier,*& antiquitus in veteri testamento à mu-
94 lieribus fuisse populum iudicatum, satis constat *per tex.in d.*15. *quæst.* 3. & docet *Par.de Puteo de Syndic.ver.dicitur autem sindicatus num.*7. 8. *et seq.*
95 Et si quæras, cur consuetudo vim habeat, authoritatem præbendi mulieribus ad iudicandum, possem dicere, quod tanquā lex hoc permittere potest, dum consuetudo, est ius,

non. scriptum, moribus introductum
vim legis habens c.consuetudo 5.in.or-
dine 2.dist.& Bar.in l. de quibus ; ff. de
legib.vbi etiam cæteri DD.secundùm
quos, ac si esset vera lex,habet etiàm
illa quatuor præcepta,scilicèt impe-
randi,vetandi,permittendi,& punien-
di, & sufficit si per binum actum in-
ducatur,secundùm Isern.in c.imperia-
lem num.37.de prohib.feudi al.per Fe-
der.ex tex.in l.3.§.fin.vbi gl. ver. con-
suetudini C.de epis.audient. at melior,
& rationabilior ratio est, quod non
cauetur iure ex speciali sanctione le-
gis,vt mulieres non possint esse iudi-
ces ; sed tantùm hoc hominum con-
suetudine introductum est, quod de
facili, absque repugnantia alicuius
euenit,cum contra homines non pos-
sint pugnare, sed ipsis subditas esse
oportet,vt in d.15.q.3.c.mulierem 17.
33.q.5.ex quo mulierem posse im-
perare vetitum est ; & in d.l.cum præ-
tor.12.§.pen.ibi moribus,vt fœmina, &
serui,non quia non habeant iudicium,sed
quia receptum est, vt ciuilibus non fun-
gantur officijs, & gl.explicat in lit. K.s.
A consuetudine,quę tamē est vallata le-
ge. Et propterea contraria consue-
tudine induci potest, vt iudicandi
97 munus exercere eis libeat ; dum ci-
uiles actus eo modo eueftuntur ; vt
fuerunt celebrati. l. nil tam naturale
36.vbi gl.ff.de reg.iur. & optimè Bal.
in l. 2. in principio per illum tex. ff. de
vulgari, & pupill.sub nō immeritò ui-
dendus,& quod præfata sint vera le-
gatur quęso tex.in l.1.ff.de senator.vbi
nō minus potest eligi consularis vir,
quam mulier ; sed si ambo eligantur
pręferendus est vir,licèt in d.c. mulie-
rem videatur contrarium, dum sic
disponit.s.Nec testis esse, neque fidem
dare,nec iudicare,&c.

Possunt insuper, vt tenet Bar. in
98 alias citata l.vnica,C.de mul.& in quo
loco lib.10.num.19. esse capaces om-
nium officiorum, quæ fœmineus se-
xus, & honestatis ratio permittit, &
propterea non tibi displiceat, si di-
cam, quod possunt esse fiscales, siuè
fisci munus exercere, nec sit mirum,
cum videatur,valdè satis infimum ab
officio iudicandi ; est tamen verum,
quod ipsis postulare interdictum est
per iura præcitata, & probat textus
in capitulo infames et 2. 3. quæstione 7.
immò denunciare, vt diximus in
cap. 1. num.158. iuxtà terminos, ibi
positos, quod fiscaliæ officium,est se-
cundùm Bar.vbi supra, vt possint de-
putari,siuè ipsis mulieribus commit-
ti maleficia propalare, cùm in hoc
scire possint plusquam masculi. Et
hinc possumus inferre, vt etiam va-
leant esse arbitratrices;sed non arbi-
99 træ secundùm decis. ludouis.204. quā
refert Rui.in rub.de arbitr. in fine, &
ante dixit Bar.in l.in multis 9.ff.de sta-
tu hom. contra Panorm. in c. cum dile-
cta num.17.de confir.vtil, vel inut. at
ipse cogito,quod arbitræ quoque es-
se possunt in terminis suis, nā si pro-
bauimus,consuetudine posse induci,
vt mulieres in officium iudicis ad-
mittantur, sic etiam communi partiū
consensu,existente, ibi consuetudine
prædicta secundùm Patau. vbi supra
num.6.potest permitti, quod arbitræ
sint,cum parum, aut nil differant in-
ter se arbiter,et arbitrator, et diffe-
rentiæ, quæ sunt non videntur mul-
tum contrariæ, et præiudiciales, vt
per DD. in c. quintauallis de iureiur.
Bal.in l.sed in seruum, vbi additio ci-
tans d.c.quintaualllis num.2.ff.de recep-
tis arbitr.& Ias.in §. omnium de actio.
num.12.& 13.immò in multis conue-
niunt,et præcipuè, quod si iudicium
ipsi proferant,poterit reduci ad arbi-
trium boni viri,vt per Reg.Rou.super
prag.2. de Arbitr. et hodiè signantèr
hoc procedere probat ordinaria cō-
promissi formula ; quæ communitèr
per tabelliones stipulatur, vt arbitri
laudum proferant tanquam arbitri,
arbitratores, vt legitimi composito-
100 res,de quibus vide d.Patau.de com-
prom.q.2.num.34.vsque ad 39. quę su-
perius adeas, si possit idem dici de

her-

hermaphrod. et indiſtinctè abſque Principis gratia, vel conſuetudine, concludit affirmatiuè, dato, quod nō cognoſceretur, in quo ſexu plus præualeat, cum maſculinus potentior ſēper præſumatur.

Hecque à fortiori procedunt, quādo tractatur de aliquo negotio concernenti animarum ſaluti, nam, 101 tunc, cum ſolus finis bonus attendatur, puta ſi contentio erit ſuper ſolutione decimarum, quas, cum Dei ſint, abſque fraude cuncti fidelitèr ſoluere tenentur *c. ſi quis laicus* 41. vbi *gl. 16. q. 1. Petr. Rebuff. de decim. q. 5. in principio*, & *Petr. Moneta eod. tract. de* 102 *decim. cap. 5. q. 1. num. 1.* vel ſuper vſuris, quæ prohibentur, non dum à Deo, vt *Deuteron. 23. ſupra lit. D.* ibi 103 *Non funeraberis fratri tuo ad vſuram pecuniam*, ſed etiam iure naturali, quod à Deo non ſit diſpenſabile ſecundùm *Domin. Sot. de Iuſtitia, & iure lib. 6. q. 1. ſub ver. reſtat ergò fol. mihi 129. col. 1.* de iuris apicibus non erit habenda ratio, nec eſt curandum per eius tramites ſubtilitèr ambulare, obſeruando iudiciarium ordinem, & curiarū ſtylum, ſed ſufficit, vt euitetur malum, & illi componatur remedium omni meliori via, & modo, & in his poſsūt eſſe arbitræ mulieres, ità *Patauin. vbi ſupra num. 39. in quinta limitatione.*

Poſſum itaque ſubdere, vt à fortiori mulieres poſſint munus aduocatorum exercere, dum iudicis offi- 104 cio fungi valent; hæc quidem fuit vna exceptionum propoſitarum per demonem apud Deum, quando diſputabatur corā eo de perditione illius miſertimi, qui in corpus, & animam ſe Diabolo conſecrauerat, & aſſumpto aduocationis officio per noſtram piam matrem Mariam peccantium aduocatam, quæ iura animæ tuebatur, Satan inimicus noſter excipiendo dixit, non poſſe virginem interuenire pro ea, cum mulieribus poſtulare iure vetitum ſit per *tex.* tam in canonico, in alias citato *cap. 7. 3. q. 7.* quam in ciuili *ad l. 1. §. 2. loco ff. de poſtul.* & meminit *Cagn.* & rationem inſuper in hoc tradidit *de reg. iur. l. 65. in fine*, quæ exceptio, tanquàm ineptè poſita à patre mendaciorum, fuit reiecta, cum non militet in iſto caſu; eſt verum, quod regularitèr mulieres non poſſunt comparere in iudicio, vt diximus in *cap. 1. d. num. 158.* ſed non ſunt confundenda ſpecialia ſub legis generalitate, etenim hæc regula patitur exceptionem in multis caſibus, & præcipuè miſerabilitatis, dùm pro miſerabilibus perſonis ad poſtulandum mulieres legitimè admittuntur, vt in proprijs terminis 105 enunciati iudicij ſcripſit *Bar. in q. inter Virginem Mariam, & Demonem num. 6. fol. 120. per tex. in c. 3. 15. q. 3.* ibi *Certis de cauſis conceſſa eſt mulieribus, &c.* ſic etiam pro genitoribus poſtulare non prohibentur *l. fœminis 41.* vbi *gl. ff. de procur. gl. in l. alienam 18. ver. tutorem pete, C. eod.* & *Bar. in l. in multis 9. ff. de ſtatu hom.* item in crimine ſuſpecti tutoris, à lege quoque admittuntur, vt in *§ conſequens*, vbi DD. & ſigantèr *Nicaſ. inſt. de ſuſp. tut.* iuxtà terminos, & regulā in *d. §.* traditam, ſed hoc intellige cum grano ſalis .ſ. quando per alios defendi non poſſunt, vt in *d. l. fœminis*, & *gl.* ibi ſic declarans, contra *tex. in l. 2. §. fin. ff. ad S. Conſ. Velleia.* vbi habetur, *Neque maritum, neque filium, neque patrem permittitur mulieri defendere*; & regularitèr mulieres accuſare non prohibentur, quod ſecundùm me à poſtulando nō differt, quando tamèn ſuam, vel ſuorum iniuriam proſecuntur, vt legitur in *tex. alias citati c. 3. 15. q. 3.* habemus ritum M.C.V. 191. vbi *Carau.* & faciunt optimè dicta *Reg. Merl. to. 1. controu. for. c. 16.* quos inter ſuos poteſt comprændi, etiam compater *Iaſ. de actio. §. pœnales, num. 65.* & vide *Carleu. de iudic. to. 2. diſp. 4. ſub nu. 24.* remiſſa antiquiſſima obſeruātia, quod accuſans debebat ſe adſcribere ad

106 pœnam talionis, iuxtà *tex. in l. 1. §. calumniatoribus, ff. ad Turpill.* nempè similitudinem supplicij *gl. in §. pœna, vers. talio. inst. de iniur.* vt per *Angel. de malef.* & ibi *August. rub. & ad quarelam Titij nu.* 16. 17. & 18. *Foller. pract. crim. rub. aud. except. num.* 15. & 16. *fol.* 163. & antè *Bal. in l. de crimine* 12. *C. de his, qui accus. non poss.* vbi dicit, posse vxorem comparere contra occisores mariti, quod antea docuit *Bar. in l. 2. nu. 2. ff. de accus. & inscript.* immò secundùm *tex. in l. 1 ff. eod.* & *l. vxor. 4. C. de his, qui accus. non poss.* pro omnibus parentibus quærelare, sed non deponere pro viro, puta se examinare, nec maritus pro ea, quia cum sint duo in carne vna, esset idem, quod testificari in causa propria, quod legibus improbatur, vt per eundem *Bar. in l. 1. § si vir ff. de senatus cons. Syllan.* tamẽ in accusando viri offensores, etiam filijs suis præfertur, quia videtur offensa eius, propria caro *Fontan. de pact. nupt. to. 2. claus. 5. gl. 8. par. 11. num. 22. Carau. in ritu* 191. *num.* 5. & 6. *Pasch. de patr. potestate,* latissimè *parte 2. cap. 1. num. 12. vsque ad* 17, vbi portat in contrarium *decis. D. Præsid. de Franch.* 382. quam videas, in quo casu loquatur. At in Reu. Nuntiatura huius Ciuitatis seruatur hoc, quod si aliquis proponat quærelam aduersus aliquẽ clericum, vel religiosum de commercio, cum exulibus, vel de illicitis negationibus, debet facere depositum, vel præstare cautionem de soluendo expensas, si nil de expositis constiterit, & sic dicta pœna talionis videtur practicata; si & in quantum, ad reprimendas laicorum leuitates contra personas ecclesiasticas; & quod in supradictis casibus mulier ad accusandum habilitetur tenuit etiam *Gandin. rub. qui accus. poss. num.* 4. vbi addentes *lit.* A. quę si in dicta Reu. Nuntiatura compareret ad quærelandum, non teneretur ad obseruantiam aliorum, scilicèt ad faciendum depositum de expensis in casu supra posito, sed simpliciter audienda est omni celeritate absque vllo deposito, vel fideiussione

107 expensarum, vt tenet *Hier. Chuchal. ad Ang. per communem canonistarum opinionem in d. rub. & ad querelam Titij sub num.* 18. *Foller.* tamen in *frag. post praxim de calumniator. num.* 104. ait, quod si calumniosè mulier de violentia sibi illata accuset, & deficiat in probationibus, ea pœna plecti debet, qua puniendus veniret accusatus; & meritò ad coercendam prauitatem mulierum; dum non adeò men-

108 daces, quam importunæ sunt teste *Bald. in l. assiduis in princ. C. qui pot. in pign. hab.* non minus, quando occurrit in negando veritatem, quam in periurando fallacias proponendo, cum idem sit, vt in *c. quisquis* 80. 11 *q. 3. & c. ne quis* 14. 22. *q. 2.* quod hodie multi homines etiam paruifaciunt, non obstante, quod sit dispositum in *c. si quis ad te* 17. *d.* 22. *q. 2.* non esse dicendum mendacium, etiam liberandi causa aliquem à morte, & quid si statutum disponat, vt de tali scelere quisque possit accusare, an etiam mulieres ad accusandum admittantur, & idem

109 *Bald.* inclinat in partem negatiuam ad finem *rub. C. de his, qui accus. non poss.* dum statutum intelligendum est, quod loquatur de persona habili, & legitima à iure permissa; sed si mens statuti attendatur ne delicta remaneant impunita, vt colligitur ex *Gratiano decis.* 184. *num.* 8. secundum me, admittuntur etiam fœminæ.

Posito igitur in casibus præmissis iure communi attento, quod mulieres habilitantur ad accusandum, quid si remittendum, vel exculpandum erit, post instantiam porrectam, an ipse, si adsint, masculi cum eis ad-

110 mittantur in hoc, siuè vocentur, siuè excludantur à successione defuncti tam per ius commune, quam statutarium, vt est in Regno, in quo masculi excludunt fœminas, & in punctis *Ricc. coll.* 3589. ostendit maximam esse pro, & contra altercationem, & vten-

vtẽdo academicis allegationibus, inclinat in partem affirmatiuam, vt ibi videre est, sed ante *collect.* 2080. contrarium bis adducit decisum, vt vlla requiratur fœminarum remissio, quãdo adsunt masculi, q remittũt, & hęc rationabilior mihi in praxi videtur admittenda, sed si vxor adsit, dummodò in viduitate sistat, vt cunctis præferatur in remissione facienda tenet *Grat. discep. for. cap. 5. nu. 30.* sed videas in hoc *Praſ. de Franch. d. decis. 382.* & *Iul. Clar. §. fin, q. 15. in fine Tasso. de antef. ver. 3. obseruat. 1. nu. 21. fol. 84.* & *Reg. Rou. super prag. 7. de composito. num. 2.* vbi contrarium tenet dicens præferri filios, & *Reg. Sanfelic. contra Visionem*, etiam pro muliere iudicatum refert *decis. 26.* & quid si adsunt alij consanguinei hæredes, & in Regno est determinata quæstio, quod hæredes præferuntur per *prag. 7. de compositionib. num. 2.* ibi, *Che s'ottengano le remissioni predette da tutti li parenti di detti vccisi più prossimi, e più congionti, alli quali si difrisce la soccessione del morto*, quam latè exornauit *Hieronymus Ferdinandez* prius iudex M. C. V. postmodum referendarius vtriusque signaturæ *Miscell, iur. disp. 27. num. 7.*

Sed quid è contra si permittitur vxori comparere pro uiro, ah idem dicendum sit de matre, quod possit
111 prò suo filio pupillo instare, & querelas proponere, & affirmatiuè uidetur respondendum, dum pietas, quæ procedit erga genitorem; erga genitum quoque debet sibi locum uendicare; immò à fortiori, & ratione pietatis, & ratione dilectionis, & ratione necessitatis, & re uera, quæ maior necessitas, quam pupillum tueri, quæ maior dilectio, quam filium amare, & quæ maior pietas, quam natum defendere, cum etiam irrationabilia suos partus alant, et tuentur, & si pater, et filius sunt correlatiua, correlatiuorum eadem debet esse ratio *gl. in inst. de legit. agnat. tut. in princ. & de iniurijs, §. patitur autem*, undè si pro patre agere admittitur, idem pro filio permittendum est, tamen in hoc in-
112 uenio *duas gl.* de directo aduersari, unam *in margine d. l. fæminis*, et alterã in *d. l. alienam d, vers. tutorem pete*, et adducunt rationem, quia prò defensione pupilli possunt petere ipsis dari tutorem, qui à lege inuentus est ad ipsum tuendum, prout est *tex. ad literã in d. l. alienam*, quod non cadit, nec procedit in patre, et ista ratio sumit uires à dispositione *tex. in l. qui aliena 33. §. quanquam, ff. de neg. gestis* per uerba hæc ibi posita scilicèt *Quia nec ipse filij nomine rectè agit*, possem ego has concordare leuiter opiniones, vt prima intelligatur, quando mater est tutrix, quia tunc habenti tutorem, alius tutor non datur, *§. interdum inst. de curat. & l. curatorem 10*, vbi *Bal. & Saly. C. qui dare tutores, vel cur. poss.* quia tunc potest cõparere pro pupillo, & secũda qñ tutrix non est, vt desumitur clare ex dicta *gl. in margine legis fæminis*, vel quando filijs non potest consulere per tutorem, nam tunc esset eadem ratio, quæ in patre militat, vt per *Bar. in d. l. alienam num. 3.* sed primam indistinctè amplector, tanquam mulieribus, & pupillis magis fauorabilem, pupillis, quia cum quamplures habeant personas ad eorum defensam, tuti, tanto magis in iudicio esse possunt; mulieribus, quia eorum facultas amplior redditur, & ità tenet *Bar. in l. 2. in fine, C. de negot. gestis*, vbi etiã dicit nouercam admitti ad tuendum pupillos, quod dignum insuper memoriæ putauit, licèt postmodum
113 *Bal. in d. l. fæminis* contrarium sentijsset; immò *gl. in d. l. alienam* Bar. opinioni videtur assentiri, dum ait quod non debet admitti à principio; sed benè post litem cæptam, toleratur, & sic si fuerit sententia lata contra pupillum; poterit appellare; ergò permittitur agere, ad quæ vide *Mastr. de. cis. Sicil. 174.* & *Io. Monach. in defensorio*

rio iuris ver. superius num. 3. inter tractatus magnos tom. 3. parte 2. fol. 124. quando verò tutorem habet, omni quæstione semota dicendum est, ipsi & non matri competere conquærendi actionem *l. senatus consulto* 5. vbi *gl. C. de ijs, qui accus. non poss.*

114

Insuper possunt pro seipsis exercere munus procuratorum, & onus in iudicio deferre, immò à fortiori, nam

115 si permittitur, vt patrem, & pupillũ possint defendere, vt modò dixi, multò magis sibi ipsis hoc officium impartiri valent; quamuis vulgaritèr dicamus in causa propria aduocatũ quærere, ità probatur in *l. quia absente* 4. *C. de procur.* ibi *Nisi in rem suam, & proprium lucrum mandata sint eis actiones. Io: Monach. vbi supra Grat. discept. for. to.* 5. *cap.* 873. *num.* 66. *Bald. de Angel. in l. qui stipendio* 9 *num.* 2. & 3. *C. de procurat.* & ante *Abb. in c. cum dilecta il* 4. *n.* 17. *de cõfir. vtil. vel inut.* vbi dicit, quod mulieres non prohibentur ea procurare negotia, quæ vti procuratrices gerere possunt, & propterea dixit *Angel. inst. de bonorum possessionibus, §. in petenda num.* 7. quod bonorum possessionem potest etiam per fœminam quis petere.

Itèm amplia mulierum priuilegia,
116 ut si possunt interesse negotijs cõcernentibus salutem animarum, ut dictum est supra in casu arbitrandi, à fortiori, idem esse debet in casu patrocinandi ità *Rom. singul.* 691. *L. up. de Donat. inter virum, et vxorem, §.* 34. *n.* 7, *fol.* 118. & *Dec. in l. feminę num.* 16. *ff. de regul. iuris.*

Et tandem omissis alijs casibus positis per *Dec. vbi supra num.* 14. *et seq.* dicam admitti quoque mulieres in causis criminalibus ad allegandum, & opponendum de absentia, & innocentia rei, iuxta *tex. in l seruum* 34. *ff. de procur. §. publice,* ibi *Publice vtile est*
117 *absentes à quibuscunque defendi, &c.* quæ dispositio cum generalis sit, etiã feminas includit, & propterea à defensione reorum non possunt dici exceptuatæ; sic quidem declarat, interpetrat, et extendit *Bart. Capolla cons. crim.* 5 1. *n.* 3. et melius *cons.* 63. *in principio*, ubi dicit *quia ad allegandas causas innocentiæ admittitur quslibet siue masculus, siue fæmina, &c.* quod etiã uoluerũt addẽtes ad *Bar. in l. alienam supra citata, C. de procur.* ac *Gol. in tractatu de procur. parte* 1. *cap.* 5. *num.* 28. et ipse dicam hoc unum, quod prius mulieres poterant in iudicijs pro omni causa comparere, et quæcunque iura proponere, et de pari cum hominibus procedebant, at uenit postmodum illius pessimæ mulieris Calphurniæ scandalum, ut legitur in *l.* 1. *§.* 2. *loco ff. de postul. siue C. Affrauia,* ut habetur apud *Valerium maximum in lib.* 8. quem citat etiam *gl. florentina in d. §. secundo loco,* et dedit causam edicto, ut mulieres postulare prohiberentur, ista namque Calphurnia adcò audax fuit, quod non dum inuerecũdè magistratus inquietabat, sed ferè ipsis legem intolerabili temeritate iniungebat, huic maledicant posterę cum eius culpæ reportent pęnam, fuit enim sicut peccatum Adæ, quod successoribus cunctis nocuit, irreparabile malum.

118

Retinent, etiam mulieres hanc dignitatem; quæ omnes alias videtu antecellere, dũ nobiliores, & digniores sĩt hominibus, & propterea eorũ genus superbissimum appellauit *My. sing. in §. in omnibus nu.* 3. *de fideiussor.*
119 tam ratione creationis, quam rationę loci; Ratione loci quia fuerunt creaturæ in Paradiso, sub nostra matre Eua; homines verò sub Ada patre extra Paradisum in quodam agro damasceno *c. illud* 9. *in ordine* 40. *dist.* licèt postmodũ rõe pręcepti diuini sit facta subdita viro, *ut legitur in d. c. illud,* vbi notat *gl.* quod quamuis magnus sit aliquis, semper in aliqua parte lapsum facit, qui, lapsus videtur in naturalem vsum conuersus, dum dixit *tex. in c. est ordo* 12. 33. *quęst.* 5. dum naturalis ordo in hominibus est,

est,vt fæminæ seruiant, viris, & filij parentibus,& facit tex.in c.mulierem 17.ead.33.quest.5. & diximus latius supra cap.1.num.69.& sequentibus Ratione creationis, quia mulieres sunt formatę de carne, & ossibus Adę: homines verò de limo terræ, & quanto sit excellentior una creatio altera, dicas,quanto dignior est dominus dominato, & propterea spuit gloss. in margine leg.cum hic 33. §. si mulier ff.de donat. inter vir. & vxor. quod nomen uxoris,est nomen dignitatis,& non uoluptatis:dignior.n.est
120 materia mulierũ, materia hominũ, & ideo excellentiores,unde,vt legitur Gen.cap.2. in fine postquam Adã à sopore surrexit, & vidit Euam, cognouit de se esse,ferens,caro de carne mea,& os de ossibus meis,& meminit Sanfel.decis.358.num.76. & similem sibi factam existimauit, dum fuit per eũdẽ vocata virago:pro cuius dignioris dignitatis probatione adduco hanc considerationem .s. denominationem fieri debere à digniori iuxta verum ordinem oratorum, & philosophorum teste Gom. de actio. ver.superest num.36.fol.18. vndè cum matrimonium à matre, & non à patre dictum sit vt supra cap.1.num.11.
121 & probat nunc gl.in c.1.ver.quidam notum castitatis in medio 27.q.1. fatendum est in hac parte mulieres præcellere attamen virorum, hæc est consolatio, nempè non dici absolutè maioritatem, sed vniformitatem inter eos, immò viri maiores fiunt per sententiam Apostoli, quando prędicauit ad Ephes.dicens cap.5. in fine Veruntamen,& vos singuli unusquisque uxorem suam,sicut seipsum diligat, vxor autem timeat virum suum damnans idem Apost.peccatum viola-
122 tæ fidei vxoribus super omnem peccatum per hæc verba ad Corint. c.6.in fine Omne enim peccatum, quodcunq;fecerit homo extra corpus est, qui autem fornicatur in corpus suum,peccat fidem enim fallere etiam in cunctis alijs rebus semper graue reputatum fuit l.1.ff.de const.pecun. quia videtur sibi inimicus fœdando propriam pulcritudinem, & sui ipsius naturam destruendo,& hanc inter cæteras dignitates mulierum celebrat Cassan.in suo Catalogo parte 2.consideratione 8. de cuius authoris doctrina, omnes multifaciunt:quam dilectionem postmodum permittere videtur vir vxori per Sanctam Ecclesiam in annulo, quem dari introduxit,quasi in pignus et possessionem perfecti amoris c. nostrates 3. vbi gl.ver. annulo, &c. fe-
123 minæ 7.d.30.q.5.ibi probatur Quod annulus significat mutuũ amorem,& fidem coniugalem esse seruandam prout, etiam videmus per annuli concessionem quando agitur de aliqua inuestitura esse probatum signum possessionis, et inuestituræ c. ex ore 3. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli gl. in c.2.ver.signum de consuetudine, & inferitur quarto digito sinistræ manus, qui hac de causa dicitur annularis: quia inest in eo quædam vena ex corde procedens, quæ dilectionem producit, vt apertè legitur in d. c fæminæ 7. in fine, & adnotauit pulcherrime Didacus de Medrano capite 11. num.10. 11. et seq. de consensu connubiali, & debet esse aureus, et rotundus,siuè circulatus,ut designet puritatem amoris,& illius perfectionem in perpetuitate,quæ non nisi morte finitur,vt dixi in cap. præcedenti num.
124 29 & 30.& docet sylua nupt.rubr.est nubendum num.13.& est vnus, & non
125 duo annuli in vtraq; manu, ad denotandum singularitatem amoris, qui debet esse inter vxoratos,& propterea Deus omnipotẽs de costa Adę sinistri lateris circa cor Euã formauit, vt recordaretur homo, semper vxorem diligere, ac membrum sui proprij corporis, & tanto magis, quod sumpta est ex medio virtutis eius, & non ab extremo infimi, vel supremi, vt dixit Bal.in c.quia mulier num.1.de cohab.cler.& mulierum, licèt nonnulli

alij

alij dicant, fuisse ormatam è costa, ad hoc, vt esset constans, dum omnes natura incostãtes sunt, prout fuit pręcipuè *Episcopus Vilielma Venetus sermone de veritate, ibi, de Costa vir ędificatur mulier, vt mulier viri constantia, costans fieret*, & attentis dictis *diui Thomæ parte 1. eius sum. q. 92.* fuit de costa tracta, vt videretur collateralis, & non de capite, ne diceretur domina nec de pede, vt quodammodo uideretur serua, undè posset adduci cõsequentia, ergo excellentior, dum medium tenuere beati: paucissimi sũt, q seipsos odio habẽt, & de istis, debet dici, qnod potius uiperinam, quam humanam retinent naturam, quapropter exclamauit *Apost. d. c. 5. ad Ephes.* quod adeò debet esse cordialis, & profundus amor, ut æquipararetur amori Domini Nostri Iesu Christi erga Ecclesiam. Ibi. *Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea*, confirmans idem *Apost. Paulus* infra *in litte-*
126 *ra* G, qua supra posui .s. quod, *Qui suam vxorem diligit se ipsum diligit*; et hæc dilectio uidetur necessaria; immò de substantia matrimonij; dum ipsa est, quod matrimonium proficit, ut probant uerba, *l. cum hic 33. §. si mulier, & maritus ff de donat. inter virum, & vxor. Ibi Non coitus matrimonium facit, sed maritalis affectio*, & pro
127 pterea cõtra *Vrsillum ad Matth de Affl. decis. 65.* erit dicendum, deberi in tegrum antefactum, & non medietatem propter copulam non sequutam, quia hoc procedit in terminis donationis quę fit à spõso spõsę, alias spõsaliarum largitas nuncupatæ, iuxta *decis. de franch. 503. ex traditis supra cap. 1. num. 137.* ex adductis per *Gom. ad legem Tauri num. 4. fol. 408. in qua decis.* 502. licèt legatur per osculum medietatem antefati deberi, nihilominus, non loquitur in causa matrimonij, sed sponsaliorum quando fuerunt nuptię tractatę, cum promissione dotis, & antefati, & postmodum matrimonij, non fuerunt sortitæ affectum: hincq; usus, & obseruantia cõmunis inoleuit, dum mulieres præfulgent dignioribus radijs, quam homines, ratione creationis, ut diximus, quod ipsis semper dexteram porrigimus; tam in incessu, quam in mora, & hæc cerimonia, videtur mihi potius debitum, & confessio eminentioris gradus huic sexui, sit quisque in su-
128 blimiori dignitate constitus, vt non habeat parem, vti Rex, immò Imperator, si tamen cum earum vxoribus permaneant, vel in rhedis deambulent, semper in digniori loco eas collocãt, vel in puppi, vel ad dexteram, qui honor, & reuerentia etiam super astra seruatur in Diuinæ Maiestatis Olimpo, vt in *psal. 44.* ubi legitur *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate*. & sum dicturus, quod assistentibus uxore, & uiro nobilibus missæ sacrificio, pax
129 quæ porrigi solet à sacerdote, est prius danda uxori, quam marito, ex uulgata regula, quod maius dignum prafertur minus digno, tamen si absque interuentu uirorum plures mulieres ad accipiendam pacem, uel ad offerendam sacerdoti eleemosynam concurrant, ut mos est, dicit *Cass. ad consuet. Burg. rub. 6. Entre gens nobles, ver qui dicantur nobiles n. 1.* quod dãda est prolatio nobiliori, & quid, quã
130 do sunt pares? sum ego in sententia proferendam esse senic rem, cum semper sit ueneranda senectus, quod tu nota, per ea, quę posuit *Iason l. cum quid nu. 11. ff. si cert. pet.* & *Gulielm. de Monferrato in trac. de pos. Consilij gen.*
131 *in 5. p.* immò quod piis incedentibus mulieribus, tenẽtur homines assurgere, eisque reuerentiam demoustrare; prout plusquam alibi seruatur. In hac Ciuitate, in qua tam titulati, quam equites, & alij nobiles cum sint natura humanissimi, & gentilissimi, non cum assurgunt, uerum etiã humiliantur, quibus reuerentijs respondent postmodum, consimilibus

alijs

alijs mulieres ipsæ in obsequijs morigeratissimæ, & hunc riuertialem actum, pro debito exibendum (adeò est mulierum dignitas) posuit idem *Cassan.d.parte 2.eius catalog.considera-tione 37.*

Nec sit mirum si mulieres sic honorentur, dùm ex earum excellentiori origine gaudent priuilegijs clarissimarum personarum, vt dixit idem,
132 *Cassan. vbi supra consideratione 30.* æquiparantur grauibus personis, immò inter egregias connumerantur, secundùm *gl.in l.ad personas, lit.* M. & ibi etiam *DD.ff. de iure iuran.* ità quod ab Imperatore nostro Iustiniano coniux eius in *l. bene à Zenone 3.C.de quadrien.prascrip.* hoc encomij
133 titulo fuit appellata, scilicèt *Serenissima Augusta*, ex quo Imperatoris exemplo desumitur, quod mariti debent honorare vxores, easque dominas vocare, ad quod possunt viros compellere, vt sic ipsas tractent, &
134 honorent, dummodò non sint doctores, doctoratus enim dignitas est, & non subiacet præheminentiæ mulieris auctor est *Bar.in l.si iudex 42.in fine.ff.de minor.*25. annis; Partenopei verò excedendo fines obseruantiæ à ciuilibus personis supra omisso proprio nomine mulierum, vti Ioannæ, Lucretie, &c. eas absolutè dominas vocant, vir appellando in domo sua dominam, intelligitur per antonomosiam, vxor; sicut quando nominatur Princeps in aliquo Regno intelligitur de Rege, quando postmodum in eadem domo adsunt filij famuli, & aliæ personæ, non nisi nomine Dominæ vtuntur, qui honor, & titulus non
135 potest dici, quod procedit ex communi vsu, & more gentium, sed ab ipsius legis dispositione, vt probat *Gaill.pract.obseru.lib.2. obseruat.* 144. *num.*3. qua vrbanitate, & honore vsus
136 fuit etiam suo tempore *Serbidius scauola iur.consul.in l.vxorem 39. ff.de leg.*3. cum dixerit, *Peto à te Domina vxor mea*, quod commendauit *Bar.in l.pen.C. de donat.inter vir. & vxor.* &
137 per *tex.in* §. *hac autem omnia, auth. vt iudices sine quoque suffrag.* Reuerendissimo titulo honorantur vxores, ibi *Qua à Deo data est nobis Reuerendissimam coniugem, &c.* & omissis alijs considerationibus, & exemplis, hic adduci non necessarijs; de quibus discurrit idem *Cassan.d.2.parte consideratione 31. & consideratione fin.* dico, quod præfatus titulus dominarū non debet tantūmodò esse vocalis, & honorarius, verū etiā effectiuus, & fructuosus in dando illis prælationem, & præheminentiam circa gubernationem rerum domesticarum, cum foras sit mariti acquirere, & intus mulieris custodire, & conseruare, dū quodammodò, etiam virorum rerum
138 videntur dominæ *l.1.* vbi *Bar. num. 1.ff.de act.rerum amot. Didacus de Medrano in tract. de consensu connubiali cap.3.in princ.* & iure, dum coniuges sunt socij diuinæ, & humanæ domus, secundùm eundem *Bar. in l. diuortio 8.§.interdum num.4.ff.sol.matr.* immò in rebus domesticis exposcendum
139 est mulierum consilium, vt in *d.* §. *hac autem omnia*, vbi *gl.lit* B. & debet exequi, quod in promptu respondēt, dictante natura, & non discursu, vt dixit *Ludou.Ariost.*

Molti consegli de le donne sono
Meglio improuisi, ch'à pēsarui vsciti,
Che questo è speciale, e proprio dono
Frà tanti, e tanti lor dal Ciel largiti.

Possunt itaque proficisci libenrer viri, dùm remanet alter dominus, nēpè vxor suas res custodire, vt proprias, quando tamèn bona est, & non vana, & fatua, prout sunt plures hodie, & hic fuit motiuus maximus, & impulsus mei matrimonij cum destitutus parentibus ferè eorum acerbissima morte non erat mihi fidelis coadiutor, & coactus, quod semper spueram amplexus fui, quam fortem sequutus diuina fauente clementia, hucusque illam inuenisse non possum me pœnitere, dum experior prolis felicita-

tem, quæ magna est cum renouetur per primogenitum mei genitoris nomen, & per alios septem filios, parentum prosapia conseruetur; nati dicũtur filij à verbo phylos. i. amor, & ita in veritate est, & sic peragendum, nempè bonis mulieribus confidendum esse; vxoratis consuluit *Cassan. d. 2. parte consideratione* 29. nec inter felicitates mundanas poterit experiri maior, quam inhærere bonæ consorti; dum sapiens mulier edificat sibi domum, vt dixit os veritatis *Sa-*
140 *lom. prouer. 14. in princ.* & confuto, & damno nonnullorum diuersum stylum, & insipidam naturam, qui cuncta prohibent vxoribus tractando eas, vt veras famulas in recipiendo obsequia, & seruitia in domo, in cubili commoditatem, & in mensa socialitatem, & circa reliqua, administrationem eis interdicunt, prout
141 dixit idem *Cassan. ad consuet. Burg. rub. 4. §. 1. ver. & quia num. 9. &* 10. & scio ego & non mētior, quendam doctorem, qui bonæ vxori prohibebat etiam panis, & vini custodiam, sed ipse claues ad cintulam portabat; non faciunt benè, dum debent excogitare, quod peiora mala patrant præbēdo mulieribus occasionem egendi, etenim prohibitio pessimos parit euentus, & signātèr, quod tantò magis generat cupiditatis ansam, teste experientia magistra rerum, & faciũt, quod non essent facturæ; Sponsa sa-
142 cræ scripturæ, vt habetur *cant. cap. 2. vbi sic Filion Carpatius*, fuit introducta in cellam vinariam, vt videret, & degustaret, quę in ea erant, tamē fuit iniunctum, ne vinum sumeret de vno signato dolio; discessō sponso, prohibitio generauit desideriũ illud prius pergustandi. Adæ, & Euæ primis nostris parentibus, præcepit Deus ne de certo ligno vitæ comederentur fructus, concessis cunctis alijs ad eorum dispositionem, vt legitur *Gen. cap. 3.* & quod fuit vetitum prius manducarunt, cum plusquam vera sit *philosophorum sententia prim. phisicorum*, quod priuatio generat appetitum, & in isto casu intelligi debet sermo sapientię. *Et quod mulier est totius mundi lapsus. Ecclesiast. 25 in fine.*

Est verum, quod multoties inueniuntur pessimæ mulieres, super qui-
143 bus cadit dictum *Eccles. 7. & inueni mulierem amariorem morte*, quæ in sacra scriptura comparātur rethi, igni, & gladio acuto secundùm *D. Anton. 4. parte suæ summę tit. 4. cap. 6. §. 2. col. 3. fol.* 45. operantes contra sexus naturam, dum auarissimę sunt regularitèr, secundùm *gl. in l. stipulata 34. §. si uxor lit. V. ff. de donat. inter virum, & uxorē in l. si à sponso 16. lit. s. C. de donat. ante nupt. & in l. sed si ego 4. §. fin. lit. V. cum concord. ff. ad Velleian. Costa de facti scientia cent. 2. dist. 81. num. 27.* & *Nevizan. in sylua nupt. rub. diuiti non est nubendum num 95. fol. 212*, quæ adeò prodigalitatem diligunt, quod faciliores sunt ipsæ ad dissipandum, quã infelices viri ad acquirendum; & de his forsan intellexit *Esiodus* quando dixit, *Quisquis confidit mulieri frondibus haret*, licèt eius sermo capi possit, etiam circa secreta non confidanda vxoribus, istis quidem est prohibenda occasio ministrandi, dum remota causa, remouetur effectus iuxta *philos. 2 phisicorum* & ego noui nõnullas, quæ quātò diligentiùs viri studebant lucrarari, tantò libentiùs bona profundebant, & redeuntibus maritis ab officijs, quæ exercuerant extra hanc nostram ciuitatem, adeò inuenerunt domus vacuas, quod non fuit opus quærere gerulos pro exfractandis bonis, vt moris est die 4. Maij ad nouas ædes; isti quidem sunt casus summæ patientiæ, quam dignetur illis impartiri misericordia Domini; quæ cuncta potest, & valet nec cum tales sint vxores, lamentari poterunt de viris, si suis consulendo rebus, ipsis interdicant administrationem; dũ
145 prodigæ sunt, eum, & viris quoque prodigis, quando tales experiuntur,

&

& ità non essent mulri; bona ministrare interdicunrur, ne tempore indotatæ vxores, & pauperes inueniātur, prout est in terminis doctrina *gl. in l. 1. ver. solent, C. de curat furiosi*, quo in casu aufertur eis administratio, & vxoribus concedirur per aureum *tex. in §. nos autem ex alijs auth. de qualitate dotis*.

Sed vt clariùs pateat, quod mulieres retinent præcxcellentiorem dignitatem hominibus, videmus in nōnullis casibus eas nobis præferri meliorem que conditionem habere, & signantèr, quod si aliqua erit facienda
146 diuisio, vel inter fratres, vel inter alios al quorum forsan bonorum, in qua soror, siue fæmina concurrat, ipsa habebit optionem in ea parte, quam voluerit, vt docet Bar. *per illum tex. in l. 1. num. 2. C. de his, qui se deferunt, lib. 10.*

Sic etiam si statutum aliquid dispo. nat de bannito, non habebit locum in fœmina, cum statuti ratio non videatur procedere in sexu fœmineo, & proprereà à significatione verborum non est recedendum *l. non aliter 67. ff. de leg. 3.*

Quamuis regularitèr statutum generale, & indefinitè loquens, cōpræhendat etiam fœminas, secundùm *gl. in l. nec passim 13. ff. de iuris, & facti ignor.* ita *Angel. cons. 67. vol. 1. ver. Primum est, & Hippol de Mars. pract. crim. §. postquam*, qui exemplificat, vt si vigeat municipalis lex, quod contumax habeatur pro confesso, vt est in regno nostro *per const. tut. pœnam eorum de forbannitis, & foriudicatis*, & plenè dixi *in Florilegio in rubr. de contumacia ex delictis reorum*, tale statutum non intelligitur de muliere, & hac forsan ratione motus *Follerius* ampliauit mulierum prærogatiuas in sua *praxi criminali rubr. foriudicatur num. 33*, vt non possint foriudicari, quod si esset verū, daretur casus, quod nec minus possent interfici, nec esse bannitæ,
148 quod non credo, dum dictante statutaria lege, quod bannitus possit impunè interfici secundùm *Mars. pract. crim. §. videndum*, frustratoriè exceptuaretur mulier prægnans, vt dixi supra *cap. præcedenti num. 150.* si cunctæ mulieres seruarentur innoxiæ, esset quidem priuilegium sexus, non priuilegium prægnantiæ; & propterea impugnandum est Follerio, & firmādum sic, quod mulieres possunt ex delicto foriudicari, & cum non sint
149 grauidæ interfici vt tenet *Cason. in tractatu malificij ver. de atrocitate præmeditati cap. 1. num. 7.* vbi facit pulcrā illationem, & est ista, quod licèt mulier bannita ex forma statuti possit
150 necari, non propterea potest adulterari, & fuit anteà sententia *Decij in l. quapropter 122. in fine ff. de reg. iuris*, & *Marsilij in l. edictum num. 21. ff. de quæstionibus*, & apud DD. omnes semper inuenies; quod mulier bannita in casu tantùm, quod sit grauida interfici prohibetur, & ratio huius opi-
151 nionis erit, quia mulieres ligantur statutis generalibus regionum indistinctè loquentibus, nisi expræssè excipiantur *Bald. in l. vt passim 13. C. de iur. & facti ignor.* & *Mars. in l. si quis viduam num. 8 ff. de quæstion* & *in consilio 85. num 21. 22. & seq.* vbi dicit dispositionem *l. 1. C. de raptu virg.* secūdùm *gl.* ibi *ver. suam*, compræhendere etiam casum si fœmina masculum rapiat, quod licèt rarò accidat, & proptereà debent interuenire manifestissimæ probationes cum sit hoc inuerisimile, vt docet *Meno. li. de Arbitr. iud. casu 291. num 32.* tamen euenisse in Ciuitate Neap. pluries audiui, & testatur per *Angel Mars. d. l. edictum eod. num. 21.* audisse etiam Florentiæ, quæ non est magna Ciuitas respectu nostræ, in qua, cum quædam meretrix rapuisset certum iuuenem fuit flammis combusta, vt habetur etiam ex *Carrerio pract crim. ver. hinc Nacta occasione num. 26. fol 202.* quæ sententia atrox valdè censenda est,

est,dum *Paul.Grill.de pœn. omnif. coit.* dicit vllo modo mulieres rapientes virum, vel viros alterutrum puniri posse pęna ordinaria dictę legis, quia non vrget eadem ratio iniuriarum in viris, sicut in mulieribus, quæ statim etiam visu in honore fœdantur, vndè *Menoch*. cum sint controuersæ opiniones *in d.casu 291.num.31.* vbi etiã casum ponit si mulier, aliam mulierem rapiat *num. 33.* dixit esse remittendum iudicis arbitrio, licèt *Bal. tã in d.l. vnica num.23. C.de raptu virg.* quam in *l.raptores num.7.C.de Epis.& Cler.* absolutè teneat mulieres masculum rapientes capitali pœna plecti posse, ex supra tradita ratione, quia ligantur legibus,& statutis hominum,& in hac sententia,est etiam *Tiraq.de Retr.Lignag.§.1.gl.9.n.213.* vbi dicit sic puniri sponsum rapientem sponsam,sicut è contra,quaprop-
153 ter idem *Bald.voluit in l.si quis num. 1.C.ad l. Cornel. de Sicar.* quod si fęmina fecerit insultum animo occidendi,puniri debet, vt puniendus venit masculus insultans, & secundùm eundem in *l.3. C.de quęstion.* in delictis commissis, quando vrgent inditia possunt,vt masculi torqueri,ne remaneant earum scelera impunita; vndè propositio supra posita per *Angelum, & Marsil.* quod statutum loquens de bannito, nõ extenditur ad mulieres, claudicare videtur ex pondere rationum in contrarium adductarum,quę confirmantur alio modo per eundem *Marf.in alias citata l, edictum num.22.*
154 quod videtur sentire etiam *Abb. in c.fin. ad finem de statu regular.* vbi dicit,quod constitutio pęnalis loquens de fratribus mendicantibus, extenditur etiam ad moniales ex hac alia ratione, quia masculinum comprehendit fœmininum *l.si.quis ita, ff. de testam.tutela, l.qui duos 60.ff.de l.3.l.si quis id.quod 7.ff.de iur.omn.iud.*& non
155 è cõtra,secundùm *Abb.*Panorm.*in c. super ordinata num.8.de prabend. gl.in §.si quis filijs,ver.quia filij inst.Qui test.*

tutores dari poss. gloss.Neap. in consuet. quod autem num.299.de success.ex test. & sic appellatione fratris veniunt etiam sorores,vt per *gl.in l.lucius 78. §.menia filium ver. sororem, ff.ad Trebell.* eod.modo igitur statutum loquẽs simplicitèr de bannitis cum sua generalitate, amplectitur quoque mulieres. Attamen nõ sum destituturus propriam opinionem fœminis fauorabiliorem,sed eius partem defendẽdo, vt firmior remaneat, sigillatim exemplis, & rationibus in contrariũ adductis respondebo per ordinem retrogradum,mihi duce *Bar.in l.1.ff. de verb.& rerum signif.* qui dicit circa rationem masculini,quod quando profertur à lege communi,quæ condit ius,comprehendit fœmininum,est verum, si tamen constet de mente legislatoris, voluisse etiam fęmininũ sub masculino vocabulo conijci, & non proferatur in materia differenti, nam tunc esset adhibenda distinctio, quod aut testatur de re fauorabili, aut odiosa, primo casu conijcitur secundo verò nõ,prout etiam tenet *gl. in eadem l.1.* & sic faciunt communẽ opinionem, quam sequitur *Barthol. de Cap.in const.Regni hostici num.50.f. 167.de excep.hostica Cassan.ad consuet. Burg.rub.1.§.5. intex. se alcun. num. 1. & 2.*& *Vin. opin.*808. *num.13. Gram. inst.qui test.tut.dare poss. §.ad certum tempus num.17.* quem videas in hoc, quia diffusè discurrit per plures *nu. l.1.§.sed & si,*vbi *gl.ff.de ventre in possessionem mittendo*, & tantò magis, quod comprehensio ista venit ex interpetratione potius, quam ex propria significatione masculinitatis secundùm *Bonium de statutaria vrbis prascrip.gl.3.de exceptis dotibus nu. 37.* quæ non habet locum in statutis, vt voluit idem *Bar.ibid.num.2.per tex.in l.si verò 65.§.de viro, ff.soluto matrim. Bald.in capit.licèt vniuersis num. 3. de testibus*, & latissimè Bologn. *in l.gallus à num.70.vsquead 74.ff.de liber.& posthum.*& clariùs Philipp. *Dec.in l.*

fæ-

femine num. 117. *ff. de reg. iur.* dum de-
clarat ambigua, dicens; quod si statu-
to caueatur, quod filij bannitorum è
Ciuitate expellantur, non habet lo-
cum in fęminis, cum non concurrat
eadem ratio, dum in illis est minor
audacia, cum non sit actus venereus,
secundùm *Gig. de crim. læsæ maiest. lib.*
3. q. 13. num. 3. fol. 344. in quo ipsę sũt
audaciores, vt comprobauit etiam
156 *Bal. in l. quicunque, C. de seru. fugit.* &
in l. in multis 9. *num.* 2. & 3. *ff. de statu*
hom. quem quæso videas, & *Bon. vbi*
supra, dum quando qualitas disposi-
tioni non conuenit nec masculinum
nec relatiuum, quis, fęmininum com-
præhendit, ità *Rebuff. de alien. rerum*
Ecclesiast. num. 15. & optimè *Gomes de*
actio. §. *ita si quis postulante num.* 2. &
ex his habemus etiam, quod statutũ
contra bannitos odiosum est, eo, quod
sẽper in aliquo eos priuat de natura-
libus, vel de libertate, vel de societa-
te, & similibus, & per cõsequens eius
dispositio non est ad fęminas exten-
denda, cum strictè debeat interpetra-
ri, vt probat per *tex. in l.* 3. §. *hac verba*
ff de neg. gest. *Bellonus, ad rubr. institut.*
fideicomm hæreditat. num. 13. *gl. margi-*
nalis in §. 1. *de action. lit. T.* & in ter-
minis *C. Hodier. controu. for. cap.* 8. *nu.*
35. & 36. vbi fundat statutũ, siuè *prag.*
1. *de senat. consl. maced.* non extendi ad
filias fam. quia adest ratio diuersita-
tis cum mares, & non fœminæ sint
soliti se obligare, & negotiari, & eo
fortius in materia differenti, vt dixi-
mus, etenim munus mulierum est ma-
nere in domo, & non armare per cã-
paneam, itaquod dixit suo tempore
157 *Carau. super prag.* 1. *de exul. nu.* 153.
à seculo non fuisse auditum, quod
fæminæ campaneam inquietassent,
& si aliqua sexus fines transcendens
reperiretur, hoc facere, (prout fecis-
se ipse scio quandam mulierem ban-
niti vxorem, adhuc viuentem, cui re-
mansit vitium armorum, dum aliquã-
do defert scopittam ad venandum,
& est in hoc diligentissima) debet di-
ci prodigium naturæ, & potius mon-
strum inferni, & partus Satanæ, &
propterea ad mulieres non extendẽ-
dum, esset enim detestabilis, non mi-
nus, quam irrationabilis, & sic dicen-
dum, quod si statutum volens, vt con-
tumax habeatur pro confesso, vt di-
ximus, extenderetur ad fęminas, es-
set contra omne ius, omnemque ra-
tionem, quia si ipsę ad iudicium ac-
cedere prohibentur ex traditis supra
num. 98. & 104. qua ratione postmo-
dum, cum postulare virile sit, eas per
contumaciam reputare confessas, &
conuictas? & ex his quoque possu-
mus soluere argumenta adducta per
158 *Marsi. in d. l. si quis viduam*, & *in suo*
cons. 85. quod non potest duci in exẽ-
plum *disp. d. l. vnica de raptu virg.* ad
conuincendum casum nostrum, dum
illa fuit dispositio legis communis,
quæ voluit inducere ius vniuersale
in illo casu, & compræhendere vtrũ-
que sexum, quod non potest dici de
statuto, sic etiam nõ vrget exemplũ,
quod constitutio monachorum com-
præhendit etiam moniales; dum hoc
procedit fauore animarum, & in pari
causa regula sic obligat ad peccatum
monachas, sicut moniales, & cum ea-
dem sit dispositionis ratio, eadem de-
bet esse obseruantia, & *tex. in d. l. qui*
duos relatus, qui voluit fęmininũ sub
masculino compræhendi, vltrà decla-
rationes adductas loquitur, & proce-
dit in materia diuersissima, & sic non
in casu statuti, sed vltimæ voluntatis,
in quo talis compræhensio admitti-
tur, vt probat *tex. in l. seruis legatis* 79.
ff. de leg. 3. *auth. de non eligendo* 2. *nub.*
circa princip. ver. Gregoria enim sup-
plicauit, Petr. de Anc. cons. 120, *Isernia*
in const. de successionib. num. 70. *col.* 1.
fol. 267. *de success. nobilium*, & *Menoch.*
de adipisc. poss. remedio 4. *num.* 59. 60.
& *seq. Euerar. in sua Topica, locus à cõ-*
tractibus ad vltimas voluntates sub nu.
3. *propè finem fol.* 182. *Rosenth. de feud.*
159 *cap.* 7. *concl.* 36. *num.* 6. & 8. hinc vi-
demus, quod si testator disponat, vt
si

si suus hæres sine filijs decesserit, succedat Caius; ad eruendam substitutionem, sufficit, si filiam habuerit, vt de communi *DD.* voto docet *Io. Andr. in c. Rainald. de testam. Dec. in d. l. femina num.* 103. *Tiraq. in l. si vnquam, C. de reuoc. donat. ver. suscepit liberos n.* 252. & ex abundanti *Giurba post disputatum articulum decis.* 32. *num.* 11. *l. non est sine liberis* 148. *ff. de verb. signif. Neap. in consuet. quod autem de success. ab intestato n.* 299. *Galganett. in tract. de condit.* & *demonstrat par.* 1. *cap.* 13. *n.* 7. *Cons. Hodierna controu. for. cap.* 11. *num.* 5. Et pro maiori certitudine veritatis, quod in materia odiosa, non conijciatur fęmininum sub masculino, adduco *tex. in l. quisquis* 5. *§. ad filias* vbi *gl. C. ad l. iul. maest.* qua, licèt generalissima sanctione statuatur, vt posteri delinquentium in crimine perduellionis omnibus suffragijs, cunctisque beneficijs priuentur, ita, quod omnibus confiscatis bonis, sint semper egentes, & pauperes, & eorum solatium sit sola mors, & vita

160 continuum supplicium, nocendo filijs patris macula, dum lex pręsumit, vt ipsi non diligant, quem pater odit, secundùm *Iser. in c. prima autem causa num.* 11. *quæ sit prima causa, &c. f.* 127. filiæ fęminæ, non includuntur in tali dispositione, vt probatur per *tex. in c.* 4. *de panis in* 6. ibi *Pœna ipsa, eos tamen afficit, qui per masculinam, non per fœmininam lineam descendere dignoscuntur, nisi aliud in iure, vel sententiâ sit expressum*, meminit *Dec. vbi supra num.* 78. & *Gig. de crimine læsę maiest. in terminis terminantibus q.* 14 *num.* 8. vndè à fortiori dicendum, & concludendum est, quod statutum loquens de bannitis, fæminas non comprætendit, prout in punctis tenet *Carau. in d. prag.* 1. *de exulibus num.* 157. quia vt diximus odiosum, & pænale est, & in pęnalibus masculinũ, nõ concipit fæmininũ, secũdũ *Carrer. pract. crim. ver. hinc, Nacta occas. n.* 29. *f.* 202. & de hac materia, quando masculinum concipiat fęmininum, vide latissimè *Tiraq. de retr. lignag. d. §.* 1. *gl.* 9. *nu.* 214. *& seq.*

Insuper mulieres retinent aliam notabilem præheminentiam, quod si municipali lege, aliqua armorum genera deferri prohibeantur, proùt in Regno nostro per plures prag. sancitum est, sub *rub. de armis*, & tandem per duas vltimas D. Beltrãni de Gueuara *sub* 30. *mẽsis Iuly* 1650. & Ill. Co-

161 mitis de Villamediana *sub* 15. *Nouembris eiusdem anni*, quibus prohibetur asportatio scopitrarum minus tribus palmis; si mulier aliqua inueniretur, his armis armata, non potest ad carceres duci, sed relaxanda est in eius domo cum fideiussione, vel sub iuratoria cautione, si fideiussorem nõ habuerit, attenta dispositione *auth. hodie nouo iure, § si vero, C. de custodia reorum*, ità in terminis cum alijs per eum adductis tenet *Mars. singul.* 248. *propè finem, & pract. crim § pro complemento num.* 31. quia cum ipsa mittiùs agitur; dum non est offensa legislatoris intentio, quæ fuit prohibere tale genus armorum, ad euitandam delictorum frequentiam, & facilitatem, quæ non potest considerari in fęminis, quarum sexus ad delicta tali modo patrandum non est habilis, & cũ inueniantur cum armis, alitèr præsumendum sit, quam animo delinquẽdi ea uoluisse asportare, etsi pugiones adhuc prohibitos deferant, quibus faciliùs, et securiùs forsan posset delinqui, etiam alitèr præsumendum est, quam facinus patrandum, ob earum naturalem timiditatem, & licèt aliquando deliquisse legamus, & morti tradidisse nonnullos, nihilominùs cũ de raro hoc eueniat sub dispositione non includitur, est sicut vna hirundo, quæ non facit ver.

Nec omittere volui hoc aliud, quod etiam sexus fęminei fauorem respicit, nempè si fiat à testatore aliquod legatum monasterio suę patriæ, in qua adsint duo, vnum monacho-

rum;

rum monialium alterum, absque disputatione applicandum erit illi monialium, cum magis pium opus censeatur, tum quia conseruat tot virgines consecratas, tum quia claudit in
162 perpetuum tot puellas, quæ nec minùs mortuæ possunt egredi à clausura, sed in ipsa sepelliuntur, & in Ecclesia fit tantùm, cerimoniarum actus, & tum etiam, quod in casu alicuius necessitatis, non possunt mendicare, & per ciuitatem exire, sed est opus, vt sint contentæ omni Dei gratia, & per alios victum habere, ita *Dec. in d. l. fæmine ff de reg. iur, nu. 77. ver. nono si legatum, Marf. d. singul. 248. circa finem*, vbi *Bald. Cyn.* & alios adducunt, & addētes exprèssè ad *Bar. in l. quæ conditio 39. §. cum ita lit. B. ff. de cond. & demonstr. Iaf.* exprèssè *de action. §. ex maleficijs num 48.*

Sed super omnibus istud puto mirabilius, & est priuilegium indicibilis præheminentiæ, & eo magis, quia
163 videtur concessum infamioribus sexus, dum ipsis datur supræma potestas liberandi condemnatum à morte, vt faciunt Reges, & aliquando eorum proreges, proùt practicatum vidimus in uigilia natiuitatis Domini, anno 1650. quando minus sperabatur, quod magnanimus, & summæ prudentiæ Dom. Comes Oñate, cum assistentia omnium ministrorum uisitauit carceratos M.C.V. quod fieri posse docet *Io. Francis. de Ponte de potestate proreg. rub. de elect. offic. §. 1. n. 10. et seq.* & cūctos liberauit, exceptis nonnullis, qui pro eorum delictis non habebant partis remissionem, & præcipuè licentiauit omnes detemptos ob crimem nouæ reuolutionis; dum cognouit subditorum corda, & prorsus placatum mare prioris tempestatis; & contendendo Principis magnitudine, uti fortis leo, & potens aquila leporum imbecillitatē noluit cum eis ad certamen in steccato iustitiæ deuenire, sed parcendo possumus dicere, quod uicit leo de tribu Iudæ; et tantò magis fuit grata dies illa gratiarum, quia fuerunt impartitæ oportunissimo tempore lætitiæ, ob
164 natiuitatem Domini, dum in uigilia sui natalis santissimi eas publicauit, in quo flumina, lac, & mel erumperāt, & cuncta in dulcedinem, & suauitatem fuerunt conuetsa, teste *nostra Sibylla Cumana, quę Puteolis vixit, & obijt* per sequentia carmina relata à *P. Abbate Iordano nunc Lacedonensi Episcopo in princ. lib. cronicorum montis, Virg. cap. 6. fol. 75. scilicet.*

Cū Deus ab altoRegē dimittet olympo,
Tunc terra omnipares fruges mortalibus agris
Reddet inexhaustas frumenti, vini, oleique
Dulcia tunc mellis, diffundunt pocula Cæli,
Et niueo latices erūpent lacte suaues
Oppida plena bonis pinguia culta rigebunt,
Nec gladios metuet, nec belli terra tumultus
Verū pax terris florebit omnibus alta,
Cumque lupis agni per montes agmina carpent,
Permixtique simul pardi pascentur, & hadi,
Cum vitalis vrsi degent armenta sequentes,
Carniuonesque leo præsepia carpent, uti bos,
Cum pueris capient somnos in nocte dracones,
Nec ledent, quoniam Domini manus obteget illos.

& populus Neapolitanus tutus deuenit in fidem Catholicæ Maiestatis circà indultum, quod concesserat serenissimus D. Io. de Austria suus plenipotentiarius, eius nomine die quietis, & serenitatis. Etenim, vt themam prosequar, quem ceperam; meretrices facultatem habent ad mortem damnatum liberandi, immò vt ità dicam eum surripiendi è manu iustitiæ in medio itineris, quando ad patibulum ducitur, & mortem cum vita cōmutare, si dicant illum velle in maritum;

tum; ducere, si tamen status vtriusq; id permittat, quod sint ambo soluti cum possit inter eos contrahi matrimonium; hoc quidem ego inter paradoxa reputabam esse, priusquã hãc materiã vērilarē, sed postmodùm plusquam verum id esse inueni, prout tradit *Paris de Puteo in tractatu de sindicatu*, quē etiam adducit, & citat *Cassan. ad consuetud. Burg. rub.* 1, §. 5. *num.* 97. 98. & 99. qui dicunt frequētèr apud hispanos seruari, sed non asibi, prout ipse, nec seruatum, nec practicatum adhuc vidi, nec audiui in Regno nostro, & forsan hoc est in
165 Hispania ob necessitatem gentium dum sterilis est, & pauci homines inueniuntur, & mulieres non multum fecundæ, & sic vt contrahatur matrimonium, & viuendo cōdēnatus, proueniat ex eo generatio ad implendã hominibus regionem, tanta meretricibus impartitur facultas; sed miserrimi, damnati non est gratia considerabilis, cum suum potius possit dici prolungatum supplicium; semel enim erat moriturus per manus iustitiæ, sed millies in hora per talē, vxorem, adeò est intolerabile malum ducere meretricem, itaquod, eam ducēti, omnia remittunt peccata, vt ex decisione concilij triburiensi in *c. inter operas* 27, vbi latissimè *gl. de sponsal. &*
166 *matrim* meminit *Cassan. vbi supra Cou. to.* 1. *pract. q.* 2. *p c.* 8. *de matr.* §. 11. *n.* 3. ante omnes *Abbas per eūdē tex in c. inter opera* 20. *in ordine in princ. de spōsal. & matr.* addētes ad *Bar. in a*.*tb. & antiquis de lenonib. ver. deducere ex professo, Vinius in sua sylua opin.* 126. *num.* 4. 5. 6. & 7. & latissimè *Ricciul. lib.* 2. *cap.* 10. *per tot.* & proptereà benè concludit *Hierony. Ferdin. miscell. iur. cap.* 35. non posse per patrem exheredari filium, qui meretricē duxerit in vxorem, et ideò non mirum, si cui peccata remittuntur, etiam mortis pæna indulgeatur, ratio potest pia esse, 9 si maritali coniunctione illam bonam reddet, meretricali omnino pessima vita destituta, omne meretur premiū, cum sit lucratus animam peccatricis, propter quod non solum fuit excusatus, immò laudatus Osea propheta, quod meretricem duxit, dum eam ad Deum conuertit, vt legitur in *c fin.* 32. *q.* 1 & meminit *Sayr. in sua claui regia l* 8 *c.* 2 *de fornic. n.* 5 & vide *Vasq. contr. illustr. l.* 1. *c.* 48. *n.* 15. ac *Ricc. de statu repr. d. l.* 2. *c.* 7. *per tot.* & proptereà *n.* 10. quę facultas nō cōceditur hominibus, ne daretur occasio delinquendi quilibet enim posset del[i]cta committere, sub hac spē, quod postmodum si condemnaretur; ducere meretricem, & sic non ad condemnati librum remissum, sed meretrici cōcessū si voluerit ex libera serua euadere ita *Baldax. de Angel. ad Gizz. tr. decis.* 54. *nu* 4. sed vereor ego de hoc, ne ex bono peius malum succedat, vt postquam damnatus à meretrice liberatur, vel quia sic dictat praua natura, vel stimulat motus infamiæ, vel mouet insolentia vxoris, nō morti tradat, quem à morte liberauit, & sit eius animæ duplicatus infernus, & proptereà non approbo talem consuetudinem, vt per meretricem damnatus ad mortem liberetur sub spe illam ad Dominum conuertendi, sed suam reportet facinorum pœnam ne ad peiora in futurum habilitetur.

Cui prerogatiuę cōsimilē aliā, sed honestiorē posuit *Cass. vbi sup. n.* 1 10.
168 quod si aliquis vxoratus ducatur ad patibulū ex aliquo delicto, & antè executionē sētentię ipsi indulgeatur; dūmodo intret in monasteriū ad pænitendum, à quo si exiret gratia, & indulgētia habeatur pro non facta, sed suā reportet cōditionis pęnā; si postquam ingressus, mulier suū virū repetat, cū ei dādus sit, & denegari non liceat, exeundo pœnam aliquam non reportabit, quod tu singularitèr nota per huius secundi cap. priuilegiorum mulierum coronide.

DE

IHS

DE PRIVILEGIIS MVLIERVM.

CAPVT TERTIVM.



SVMMARIVM.

1 *Mulierum appellatione continentur tam virgines, quam corrupta, vidua, &c.*

De priuilegijs mulierum circa statum, & conditionem.

CAPVT TERTIVM.



RACTAVIMVS in præcedenti capitulo de honoribus, & dignitatibus mulierum, verùm, quia earum gradus, status, & conditio multiplex est; aliæ enim sunt impubes, aliæ adultæ, aliæ virgines, aliæ vxoratæ, aliæ viduæ, aliæ solutæ, & honestæ, aliæ meretrices, aliæ seculares, & aliæ cęlibatæ, aliæ legitimæ, aliæ naturales, & similes, de quibus non erit hic habenda ratio, ideò in præsenti capite, vt iuris continuationem assequar, dùm non omnes mulieres possunt habere honorem, & dignitatem, de hac fœminarum diuersitate, oportunè differere censui, sub diuersis specialibus.

Nec videatur hoc vobis nouum, cum omnes istæ debeant adhiberi distinctiones, quando de mulieribus loquitur, quasi sub nomine generico, etenim sub earum appellatione etiã virgines viri potentes, infantes, & corruptas contineri scripsit *Paul. lib:*
1 *2.ad edictum in l.mulieris 13.*& ibi *gl. ff.de verb. & rerum signatione*, dum non semper, quod lex loquitur ad fauorem mulierum, de omnibus intelligendum est, sed de ijs, quæ secũdùm suam materiam sunt præmio, & pęna dignæ, atq; capaces, & adaptatur priuilegium attenta conditione vniuscuiusque *ex lege scio. 10. ff. de annuis leg. prout in specialibus sequentibus apparebit.*

DE PRIVILEGIIS MVLIERVM.

SPECIALE PRIMVM.



SVMMARIVM.

1 *Impubes quis quando dicatur, & pubes, quis, & à quo denominetur. & n. seq.*

..*Pubertas prius quomodo cognoscebatur.*

..*Puber antiquitus alio vocabulo protestata dicebatur, & vnde sic dicta.*

..*Dicitur fœmina post annum 12. masculus post 14. & quarè tardius fiat maris pubes, quam fœmina? & num. seq. & quomodò obseruatur in legato alimentorum.*

2 *Mulier habet sanguine feruidiorem ad venerem, quam homo.*

3 *Pupillus rem suam alienare non potest, immò nec minus soluere debitum creditoribus, sinè tutoris authoritate, sed benè recipere solutionē, sed quādo soluens est liberatus.*

..*Ad conseruandum eius bona, est priuilegiatus plusquam fiscus.*

..*Præscriptio non currit contra pupillum durante pupillari ætate.*

4 *Pupilla non potest contrahere matrimonium ante 12. annum completum, & contractū, dicuntur sponsalia, vndè si cum alio copuletur, validum erit matrimonium, vt in num. seq.*

5 *Pupillus potest testari in 14. anno dato non sit completus.*

..*Coire mulieres quando incipiant.*

6 *Argumentum vales de matrimonio carnale ad spirituale.*

7 *Monialis non potest esse puella, nisi excedat 12. annos, nec profiteri, nisi excedat 16.*

8 *Matrimonium spirituale sola voluntate mulieris fieri debet, sicut carnale.*

9 *Inducentes, vel prohibentes mulieres ad suscipiendum sacrum velamen, excommunicatur.*

10 *Moniales priusquam profiteantur, experienda sunt.*

11 *Matrimonium an sit validum si per vnum diem ante 12. annos completos contractum sit, iudicis arbitrio remittitur, si constet de potentia generandi.*

12 *Connanus quomodò sit intelligendus dicens, puberem illum dici, qui 14. anni diem vltimum incepit.*

..*Dies inceptus, habetur pro expleto in fauorabilibus, secus in odiosis &c.*

13 *Scholaris doctorandus, sufficit inchoasse annum 21.*

..*Sacerdos quis esse potest, si tamen habeat 24. annos, & diem vnum suæ ætatis, sic etiam, & decurio.*

14 *Ieiunare tenentur, qui annum 21. compleuerint.*

15 *Minor delinquendo mitius punitur ratione ætatis, si tamen sic iudicis arbitrio videbitur.*

16 *Matrimonium inter impuberes contrahi quando potest, vt valeat.*

17 *Affinitas superueniens post concubitum non*

non dirimit matrimonium.

18 *Impuberes ante tempus pubertatis generasse, traditur per plures casus.*

19 *Matrimonium facit copula quando?*

20 *Maritus cognoscendo suam sponsam impuberem, an de stupro teneatur?*

21 *Pupillaris substitutio facta pupillo quomodò expires ante annum 14.*

22 *Mulier contrahendo matrimonium cũ pupillo, non poterit amplius dissentiri, sed bene pupillus.*

23 *sponsalia de futuro contrahere impuberes non prohibentur.*

24 *Sponsalia possunt contrahi per parentes, sed non matrimonia.*

25 *Sponsalia contracta per consanguineos non obligant impuberes ad illa perfectionanda, nisi ipsi voluerint, puberibus factis.*

..*Non inducunt impedimentum publica honestatis ante septemnium, secus post, sed quando.*

..*Quomodò confirmentur postquam contracta sunt.*

26 *Puella ingressa in Monasterium, cum impubes sit, nisi post ætatem perfectã dixerit, & confirmauerit voluntatem se velandi, non debet eius professio acceptari.*

..*Ingressa causa educationis, si impubes sit, & fiat pubes ibi, & dicat se velle habitum religionis suscipere, quę seruanda sunt.*

27 *Impuberes luxuriando, non tenentur ex delicto carnis.*

DE MVLIERIBVS IMPVBERIBVS.

CAPVT TERTIVM.

SPECIALE PRIMVM.



1 Mpubes itaque tunc dicitur, (& tetigimus etiam *cap. 1. sub nu. 4.*) quãdo mulier pube caret, silla lanugine, quæ oritur circa pudenda, & ex aspectu, siuè illius inspectione iudicabitur, quando pubes erit, nempè facta fœmina ad generandum apta, *cap. puberes 3. de desponsat. impuber.* vndè dixit *Virg. 3. Æn. Pulcro corpore virgo pube tenus.* quo maturitatis signo, haùd in puella apparente, non dicebatur ad concipiendum habilis; hodie verò, cum impudicum esse visum fuerit nostro Imperatori Iustiniano, per hac regulam pubertatem cognoscere, vt notauit etiam *Abb. in d. c. puberes n. 2. & Aldobr. in §. pupilli Quib. mo. tut. fin. n. 9. &* 19. statuit, impuberẽ illã dici, quæ adhuc nõ est peruẽta ad annũ 12. & alio vocabulo antiquitus protextata dicebatur, sic dicta, ex quodã vsu vestium, quas induebantur *l. 3. §. in hoc interdicto,* vbi gl. *lit. N. ff. de lib. exhib.* quo verò non tantùm incepto, sed completo pubes dicitur, & viri potens *§. nostra authoritate inst. quibus mod. tut. fin.* ibi in fine, vt post 12. *annum. completum viri potentes esse credantur*, quod non est in masculo, sed oportet, vt ipse excedat annum 14. *l. 2. C. quando prouocare non est necesse, gl. in l. qua ætate 5. ff. de testam.* tamen si aliquod pro alimentis fieret ipsis legatum, pupillaris ætas currit in masculo, vsque ad annum 18. & in fœmina vsque ad 14. *l. mela* 14. vbi *Bar. ff. de alim. & cib. leg.* quo tempore lanuginem immittere expertũ est, vt in *d. §. legitur* & probat *Cagnol. in l. fœmina §. item impuberes, ff. de regul. iur. n. 1. Connanus commentar. iuris ciuil. lib. 9. lit. I fol. mihi 576. à t. Cassan. ad consuet.*

burg.rub.6. §.4.*ver.En eage Souffisant. num.*13. & est *tex.in d.c.puberes*, ante, quod tempus regularitèr reputatur, adeò inhabilis, quod *Host. dixit in sũma de frig. & malefic. n.3.* quod omne delictum cadit in impuberem, præterquam carnis, & quare tardiùs in mare hoc eueniat, quia cum ex calore, & in calidiori parte pubes nascatur, mulier habet sanguinem feruidiorem ad venerem, quam homo,
2 secundùm *gl. in addit.* §.*masculi nu.*50. *inst.nupt.* & *Hostiens. in sua summa lib.* 4.*de desponsat.impuber. ver. quis dicatur impubes num.*1. ne cum communi transeamus, quod mala hærba cito crescit, quibus contradicit *Tiraq.l.9.con. supra numer.* 148 *fol.* 112.*col.*2. *àter.*

Existente pupilla in pubertate, omni caret actione; nil enim agere potest, dum rectum consilium deest, quapropter ei rem suam aliquam
3 alienare interdictum est, §.*nũc admonendi inst.quibus alien.licet,vel non* ibi *neque pupillam, vllam rem sine tutoris authoritate alienare posse*, immò nec minus creditori soluere, dum solutio potest esse indebita sine tutoris interventu, vt legitur *in* §.*fin.* qui hanc rationem adducit sub *nũper citato tit.* §.*quia id, quod soluunt, non fit accipientis* est verum, quod si aliquid pupillo soluatur, quo in casu secundùm *consuetud.nostram Neapol. Pupillus de integr. rest.* non poterit si fuerit læsus contra aliquem recurrere, nisi tutore prius discusso, potest solutum accipere, facit enim meliorem conditionem suam, & non est in modicum priuilegium reputandum, dum prohibetur dare, & conceditur habere, ità notatur ex § *contrario,inst. eod.tit, quib.al.licèt,vel non,* ibi *omnes res pupillo, & pupillæ sine tutoris authoritate rectè dari possunt.* & hoc non est mirũ, dum pupillus maiora habet priuilegia, etenim ad præseruandum, & conseruandum sua bona est priuilegiatus plusquam fiscus, & durante pupillari ætate, præscriptionem contra minorem non currere, docet *Cass. ad consuet.burg.rub.6.*§.4.*ver.separ lepere, &c. num.*13. licèt soluens non sit, nisi plenè liberatus: dum plenior liberatio est, si accedat tutoris authoritas, quo in casu non poterit denegari pupillo in integrũ restitutio aduersus debitorem: licèt ipso iure dicatur liberatus, si tamen consumpta sit pecunia, §.*nunc admonendi inst.quibus alien.lic.vel nõ*, & propterea cautiùs erit, si soluat cum iudicis decreto, dum tunc plenissimè liberatus extat. *l. ait pretor* 7.§.*permittitur*, vbi *gl. ver.imputandum, ff.de minor.* in *l. sancimus* 25.vbi *Bal. & cæteris, C.de.adm. tutorum*, ac in *l.*1. *C.si aduer.vendit.*

Sic etiam non potest contrahere matrimonium, duodecimo anno non expleto, dum hæc ætas de iure, tam ciuili, quàm canonico ad hoc magnũ sacramentum perficiendum requiri-
4 tur, vt in *c.*2.3.*& c.continebatur* 6.§.*si autem de desponf. impub. l. minorem* 4. *ff.de ritu nup. gl.in d.c.*2. *lit.D.* & *Abb. in c.tua nobis* 13.*num.*6.*eod. tit. de desponf.impub.* qui tenet cum *Host.ibi*, & alijs, non valere matrimoniũ, hac ætate non completa contractum; & licèt dies inceptus habeatur pro expleto, ita quod si incipiat dies vltimus pubertatis, potest impubes face-
5 re testamentum, vt in *l.qua ætate* 5.*ff. de testam.gl.in* §.*præterea ver. impuberes inst.quib.nõ est perm.fac.test.* nihilominus, hoc in matrimonio non procedere, tenet *Abb. vbi supra*, quia dispar militat ratio; dum in testamento inspicitur ætas simplicitèr propter se tãtùm, citra aliquam aliam causã; vndè paruum tempus poterit dispensari; in matrimonio verò non tantùm respicitur puella, sed eius potentia coeundi, quæ illo tempore datur ex *Connano lib.* 8. *commentar. iur. cap.* 1. *lit.C.f.*505. contra *Incarnatum in suo Scrutinio ad tit.de sponsalib.ver. in qua ætate, fol.* 124. & quantò vlteriùs progreditur ætas, tantò magis habilior redditur, qua de re cum esset dispon-

sa-

sata quædam puella, quæ habebat 12. circitèr annos; & postmodum fuit alteri copulata, quia non constabat de præfecta ætate, dum dictio CIRCITER ad plus, & minus tẽporis extenditur, fuerunt reputata sponsalia, & non matrimonium, & secundus tractatus, in quo perfecta ætas accessit, habitus pro motrimonio *tex. est cum gl. in c. fin. de sponsationibus impuberum*, & si argumentum valet à matrimonio carnale ad spirituale, & è
6 contra *c. cum inter* 21. §. *fin. in medio de elect. & electi pot.* Boer. *decis.* 129. *n.* 7. & *Ricc. collect. decis.* 500. eod. modo, statutũ esse videmus in monialibus, vt si puella sacrum velamen suscipere voluerit, 12. annos excedere de-
7 beat *c.* 2. 20. *q.* 2. vbi *gl.* declarat, scilicèt, *Quod intellige de puella post* 12. *annum*, & clariùs explicauit S. C. *Trid. sess.* 25. *cap.* 17. ibi, *vt si puella, quę habitum regularem suscipere voluerit, maior* 12. *annis sit*, in professione postmodum emananda, requiritur ętas maior, quam in susceptione habitus, dum debet excedere 16. annos, vt in *ead. sess.* 25. *cap.* 15. proùt cognoscimus etiam, ista matrimonia inter se conuenire circa consensum, dum in *cap.* 1. *à num.* 54. *ad* 57. probauimus in matrimonio contrahendo, alienã voluntatem non requiri, nisi coniugatorum, eodem modo ad spirituales nuptias perficiendas, non exigi debere alterius consensum, quam
8 puellæ, certum est, per *tex. in d. c.* 2. §. *si verò, & c. hoc sanctum* 16. vbi *gl.* 32. *q.* 2. immò anathematizantur violentiam inferẽtes virginibus, vel viduis, vt monasterium ingrediantur, vel eas celibatam vitam ducere prohiben-
9 tes per eundem S. C. *Trid. vbi supra cap. Anathemati* 18. vndè praxis est, ne puellæ vi ad monacationem inducantur, priusquam profiteantur, debent per spatium 15. vel 20. dierum
10 ante, per ordinarium loci interrogari, & sit mihi sic fas loqui, tentari, si verè earum intentio, & animus sit Deo seruire, abrenunciare satanæ, & pompis eius, & perpetuò in clausura permanere, quia posset se pęnitere, & pœnitentia non prodesset, nisi ad disperationem, & ita se tutum reddere de intentione futuræ monialis, quæ nisi liberam in monacatione nõ habeat voluntatem, non debet admitti ad coactam professionem, ità latissimè *Ricc. collet.* 2582. est verùm, quod idem *Abb. vbi supra* remittit hoc in iudicis arbitrium, si constito de potentia generandi, matrimonium ante completum annum 12. etiam per vnum diem, validum censendum sit: validum quidem ego puto post lapsum dicti diei; & sic, finito tempore firmum erit, vt desumitur ex eo-
11 dem *Abbate supracitato loco*, quod idẽ est dispositum in *d. c.* 2. de spirituali matrimonio in illis verbis, scilicèt *At si annum, & diem id dissimulando consenserint, vlteriùs nec ipsi, nec ipsa mutare hoc poterũt*, & circa illud, quod
12 affirmat *Connan. comment. iur. lib.* 3. *lit. C. fol.* 175. puberem, nempè illum dici, qui 14. anni diem vltimum incepit, & portat *tex. in supracitata l. qua ætate.* intelligendum est in alijs actibus, quam sponsaliorum, scilicèt in testamento, vt diximus; dum *Vulp.* ibi decidit valere dispositionem factam in anno 14. natalis sui *gl. in* §. *cum ergo, ver. testamentum inst. quib. ex cau. manum. non licèt*, dummodò non sit sub potestate parentum, secundùm *Gram. ibid. num.* 5. licèt non esset completa dicti temporis vltima dies, vt aduertit idẽ *Conn. eod. tract. l.* 9. *f.* 176. *àt. lit.* K. *& fol.* 777. *lit. A.* secundùm quem verùm est diem inceptum haberi pro expleto in fauorabilibus, ità ponimus exemplum in scholare doctorando, qui & si annum 17. non excedat de iure communi statutum secundùm *gl. in l.* 1. §. *initium*, vbi etiam *Bar. num.* 2. & addentes ad eum, *ff. de postul.* & eundem *Bar. in l.* 1. *num.* 17. *C. de dignita. lib.* 12. & in regno nostro annum 21. attentis literis *Ill. Comitis*

Mi-

Miranda anno 1591. directis almo huius Ciuitatis Collegio, vt testatur Regens Rou.super rub.de schol. doctor.n. 11.& prag.7.eod.tit.ver,quinto, vbi dicit,che nessuno si possa graduare, se non hauerà l'età di 21.anno,ordinando,che non si dispensi al mancamento di detta
13 età sotto le pene di sopra stabilite, nihilominus non obseruatur, sed sufficit inchoasse,vt ipsæ expertus fui in meo doctoratu, dum de benignitate remittitur paruum tempus expectãdum pro illa complenda ætate,est ratio, quod si quis non est habilis in anno 20.cum dimidio,non potest habilitari per alios menses sex,& proptereà concurrente habilitate,deberi, & posse dispensari ante annum 21, ex professo tenuit D. Consils.Antonius Florillus in suo paruulo tractatu edito, cũ adhuc scholaris esset demõstrãdo ingenij pspicacitatẽ de scol doct, super d.prag. 7.per tot. id etiã videmus in sacerdote qui,debet habere ętatẽ 25.annorũ; tamen si tetigerit diem vnum dictæ ætatis, potest ad dignitatem sacerdotalem ascendere,Tol.in summa lib. 1,cap.61.num.1.Nauar.in suo manuali cap.25.num,116. prout dixit Cagn. in l 2.§.1.num.17.ff.de regul. iur. de decorionatu, quod si quis intret in annum 25.potest esse decurio, licèt nõ excedat,quia in hoc habetur pro expleto. In odiosis verò alias obseruatur,quia annorum prefixus numerus, debet tunc esse completus, vt pęna possit euitari, in obseruantia ieiunij statuitur terminus 21.annorũ, vt per
14 Nauar.cap.21.eius summa,num.16. & Eman.saluf.in suo aphorismo ver. ieiunium 9. fol. 156. sed vt quis non ieiunando obligetur sub pęna peccati,debet esse expleta ætas prædicta, adhoc,vt quantum est possibile liber sit à culpa,sic minor delinquendo ratione ætatis non flagitij ordinaria punitione plectitur,sed extraordina-
15 ria mitiori,teste Gomes.to.3. var. resol. cap.1. de delictis num.60. vbi dicit fuisse liberatum quendam minorem à sui delicti communi pęna, sequitur Ludou.de cis.luce.17.num.41. & seq. & Reg.Rou super prag.1.de minor num.8. gl.in cap.1. de delictis puerorum, & est tex.cũ ibi gl.in l.si minor 36.ff.de adult. ex quo habetur, quod si impubes adulterium commiserit lege iuliæ dispositione coarcendus nõ est,& multa opportunè in hac materia dixi in §. in summa inst. de oblig. quæ ex del. nasc. sedtamen hoc, secundùm prædictos iudicantis arbitrio remittitur, si parcendum sit ætati, vel communi pęna facinoris debeant puniri, quod in Regno nostro per dictam prag.1.de minor. statum est omni quæstione semota, vt iudicis arbitrio inspectio relinquatur,quomodò se debeat habere in delictis minorum, cum non possit in illis impuniendis pro maiore haberi,dum sumus in pęnalibus, nisi fuerat quatuordecim annorum ætas integralitèr completa, secundùm Rou. vbi supra in illis verbis, vt in
16 pubere maiore 14.annis,& minore 25. est tamen verùm,quod etiam in causa matrimoniali, quandoque valet matrimonium contractum ante 12. annum, casus est si pro bono pacis contrahatur,puta si erit bellum inter Principes,quod per parentelam terminare voluerint, quia, & si non sit nubentium perfecta ætas poterit matrimonium contrahi,& consumari c.2.supracitato de sponsat.impub. vbi gl.refert hunc carmen.

Pax vt seruetur,moderamen iuris habetur.

gl.in §.1.inst.de nup. in addit. lit.A. sic etiam valet matrimonium si ante tempus 12.annorum fuerint sponsi habiles ad coeundum c. de illis 9. de tit. de desponsat.impub. Abb.in præcitato cap.tua nobis num.7 eod.tit.& Florillus, vbi supra num.157.ex ratione gl. in d. §. 1. de nupt.in additione, dicentis,sub lit.H.In matrimonio copulando,non cognosci pubertatem ex annorum numero,sed ex potentia coeundi per tex.in d.c.puberes 3.de desponsf. impub. ibi,

ibi,

ibi, *certum autem est eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generare iam potest*, c.2.27. q.2. Et eodem modo si ante nubile tempus contrahitur, siuè scienter, siuè ignoranter, & copula interuenerit, nam ex hac coniunctione conualidatur matrimonium, ex dispensatione malitiæ facta ætati, quam per concubitum superauit, *c. continebatur 6.* §. *si autem fuerit nuper citato tit. c. iordana mulieris l'ult. de eo*, qui *cognou. consang.* vbi *gl.* & *Gom.d.lib.3.var.res. eod.cap.1.num.60.* sed huic ætati citra vrgentem causam de facili adhuc per Papam dispẽsatur, quod ordinarijs locorum prorsus interdictum est, & nota, quod per intempestiuam coniunctionem, vt diximus, non dum firmatur matrimonium ante debitum tempus contractum, sed affinitas inde superueniens forsan post concu-
17 bitum, illud non dirimit *d.c.Iordana* vbi *prater gl.* notat hoc idem *Panorm. num. 1. & 2.* nec pro impossibile putandum est, vt ante duodecim annos puella, & 14. pupillus generent, dum casus euenerunt in facto, qui nos, philosophos, & medicos ab omni quæstione liberarũt; quod impuberes possunt pubescere ante duodecim annos in fœmina, & 14. in mare, sic
18 testatur *Abb. in supra citato c. puberes num.3.* & addentes ad eum in *d.c.Iordana lit.A.* qui referunt de quodam puero nouenni, qui grauidauit suam nutricẽ, quod antea dixit *D.Gregor.in suo dialogo* relatus per *gl in quæst. 1. causa 20.ad finẽ*, & *D.Hieronym.in Ep. 85.ad Ditamum*, ait quod Salomon, & Achas procrearunt liberos in anno 11. ac *Host.* qui dicit vidisse, tam fœminas diuersas, quam masculos generasse in pupillari ætate, & meminit *Gomes, vbi supra;* vndè concludendum est; prout dixit *Rapha. Cu: cons.181.* quod incipit *Proponitur,&c.* ante tempus à iure præfixum considerari posse pubertatem, mulieremq; aptam ad coeundum etiam, quod longè distet ab annis legitimis, & sic impubes, si cognoscatur, matrimonium, quod non poterat cum pupilla dari, firmum erit, ad quæ vide *tex.in c. at nobis 8.* & *c. fin. de desponſ. impub.* nec sponsus poterit de stupro coargui; secundùm *Gram. cons. ciuil. 21.nu.2.* & cum optima ratione, quia cum illud fit maris, & fœminæ coniũ-
19 ctio, vt in *cap.1.* dictum est, plus vltra hoc non requiritur, cum in isto casu copula matrimonium faciat *d. c. Iordana*, §. *quare*, ibique *gl. lit.A.* & *Abb. num.1.c.sufficiat el 2. 27. q. 2.* scilicèt quo ad perfectionem, quia non potest separari; ex vnius tantùm voluntate *c. 2. & c. ex publico 7. de conuers. coniugat.* immò nec etiam Papa dispensare, secundùm *Cagnol. in regula nuptias num.2. & 6.de reg.iur.* quia in reliquis solus consensus facit matrimonium *d.reg.nuptias, c.2.27. quæst.2. Abb in c.tertio loco 13. in ordine num. 5.de Presupt.* & ipse diffusè explanaui in publico gymnasio huius nostræ Ciuitatis super expositione dicti *tituli de reg. iur. anno 1654. & 1655.* ac *Host.in summa in tit.de desponſ. impub. ver. quod iuris num. 13.* licèt de iure ciuili dixerint *Neap. & Andr.* relati per *Matth.de Affl.super const.si quis rapere num.17.de raptu,&c.* teneri maritum de stupro cognoscentem suam sponsam impuberem, quod iure canonico improbatur, secundùm relata
20 *d.de Affl vbi supra eod nu.17.* & quid si postmodum renuent contrahere, an possit per loci ordinarium ad contrahendum compelli, vide *pract. genuens cap.14. per tot.* Et hoc adeò verùm est; quod si filio pupillo fuerit facta pupillaris substitutio, illa expi-
21 rat si pupillus filium fecerit, ita *Bar.* & addentes ad eum *in l.si pupillari 14. in fine, ff.de vulg. & papill. sub.* & addentes ad *Abb.in d.c.puberes lit.B.* nota tamen hoc, quod si mulier viri potentes contrahat cum impubere, non poterit ipsa amplius dissentiri, sed bene ille, cui nupsit valet à nuptijs re-

recedere postquam ad legitimam ætatem peruenerit, & matrimonium non perfectionare, *tex. est singul. in §. mulier quoque*, vbi *gl. inst. can. de spons.*

Colligitur itaque ex his omnibus, quod regularitèr impubes puella matrimonium contrahere prohibetur, sed non sponsalia de futuro *cap.*
23 *quod intra q. 1. causa 20. & toto tit. de desponsat. impub.* & habet locum etiam si subharratio interuenerit, nam adhuc sponsalia dicuntur *cap. tua nobis*, vbi expressè *gl. & Panorm. nu. 1. eod. nuper citato tit.*

Et hæc differunt in multis à matrimonio; & signantèr, quod possunt contrahi per parentes pro filijs impuberibus, vt latè dictum est supra *cap. 1. à num. 50. vsque ad 63.* matrimonium vera non, nisi consensus cō-
24 trahentium accedat *cap. 1. supra eod.* possunt dissolui ad libitum contrahentium voluntatis *d. cap. quod intra*, per hæc verba. *Quod intra annos pueritia tradidi, cum adulti fuerint, liberū habeant arbitrium manendi, vel dissoluendi. Host. vbi supra d num. 13.* immò non inducunt impedimentum publicæ honestatis, si cum minoribus septemnio sint cōtracta *c. littera 4. eod. tit.* dummodò post septemnij tempus simul non cohabitent *cap. duo pueri eod. tit.* est ratio, quia ante septennium nō habent vsum rationis, vt optimè ex *Didaco de Medrano cap. 7. de consensu connubiali*, & si non possunt peccare, à fortiori non possunt inducere impedimentum publicæ honestatis, & ex hoc intelligimus, quod dixit *Abb. in c. accessit 5. eod. tit. de desponsat. num. 3.* prohiberi sponsalia contrahi septennio non completo, nempè habere locum, & procedere, quo ad perfectionem actus, dum post septem annos firmitatem ipsa sponsalia recipiunt, ad quæ faciunt dicta *Portij inst. de nupt. §. instas autem num. 6. & 7.* ante verò non, cum nec obligationem aliquam, nec causam honestatis inducant, dum carent consensu in parua tam ætate, vt legitur in *d. c. accessit*; possunt igitur firmari, & ad perfectum matrimonium reduci duplicitèr, vel ex actu copulæ, vt dictum est, vel ex confirmatione expressa post pubertatem *d. c. quod intra*; *c. de illis 4. §. fin. & cap. attestationes 10. &*
26 *consultationi tit. eod.* & *Host. d. nu. 13.* sicque etiam dicas, quod si aliqua puella detrusa fuerit in monasteriū, vt cœlestes diligeret nuptias, ante nubilem ætatem, facta maiori non potest compelli ibidem permanere, nisi expressa eius voluntate, confirmauerit habitum suscipiēdi animum retinere *cap. illud 10.* vbi *gl. 20 q. 1.* & clarior *gl. est in d. cap. quod intra*, & hodie obseruantia est, & possum ipse de visu testari in hac nostra Ciuitate, quod quando ingrediuntur puellæ aliquod monasterium monialium educandæ, & postmodum monacandæ, vt prorsus absit omnis præsumpta compulsio consanguineorum, vel monialium extrahuntur à clausura, & tamquam seculares tractantur, & comitatæ ducuntur per loca voluptatum, ut experiantur uitam secularem, & possint se deliberare, si cælibatam, vel mundanam ducere uolunt ne postmodum eis pœnitentiæ remaneat occasio.

Sunt tandem respectu ætatis priuilegiati impubes, licèt sit priu legiū in malo, quod si malitia superante
27 ætatem ante nubilem annum luxurientur, ullo modo ex delicto carnis teneri, post disputatum articulum concluait *Gom. tom. 3. ver. resol. d. cap. 1. num. 60. de delictis*.

DE

DE PRIVILEGIIS MVLIERVM.

SPECIALE SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *COgnito uno de contrarijs, cognoscitur, & reliquum.*
2 *Puella post annum 12. dicitur adulta, & impubes.*
..*Adulta, quæ sit, & vndè dicatur:*
3 *Ætates connumerantur, quot sint.*
..*Ætas hominum florens, quæ.*
4 *Pupillus, quis dicatur.*
5 *Adultus æquiparatur pupillo, & sicut pupillus, bona sua alienare non potest.*
6 *Alienatio bonorum pupilli, vel adulti, etiam si interueniat tutorum, vel curatorum consensus non valet, absq; Iudicis decreto.*
7 *Adultus, in quibus pupillo æquiparetur, & in quibus, non.*
8 *Stipulari non potest adultus, sine curatoris interuentu, & stipulando, neque ciuilitèr, neque naturalitèr obligatur.*
9 *Adultus carens curatore, si stipuletur, valet stipulatio, sed si lædatur, habet restitutionem in integrum.*
10 *Voluntas humana est ambulatoria vsque ad mortem.*
11 *Pupillus postquam se miscuerit in hæreditate, an ab ea se abstinere possit, & quid de adulto?*
12 *Mulier adulta alienando, sine curatoris authoritate, alienatio non valet.*
..*Potest testari in anno 12. sed masculus in 14.*
13 *Puella quando est maritanda, & sunt dissentiones inter consanguineos, & tutores, quid seruandum, in praxi dicitur.*

DE MVLIERIBVS ADVLTIS.

CAPVT TERTIVM.

SPECIALE SECVNDVM.



Dulta postmodum, vt continuatè differã de gradibus, & conditionibus mulierũ, quæ sit, non erit multum difficile de ea, cognitionẽ habere ex regula, ꝙ cognito uno de contrarijs, cognoscitur, &
1 reliquum. *Abb. in c. puberes in princ. de desponsat. impub.* & *Hostiens in sua sũma, eod. tit. ver. quis dicatur impubes. n. 1. tex. est in institut. de ijs, qui sunt sui, vel alie. iuris in l. 1. & 2. ff. eod. in leg. pomponius 40. §. sed & 15. ff. de procuratorib. & in §. 1. institutione de tutel.* Ea ergò dicitur, quæ annum duodecim excedit, quo transacto ex impubere ante; pubes fit. i. uiri potens, & habilis ad generandum, secundùm
2 *d. Abb. vbi supra num. 1. & Host. in tit. de dispons. impub. in sua summa, ver. quis di-*

*dicatur impubes,& num.*1. denominaturque adulta à uerbo adolere, i. crescere, & quo ad corporis staturam, & quo ad annorum numerum, post quem, aliud à iure datur ætatis uocabulum iuxtà uersus.

3 *Infans, indè puer, adolescens, post iuuenis, vir,*
Dicitur indè senex, & posteà decrepitus fit:
Annos prima tenet septem, posteà altera bis tot;
Terna quater septem, sed quadraginta quaterna
Annos exultat ad quinquaginta iuuentus.
Sed si porrigitur ad septuaginta senectus,
Ex tunc decrepitus incerto tempore durans.
Item nota versus de ætatibus mundi
Patris Adam, iustusque, Noe, magnum pater Abram.
Et post hæc Moyses, Dauid, natusque Redemptor
Septima fine caret, locat in requiem beatos.

Ex quibus non dum paruuli Mundi ætates habes, sed etiam totius Mundi principium, & finem, qui erit requies beatorum, ad quam ipse Dominus, misericordiarum pater nos clementèr inducat per sãguinem Christi sui. Amen. Imò desumitur ex carminibus istis, tertiam nostram ætatem, esse verè florentem, & virginem adultam, quæ viro est matura, plenaq; nubilibus annis, quod etiam *Virg. docuit.4. Ge. de Apibus*, ibi *adultos educunt fœtus*, & *Cicer. de cla. Or.*5. in illis verbis. nēpè *Eam tuemur, vt adultam virginē castè*, quas ætates quãdo deficiũt scripturæ, aut testes; posse probari ex aspectu, voluerunt clarissima iura in *l. minor viginti quinque annis* 33. *ff. de minor*, & in *l. unica, C. de mendic. validis lib.* 11.

De hac igitur pubere, siuè adulta simplicitèr nonnulla attingam, etenim statimatque, quod alia concurrunt adminicula mutat speciē, & cōsequentèr mutat nomen, prout diximus de impubere, quod simplicitèr,
4 est minor 14. annis si masculus, si fœmina 12. cui postmodum si adiungatur, quod caret patre, mutat nomen, & dicitur pupillus, & orphanus, secūdùm *psal.* 9. *in fine. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor, tex. est in l. pupill.* 239. *ff. de verb. & rerum signif. Host. nuper cit. supra nu* 2. vndè si adulta habeat patrem dicitur filia, si maritum vxor, & sic de singulis, sermo meus intentioni secundus erit, hic loqui de simplicitèr solis adultis.

5 Istæ enim sunt priuilegiatæ ex cōparatione pupillorum, vt dixit *Alex. ad Bar. in l.* 2. §. *si à pupillo lit.* B. *ff. pro emptore*, dum pari passu ambulant, & vti pupillus immobilia, & ea, q̄ succedunt immobilium loco, alienare prohibentur per *tex. in l. magis puto* 5. §. *non passim. ff. de rebus eorum, qui sub tutela, vel cura sunt*, ita quoque adulto
6 interdictum est, secundùm *Alex. ibid.* & *gl. in l. si curatorem* 3. *C. de in integrū rest. ver. ses, quæ dixit*, quòd si adesset tutorum, vel curatorum consensus, adhuc alienationem inualidam volunt absque iudicis decreto; quod tene menti pro tua cautela; sic enim ipse practicatum vidi per peritos aduocatos, qui suis consulebant clientulis per *tex. in l. lex, quæ tutoris* 22. *C. de admin. tut.* & tutior erit si fiat sub hasta secundùm *Matth. de Affl.* vbi *Vrsill. decis.* 149.

Sed vt ex distinctione veritati magis inhæreas circa hoc, vtere differentijs notatis per ipsum *Bar. in l.* 1. §. *fuit quæsitum num.* 4. *ff. ad sen. cons. Trebell.* nempè aut intuemur ea, quæ sũt à lege disposita circa eorum bona; aut ea, quæ propter ipsosmet pupillos, & adultos tractantur: primo casu, non æquiparantur, sed in pluribus differunt, exemplum est in ætate; quę pupillo à lege terminatur in vno anno, vt desinat esse pupillus, & adulto in altero anno, vt maior omninò factus

ctus dicatur: secundo casu subdistinguendum erit, quod aut vertitur circa ultimam uoluntatem, nempè testamenti factionem actiuam, non sunt similes, dum adultus potest testari & si habeat curatorem, ut optimè idē *Bartol. in leg. aurelio*, 21. §. *Caius in princ. ff. de lib. leg.* & pupillus non, ut dictum est in *cap. 1. num. 7.* aut circa actum inter uiuos, & æquiparantur; nam ita est nullus actus si celebretur per pupillum sine tutore, sicut per
8 adultũ sine curatore *d. l. si curatorem 3.* ubi *gl. lit. T.* quæ uoluit nullitatem dari in actu, ipso iure, ob tutorum, & curatorum defectum, *C. de in integr. restitu.* *Bar. vbi supra*, & in *rubr. instit. de author. tut. & cur. nu. 2.* vbi addit adultum contrahentem citra curatoris interuentum, neque ciuiliter, neque naturaliter obligari: sed quid dicendum si curatore careat? est seruanda in hoc dispositio *tex. d. l. si curatorem*,
9 ex qua secundùm notata ibi per *Bal.* habetur contractum firmum esse, sed si fuerit læsus, aduersus eum fouet adultus in integrum restitutionem, ne decæptus remaneat; quod non idem postmodum de testamento intelligas; nam si testatur, non restituitur, si dicat inconsultè disposuisse, secundùm *Bart. in d. § fuit quæsitum num. 6.* quod ego, vt verum fatear parum cōsiderationis existimo istam Bar. ponderationem, & nullius vtilitatis, etenim si adultus testari potest, si non restituitur, poterit primam voluntatem tollere per secundã, & sic testamētũ reuocare, & consultè disponere, cum sit ambulatoria vsque ad
10 mortem *l. quod si iterum 4. ff. de admin. leg.* In adeunda verò hæreditate, quę dicitur factio testamenti passiua, etiam differunt pupillus, & adultus, vt probant verba *tex. in l. impuberibus 11. ff. de acq. vel omitt. hæred.* & sunt hæc. *Impuberibus liberis omnimodò abstinendi potestas fit: puberibus autem ita, si se bonis non immiscuerint.* pro cuius legis clariori intellectu est dicendũ
11 eum *gl.* ibi, & etiam *Bar.* licèt breuissimis verbis vtatur, quod si loquamur de impubere, qui se non immiscuit in hæreditate, & sine dubio poterit abstinere, secundùm *tex. in citata l. impuberibus*, si se immiscuerit sine tutoris interuentu, & erit idem, si cũ authoritate tutoris, & in hoc non datur ei abstinentia, dum interuenit, qui potuit conualidare actum, sed tãtùm in integrum restitutio, qua sibi succurritur, ne decæptus, & oppræssus remaneat. Si verò loquamur de adulto, & sine assensu curatoris adiuerit, & ius abstinendi non habebit absolutè immediatè, sed mediatè per in integrũ restitutionẽ, dũmodò in hæreditate se immiscuerit; sin autẽ nõ se immiscuerit, & idẽ erit, vt de pupillo, quod possit abstinere.

Reassumendo igitur præfata iura dicam mulierem adultam non posse contrahere, nec alienare sua bona, sine curatoris authoritate, aliàs enim actus ipso iure nullus est, & obligata vllo modo remanet, immò à fortiori, dum cum ætate concurrit sexus fragilitas, & duo vincula magis stringunt *auth. itaque, C. communia de succ.* sed posse testari, & hæreditatem adire iuxtà terminos suprapositos, immò est masculo magis priuilegiata, dum post annum 12. potest ista testari, & ille non, nisi post 14. ita *Bal. in c. quia mulier num. 3. de cohab. clericorum, & mul.* & habes in *cap. 1. nu. 7.* & circa materiam iudiciariam, non poterit adulta mulier sine curatore in iudicio inesse, siue actrix, siue rea sit ad similitudinem pupilli, cum quo in hoc adultus æquiparatur, vt voluit *Reg. Rouit. decis. 27. num. 7.*

Quo verò ad actum coniugalem, & adulta habet ad eius fauorem sanctionem *Imper. Seueri, & Antonini in l. 1. C. de nupt.* quod quando discordant
13 eius consanginei cum curatore, vel cum tutore, si adhuc minor est, remittitur in iudicis arbitrium resecare dissentiones, qui quæ vtilia sunt magis

gis puellæ perpendere tenetur, cuius imperatorum dispositio, sic seruatur hodie, quod ad euitaudum scandala, & captatoriam voluntatem sequestratur puella, & reponitur penès aliquem ministrum, vt omnis actus compulsiuus, & timiculosus euitetur, ibique postmodum puellæ voluntas experitur, & nuptiæ contrahuntur, vt meliùs videbitur causæ commissario, possem adducere, quàm plurima exempla, quæ hactenus euenerunt, & modò occurrunt; sed sufficiat illud, quod posuit *Episcopus Riccius* tempore suo in *collectanea 1826.* vbi sic practicatum fuisse testatur, & in terminis est dispositio *tex. in c. cum locum 14. de sponsal.* qui est per calamum omnium scribentium.



DE PRIVILEGIIS MVLIERVM.

SPECIALE TERTIVM.

SVMMARIVM.

1 *Virginis nomen plura continet, sed de qua hic, & num. 2.*
..Castæ mulieres, etiam virgines appellari possunt.
.Virginitatem à fecunditate non differre, quomodò intelligitur.

2 *Virginitas restitui non potest, etiam à Deo, & quare,*
..Factum pro infecto haberi non potest.

3 *Virginitas de facili perditur; & qua in hoc concurrere debeant?*
..Senex derisus, qui virginem duxit, quomodò respondit.

4 *Virgo vi deflorata non perdit aureolam virginitatis.*
..Si ad seruandam virginitatem voluntariè morti se tradas, etiam martirij coronam consequitur.

5 *Virgo à quo dicitur.*
..Semper talis est censenda, nisi contrarium probetur.
..Mulier in dubio præsumitur semper honesta, & pudica.

6 *Vxor, diues facta præsumitur ex bonis viri, & quare.*
..Bonus quisque, & non malus in dubio præsumitur.
..Augumentum factum in re dotali præsumitur ex bonis viri.

7 *Virginitas potest probari ex aspectu corporis, sed quomodò maltùs num.* 10.
..Amittitur virtute aeris.
..Palinurus vndè dictus.

8 *Virginitatis cartilago de facili rumpitur.*

9 *Ætas probatur ex aspectu.*

10 *Obstetrices pro diligentijs faciendis in eorum exercitio possunt recusari tanquam suspectæ.*

11 *Obstetricis munus fœminile est, & non virile, & quare.*

12 *mulieres naturaliter verecundæ.*
..Ianuenses sunt audaciores viris.
..Ianuenses non possunt examinari, nisi videantur cum Iudice, sed longè ne audiantur.

Io-

..Iuuenculæ tempore pestis amiserunt verecundiam.

..Signa nonnulla enarrantur, quæ indicant Dei flagella.

13 *Virgines infantes, & virgines adultæ an differant inter se.*

14 *Stuprantes virgines immaturas, quomodò puniãtur, & quomodò stuprãtes adultas, & quid si ancilla sint virgines remis. cum num seq.*

15 *Rapientes virginem, qua pœna plectendi, & qui sint veri raptores.*

16 Tex. in leg. vnica, C. de raptu virg. quomodò intelligatur.

17 Tex. in c. 6. S. C. Trid. de Refor. qui vult, raptorẽ teneri dotare virginẽ raptam, quomodò debeat intelligi.

18 *Raptores virginum sub prætextu matrimonij, quomodò debeant puniri?*

..*Excommunicationem incurrunt, sed quando.*

19 *Osculantes mulieres, quomodò puniantur, & quid si osculum detur causa matrimonij?*

20 *Puellæ sunt exposcendæ à parentibus in vxores.*

..*Matrimonium inter raptum, & raptam iure canonico permittitur.*

21 *Rapta non potest contrahere matrimonium, nisi à posse rapientis tollatur, ne voluntas sit coacta.*

22 *Raptoribus de iure authenticorum, quæ sit pœna statuta.*

23 *Delinquentes, qui non gaudent Ecclesiastica immunitate.*

24 *Raptores virginum, quando non gaudeant Ecclesiastica immunitate.*

25 *Stuprator de iure canonico quomodò puniatur, & quid si virginem non inuenit, quæ virgo putabatur.*

26 *Ius can. circa pœnas stupratoris per totum Mundum seruatur.*

27 *Stuprator cum rapta alias puniatur, quã stuprator simplex, & quæ sit ei ut pœna? cum recentioris casus euentu.*

28 *Raptus semper violentus præsumitur.*

..*Stuprum dicitur etiam si virgo spõte cognoscatur.*

29 *Raptores puellarum impunè interfici possunt si in actu raptus reperiantur.*

30 *Dos danda stupratæ, an debeat esse, secundùm conditiones mulieris, vel stupratoris remis.*

31 *Virginitatem etiam animalia colunt.*

32 *Virginem filiam quidã Romanus eques potius interficere voluit, quam pati, velle à Claudio deflorari.*

33 *Nuptiæ replent Mundum prole, Virginitas olimpum habitatoribus.*

..*Matrimonium est inuentum ad Mũdi repletionem.*

34 *Sponsalia non sunt spernenda.*

..*Coniugatorum non est disperata pro animabus salus, sed virginum est tutior status.*

35 *Virginitas est soror angelorum, & à gentilibus nuncupabatur socia Dianæ.*

36 *Cæleste est viuere in carne, & carnis operibus carere.*

37 *Virginitas mentis excellentior virginitate corporis.*

..*Corporis non potest dari sine virginitate mentis.*

38 *Virgines sunt aulici cælestis Imperij.*

39 *Virginitatis quamplurima feruntur encomia.*

DE MVLIERIBVS VIRGINIBVS,

CAPVT TERTIVM.

SPECIALE TERTIVM.

Virginis nomen plura complectitur, sed de ea tantummodò virgine tractabimus, quam nostra exposcit materia, ne in aliquam expostu-

la-

lationem incidamus; dum virgo etiã nuncupatur vnum ex signis Zodiaci per quę mensatim trãscurrit Phębus;
1 & ex Leone in mense Iulio, mitigatur æstiuus rigor statimatque, quod deuenit in mense Augusti ad Virginem,& benigior fit Apollinis ardor; virgo itidem est fontis nomen, cuius ductus adhuc Romæ conspicitur, de quod dixit *Mart.lib.7.*

Sed curis nisidas tantum propè virginis vndas.

Virginis etiam vocabulo continentur res omnes,quas incorruptas nominamus, siuè significare volumus; qua de rè *Cicero in orat.* philosophiã vocauit castam, verecundam, & incorruptam virginem, & possent sub hoc nomine in tali significatu contineri honestissimæ mulieres animo incorruptæ, quæ ab earum mente abstando omnis praua voluntas, cupiũt potius mori,quam honestatem,etiam per Regna fœdari,iuxta *tex. in c. ita ne il 3.*vbi *gl.32.q.5.*& *gl.in c.mutationes 34.ver.nec transfertur 7.quæst.*1.& *Azon.in summa*, C.*de mul. in quo loco num.3.* proùt legitur de Lucretia suo tempore omnium pulcherrima Romanarum,& probat versus *Virg.Eclo.6.* loquendo de Pasipha. trium liberorum matre dicens.

Ah virgo infelix, quæ te dementia capit.

Et propterea non est mirum si dixit *Alc.de ver.signif in l.ter enixa 137.nu.4.* virginitatem à fecunditate nõ differre, vt priuilegia, quibus tantùm parientes mulieres gaudebant,hodię etiam virgines potiantur,quia reuera virginitas, est maximum donum. Nos verò his omnibus prætermissis, eam hic virginem declarandam ducimus,quæ incorrupta,virum experta non est, illicò .n. quod fuerit ab homine cognita, virginitatis inestimabile perdet prætiosissimum margaritum,quod non inueniet amplius, cum virginitas restitui non possit, vt
2 legitur in *l. vnica circa primum*, C.*de raptu virg.* immò,quod est mirabile, & si Deo omnia possibilia sint,etiam vti Deus corruptum non potest reddere virginem, quia factum pro infecto haberi non potest *l. in bello 12. §. factæ, ff. de captiu. & postlim. reuer. Cagn.in l.iura sanguinis 8. num 2. ff.de reg. iur.* idem diffusiùs in *l. verum est num.3.* vbi etiam *gl. & Decius num.2. ff.eod.Ias.in l.si vir vxori num.7.& 8. ff.de acq.poss.* vndè dixit *Ouid.*

Nulla reparabilis arte

læsa pudicitia est,deperit illa semel.

Docet in terminis *gl. in d. l. vnica lit. G.*& *in c.si paulus 11.ver.suscitare 32. q.5.* & *Diu.Anton.3. parte eius summa tit.2.cap.2. de laude virginitatis*, § 9. *fol.42.col.2.in medio*, & hoc procedit non dum, quo ad carnis corruptæ restaurationem, sed etiam ad virginalis palmæ retributionem, dat rationem *gl.in d.ver.suscitare*,quia non congruit eius potentiæ, vt aureola coronet corruptos,hoc enim esset cõtra iustitiam,& ideò esse non potest,
3 quod comprobauit *gl. in c. causam el penul. lit. A. de probat.* & *Cassan.in 3. parte sui Catalogi,consideratione 39.in princ.*quæ virginitas quantum est sũmæ gloriæ tantum est magnæ fragilitati subiecta,cum non sit opus summo labore,vt virgo corrupta fiat, dũ cartilago,quæ illam custodit ex omni minimo labore rumpitur,quę ruptio, est de essentia, vt virgo dicatur corrupta,ita *Filiucc.vol.2.cap.3.de stu. pro à num.65. ad 70.* quapropter irridentibus nonnullis conciuibus quędam senem,qui duxerat in decrepita ętate puellam virginem, respondit (referente *Quin.lib.6.c.4.*) quod cras fuisset mulier, proùt etiam meminit *Alc.de verb. signif in l.mulieris 13. in princ.*tamẽ,si virginitas illa perdatur per vim, & violentiam, renuente, & dissentiente virgine deflorationi; licèt sit caro corrupta,nihilominus remanet intacta virginitas, quæ non
4 perdit aureolam, proùt legitur de Sancta Lucia, quæ dixit Tyramno, si

me inuitam violari iussoris, *palma mihi duplicabitur ad coronam*: *teste Soto in quarto sentent.dist.49. q.5. art. 2. fol.739. col.1.* & diffusiùs dixi in *Florilegio concl.28.num.27.Episc.Ricciul.de statu reprobo lib.2.cap.2. nu.7. per tex.in l.fœdissimam 20. C. de adulter.*ac tetigimus supra *cap.1. nu.152.* pro qua virginitate seruanda si aliqua puella voluntariè sibi mortem procuret;puta si in ignẽ,vel aquas se præcipiter cognoscens deflorationis periculum præter virginitatis aureolam, etiam martirij coronam consequitur,vt docet *Sot.vbi supra ver.postremum denique fol.742.col.2.*

Et iure mulier incorrupta fuit virgo denominata, quia sumit nomen à validiori,siuè à viridiori ætate,dum vllus flatus, nec vlla ætas ipsi comparatur, vel secundùm *Dansa de Pugna DD.to.1.rub.de remiss.caus.cap.2.*
5 *num. 2.* dicitur virgo à uiro non cognita,& in dubio semper uirgo censenda est,nisi alias in facto probetur: ratio est patens,quia oritur uirgo naturalitèr, quæ uirginitas sẽper inesse debet,nisi ex aliquo accidenti tollatur,est enim tanquam materia,quæ semper talis est, nisi aliqua forma in eo imprimatur,quæ sibi mutet nomẽ ita *Abb.in cap.1.de adult & stupro n.5.* quapropter dixi: *D.Reg.Capyc. Latro dec.14.num.8.vol.1.* quod mulier, cũ qua quis habet commercium præsumitur virgo,& filius ortus ex concubitu præsumitur natus ex stupro, sicut ex concubitu cum vidua, quod comprobant dicta *Bal.in l.unica,C.de raptu virg.*ad fauorem honestatis mulierum(licèt *Ang.*contradicat)nẽpè fœminam non nuptam, ne prauus sensus insurgat in sua pudicitia,præsumendam esse in dubio semper in sua castitate permanere, siuè de pudicitia mensio fiat à lege,siuè ab homine,& ex eadem ratione, ne fœde-
6 tur mulierũ honestas,dixit idem *Bal. in l quintus mutius num.1.ff. de donat. inter virum,& vxor.* introductum esse vxorem diuitem,talem euasisse ex viri bonis, & non alio modo ad euitandum adulterij scrupulum,& tantò magis, quod indubio quis semper bonus, & non malus præsumitur per *textum in legge merito 51.ff. pro socio*, & docet in terminis idem *Capyc. Latro decis.46.num.31.eod. vol.1.* & altera ratio esse poterit, quod mulieres naturalitèr sunt inhabiles, ad acquirendum, & propterea ex viri bonis, bonum ipsis obuenire putandum est, sicut etiam dicimus, quod augmentum in re dotali præsumitur etiam factum ex bonis, & industria viri per *Grat.discep.forens.cap.213.n.15. & 16.* & si de suo acquisiuisse diceretur,essent probãda,adducta per *Boer.decis.81.*quæ in hac materia est singularis.

Hæcque virginitas duplicitèr cõsideratur in infanti,& in adulta, & si hoc non sit de essentia virginitatis, vt virgo iuuenis,vel senex sit,sed tãtùm, quod sit incorrupta, vt uirginis priuilegiorum potiatur, attamen iudicio meo maiora merita consequi debet uirginitas in senectute, quæ per diuersa mundi pericula,& tentationes pertransiuit, quam in iuuentute, quæ non potuit mala experiri, proùt etiam differre uidemus inter se in iure circa penales actus, dũ secundum legem digestorum datur differentia inter uirginem infantem, siue immaturam, & uirginem adultam,siue maiorem, & in his terminis
7 intelligi potest *gl. in cap. attestationes 10. §. consultationes de despons. impub. & in cap. proposuisti 4. de probat.* quæ dicit, uirginitatem probari posse ex corporis aspectu, ut etiam firmat *Visc. in suis conclus. decisiu. verbo Virginitas*, nam quando est puella infãs, uirgo præsumitur, quod non sic de facili(etsi præsumendum sit) poterit affirmari postquam pubes facta est, cum leuitèr caducare possit flos uirginitatis,tam ex facti opere, quam ex natura, ut circumfertur de terra

Agro-

Agropoli sita in Prouincia huius Regni Principatus citra, siue in Lucaniæ promontorio propè mare, & locum dictum Palinurus à Palinuro gubernatoris nauis Æneæ, ibi spoliato ab incolis vestibus, & vita, vnde sua morte reddidit nomē loco famosissimum, vt per *Virg. lib. 6. Æneis.*

Æternūq; nomē Palinuri nomē habebit. in qua terra (salua tamen veritate) dicunt, quòd infantes virgines post 12. annum amittunt virginitatem, ob aeris virtutem, quia forsan ex calore magno producit mulieres sanguineas satis, dum secundum medicos
8 illa cartilago virginitatis rumpi potest, vel ex nimia copia sanguinis per modum fluxus, vel ex maxima quantitate mēstrui, quæ parum differt à prima, sed non per hoc debemus dicere, quod dum naturalitèr virginitatis cartula frangitur, virgines illæ non debent habere aureolam, & gaudere omnibus alijs virginum fauoribus, dum nec sensum habent nec aliquam culpam in actu naturæ, sed secundum aliam interpetrationem considerānda sunt dicta præcitatæ *gl.* vt possit, ex visu corporis virginitas probari, non per actum extrinsecum, vt dicimus de ætate, quæ valet ex aspectu verificari, secundum
9 *Menoch. de Arbitr. iud. casu* 117. *in princip & Didac. de Medrano cap.* 7. *in princ. de consensu connubiali* latissimè *Ludou. decis. Perus.* 55. *per tot.* sed per actum intrinsecum cum corporis recognitione, vt est quotidiana praxis mediantibus obstetricibus, iuxta *tex. dispositionem in l.* 1. §. 1. vbi *Bar. ff. de lib. agnos.* quem in terminis nostris citat *Gram. in* §. *item ea num.* 9. *instit. de rerum diuis.* quæ cum etiam aliquando decipi valeant per visum, & tactum
10 poterunt per partem reijci, per *text. & gl. in c. causam* 14. *eod tit. de probat. Vist. in suis iur. conclus. vers. virginitas probari potest fol.* 287. *col.* 1. cum per viros recognosci in hoc omni iure prohibitum sit, dum non debet istud esse eorum ministerium, vt pro-
11 bat *Foller.* vbi fabulis vtitur in *pract. crim. ver. capias informationem nu.* 23. & probatur per *Sanchez. de matr. to.* 2. *lib.* 7. *de impedimentis disput.* 103. *nu.* 21. & urgent plures rationes; & prima est periculi, ne uir uolens recognoscere mulierem, an uirgo sit ex carnis fragilitate, illam ipse cognosceret, & esset error pejor priori. Secunda est honestatis, dedecet enim uerecunda ostendere diuersi sexus personis, cum uix fœminæ inter se
12 pandant naturæ secreta. Tertia est pudoris mulieribus iniuncti ex Adæ, & Æuæ parentum errore, nam licèt praua sit fœmina, uerecunda semper naturalitèr est, nec adhuc aliqua nisa fuit denudata ambulare, nisi in certa maxima infirmitate, proùt miserrimè experti sumus tēpore pestis anno 1656. in Ciuitate nostra, in qua multæ etiā uirgines denudatæ tāquā fatuæ ambulabant per publicas plateas, & utinā, & non sint nobis præparata crudeliora flagella ob pessimiora flagitia, ut indicat dirutum templum Sancti Dominici de Suriano ob terræmorum anno præterito 1659. in Prouincia Calabriæ obuentum, cum destructione quampluri marū Ciuitatū, & terrarum, in quibus non remāsit lapis super lapidem; Incendium montis Vesuuiani, quod post 3. diem præteriti mensis Iulij durauit usquead 25. eiusdem, cuius cineres multa loca propè se deuastarunt, & per totum Regnum fuerunt dispersæ cum tenebris, itaquod omniū animos expauerūt, & signa Crucis, quæ in uestimentis lineis apparuerunt in diuersis oppidis, & modò in nostra Ciuitate apparent in præsenti mense Septembris huius anni 1660. proùt alias apparuisse legitur, apud *Cardinalem Baronium*. Hinc Respub. Ianuens. & si ibi mulieres audaciores sint, dum mercantur, in ludis de nocte inuigilant, & plusquam uiri operantur: nihilominus, quando

tra-

tractatur de rebus iudiciarijs seruari statuit, non posse eas secretè examinari ad aliquod periculum euitandũ, sed publicè esse interrogandas, vt ab omibus intueri, sed adeò distantes, quod non possint audiri, vt legitur *lib.2.statutorum cap.20.* ibi *Testimoniũ mulieris non in loco secreto, sed ita aper-*
13 *tè recipiantur, vt à personis videri possint, non autem ab aliquo audiri*, prosequendo igitur materiam differentiarum inter virginem infantem, & virginem adultam, scias, quod antiquitùs, si quis violabat puellam immaturam, puniebatur pœna ordinaria in metallum, vel in relegationem
14 attenta conditione personarum *l. si quis aliquid* 38.§.*quia non dum*, vbi *gl. ff.de pęnis l.si stuprum* 25.*ff.de iniurÿs*, si verò maiorem viri potentem, extraordinaria mitiori, vt notat *gl. in ead.l.stuprum lit.*B. dicens. *Sed si matura, cessat aquilia* per *tex.in l. si seruus seruum* 27.§ *si oliuam, ff ad l.aquil.* licèt postmodum per plures decisiones relatas diuersimodè practicatũ, & iudicatum referat *Clar.lib.*5.§.*stuprum num.*9. vbi *Giachar.lit.G.* circa punitionem deflorantium virgines immaturas extensam quoque vsque ad vltimum supplicium, & sic suum votum esse declarat; quod postmodũ perpendens, *Menoch.* dixit remitti debere in iudicis arbitrium, *vt in casu* 294.*num.*1.& in S.nostro C.tempore *Gram. in decis.* 22. dicta pęna capitalis non fuit *approbata*, sed quidam, (vt ibi,) stuprator per septemnium fuit ad regias triremes condemnatus, quem ibidem vide in fine, an si stuprata non ingenua, sed ancilla sit, eadem pęna veniat imponenda; poterit in prædictis diuersitatis ratio assignari, scilicèt, quod atrox infertur iniuria puellæ acerbæ ætatis, immò eidemmet naturę, quæ nõ videtur pati tales dolores, & vulnus, & per consequens delictum grauius, quam cognoscendo habilẽ ad sufficiendum, & idoneam ad sensualitatẽ pergustandã ex cognitione, & malitia ætatis cursu præbita, comprobant hoc supra notata in *cap.*1.*num.*59. vbi diximus, quod si masculiata filia in teprobum sensum se dederit exhæredari non poterit; dũ sua maior ætas minuit condignam pęnam, ad quæ non immeritò videas *Reg.Sanfælyc.decis.*245. *num.*8. *vol.*2. De iure verò codicis nulla inter eas per ætatem differentia adhibita, paritèr tractãtur habens tantum respectum ad defloratum virginitatis flo-
15 rem, vt in *l.vnica, C.de raptu virg.* per quam raptoribus capitalis pœna iniũgitur, siuè rapta virgo minor sit, siue maior, quam pęnam puto procedere, quando cum raptu sequitur copula, & non aliitèr, cum puniri debeat potius prauus finis, & facti exitus, quam malum principium; etenim potest esse, vt quotidiè accidit, quod quis rapiat puellam pro famula, vel vt hic nuper euenit, ne maneat pęnes consanguineas propter aliquem condignam causam; quia forsan ab eis non benè tractabatur, & dubitabatur de aliquo prauo accidenti, ex interesse successionis, vel alio modo; hic quidèm in se raptus est, & quia nõ adest malus finis, non debet raptor rapti pęna puniri, vt desumitur ex anima *d.l.vnica*, quæ putat cum raptu concurrere etiam deflorationem virginis in illis verbis, ℂ *Maximi cum virginitas, vel castitas corrupta restitui non possit*, post quem perpensum intellectum, voluto inde *Matth. de Affl. super constitutione si quis rapere num.* 7.*de raptu, & viol.moniali illata*, inueni per eundem sensum præfatam legem interpetrasse, & *Boer. decis.*316. *num.* 5. dicit communitèr sic teneri, immò hanc magis esse communem opinionem testatur *Vin. in sua sylua opin.*679.*num.*2.& hæc faciunt, quæ
17 tu notes pro intelligentia *tex.in cap.* 6.*de reformat.matr.sess.*24. in quo sacrum concilium Tridente. decernit raptores teneri ad dotem mulieris

raptæ, siue ducat, siue non in vxorē, vt non procedat, quando cum raptu sequitur copula iuxta terminos hic positos, comprobantur prædicta ex clarissima praxi, quod si quis matrimonij causa aliquam mulierem rapiat, secundùm *tex. in c. cum causam 6. de rapt.* non punitur nec pœna iuris
18 communis *d. l. vnica*, C. *de raptu virginum*, nec statutataria, proùt est in Regno nostro *per constitutionem*, quæ incipit *capitalem pęnam de raptoribus virginum*, quamuis expressè hoc prohibeat, & mandet, nequaquam statutam mortis pænam euitari posse sub prætextu matrimonij contrahēdi per hæc verba, scilicèt *Illis consuetudinibus, quæ in aliquibus partibus Regni nostri Siciliæ hactenus obtinebant, per quas raptores raptum sibi in matrimonio collocandam, vel alij causa trahendo nuptui se capitali sententia eximebant, omninò sublatis*; proùt etiam in pęnam mortis animæ incurrere per excommunicationem dixit *Franc. Antonius Glianes in sua summa censurarum ver. raptores*, licèt etiam matrimonij causa raptus fiat, tamen si præcesserit consensus sponsaliorum, & sponsus sponsam rapiat iure canonico non punitur, & si iure ciuili plectendus veniat; ac si verè extraneam rapuisset ita *Ghirl. de pęnis omnifar. coit. q. 10. num. 22.* & ante eum optimè *Bal. in l. vnica in fine, C. de raptu virg.* attamen si non raptus, sed osculum tantùm interueniat; vt multi faciunt, ad hoc, vt ex osculi arrha optatum finem matrimonij consequantur prius forsan à parentibus denegati, & quamquam per Regem Robertum iniun-
19 cta sit mortis pęna, vt in *c. 262. de rap*, & in *prag. 1. de oscul. mal.* & meminit etiam *Camill. de la ratha in suo Theatro feudali par. 1. dilucid. 41. num. 11. vol. 1.* nihilominus quando fit causa matrimonij omnis punitio abesse debet, vt dictum est supra *cap. 1. num. 209.* & probat *Ricc. coll. 2181.* vbi etiā dicit præter finem coniugalem esse osculantibus minoratam mortis pę-

nam ad triremes, & re uera, acrius erat vnius osculi dulcedinem mortis amaritudine compensare, ad quæ vide *Præs. de Franch. decis. 333.* & *Matth. de Afflict.* vbi latissimè *Vrs. decis. 276. per tot.* qui dicunt pęnam osculātium mulieres fuisse minoratam, vsque ad relegationem, proùt fuit practicata in quodam ex osculo inquisito in Ciuitate Satni, qui fuit condemnatus, vt per 30. miliaria ab ea proficisceretur, quia esset contra ius canonicū, (quod circa matrimonialia attenditur,) volens ad euitandum peccatum, vt nuptiæ contrahantur omni modo meliori, sed reuera attenta naturali, & iuxta ratione procedere nō deberet, dum, qui vult vxorem, è parentū manibus eam accipere debet, secundum tradita supra *c. 1. sub. n. 55.*, & non ipsis inuitis matrimoniū con-
20 trahere secundùm *Bal. in d. l. vnica num. 15. C. de raptu virg.* sępè sępiùs enim accidit, vt inuicem iuuenes amore capti (& in nostra Ciuitate in dies occurrit ex magno populi numero) non valentes alitèr adimplere eorum desiderium, quia maiores recusant, voluntariè rapiuntur puellæ, & cum post raptum sit incurabile vulnus in honore, non alia, quam nuptiarum medela sanatur, & sic nuptiæ contrahuntur, dummodò rapta pęnes raptorem non existat, damnata circa hoc lege ciuili, quæ prohibet matrimonium inter raptam & raptorem, cum ius canonicum id permittat, teste *S. Antonino 1. par. sua summa tit. 18. cap. vnicum, §. 4. fol. 281.* & *Arno. de differentijs inter ius ciuile, & canonicum differentia 7.* nam tunc quia libertas videtur coacta matrimonium, quod debet esse liberum,
21 contrahi non valet *§. illo quoque auth. de raptis mulieribus, quæ raptoribus nubant §. ibi sunt, & alij, versic. Enumerari in fine de nupt. Nauar. lib. 5. de raptorib. cons. 2. to. 2. fol. 319. S. C. Trid. d. sess. 24. eod. cap. 6. de reformat. matr. gl. in d. constitutione capitalem. Bess.*
in

in terminis statutorum mediolan. in tit. de raptu mul. num. 17. *Ang. in ver. Che hai adulterata la mia donna, num.* 57. & *Reg. Sanfel.* qui de citata constitutione meminit *vol. 2. decis.* 202. *nu.* 2. sed puella debet separari in loco libero, vt sic præsumptus dissensus possit transire in consensum iuxta *decis. Rota* 316. *num.* 37. *&* 38. *sub die* 3. *Augusti* 1629. *de nouissim. apud Coccin.* de quibus latissimè *Capibl. to.* 1. *de Baron. super prag.* 9. *num.* 9. 10. *& seq.* & est *tex. in cap. fin. de raptor.* De iure autē auth. simpliciter virginū raptoribus, siuè sint viri potentes, siuè nō, interdictum est Ecclesiarum refugium, vt in *auth. iam quidem*, §. *neque autem de mandat. princ.* licèt postmodum huius authenticæ dispositio sit sublata per ius canonicum, quo his delinquentibus Ecclesiæ gremiū non clauditur, vt diffusè discurrit *Clar. pract. crim. lib.* 5. §. *fin. quæst.* 30. *n.* 8. & precipuè post bullam pontificiā quæ vulgaritèr dicitur la gregoriana, tanquam ædita à *Gregorio* XIV. incipientem *cum alias sub* 9. *Kal. Iunij* 1591. vbi volens Pontifex, ecclesiasticam immunitatem omnibus facinorosis suffragari ad sacra loca confugientibus, ea immunitate tantùm priuat publicos latrones, grassatores viarum, depopulatores agrorum, in Ecclesia delinquentes, assassinos immanes, pessimos proditores, quod de-
23 sumptum est ex *Exodo* 21. *lit.* C. ibi *si quis per industriam occiderit proximum suum per insidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur*, prauos hæreticos, & rebelles siuè crimen læsæ maiestatis committentes in personam ipsiusmet Principis rei, & sic patet, raptores virginum, non esse compræhensos in bulla, prout apertè tenuit *Marius Italia de immun. eccl. cap.* 3. §. 2. *in fine*, est tamen verum, quod si raptor esset solitus virgines rapere, ita quod sit effectus publicus, & continuus huius sceleris patrator, ait *Peregr. super*
24 *d. bulla Gregoriana cap.* 12. *nu.* 14. post disputatum articulum, eum non iuuari tutela Ecclesiasticæ immunitatis, est ratio, quia venit compræhensus sub capite exceptuato publicorum latronum, qui tali beneficio priuantur. De iure autem canonico pœna est, vt si paris conditionis sint, raptor, stuprator, stupratam ducat, & dotet, sin autem mulier erit inferioris gradus, congruentèr tantùm dotanda
25 est, vt in *c.* 1. *&* 2. *de adult.* & vide *Ias. de action. in* §. *omnes autem num.* 25. quod procedit, secundum *Nauar. in summa cap.* 16. *num.* 17. & ampliatur, vt dato defloratam inueniat stuprator mulierem, si importunè, & violētèr eam cognouerit, adhuc ad dotem teneri, & omnibus alijs penis subijci, sicut veram virginem stuprasset; est ratio supra posita; quod sui natura semper virgo censetur fæmina, vsque dum contrarium non probetur, quam canonicam dispositionem, iure diuino sumptam esse patet ex *Exod.* 22. *lit.* D. & sic passim obseruatam postmodum, testatur *Abb. in d. c.* 1. *de adult. num.* 1. & cum eo reliqui canonistæ, & licèt nonnulli tenuissent eam tantùmmodò seruandam esse in sta-
26 tu ecclesiastico, nihilominus *Anton. Gom. ad l.* 80. *tauri num.* 7. dicit per totum orbem practicari, sequitur *Clar.* §. *stuprum & num.* 7. *Ludou. Carrer. pra. crim. ver. circa igitur quartum de stupro num.* 9. *Thesar. decis.* 3. *num.* 2. nouissimè *Reg. Sanfelyc. decis.* 245. *n.* 7. & *Helisaus dansa pauperum aduocatus in addition. ad Thom. Gram. decis.* 107. *num.* 6. Qui *Sanfel. & Danza licèt dicant vbi supra*, quod si stuprator non fuerit paris conditionis, & in paupertate reperitur, non valens defloratæ virgini dotem constituere, iudicis arbitrio puniri debeat, nihilominus hoc intelligendum est, si simplicitèr de stupro contendatur, secus autem, si simul raptus, & vis concurrat, vt diximus, quia cū sit duplicatum delictum deflorationis, & raptus, seue-

R 2 rius

rius puniendum est cum duo vincu-
27 la fortius lugent, *auth. itaque, C. commun. de success.* & *Clarus d. §. stuprum supra num.* 4. dixit, stupratorem istum cum violentia, & raptu puniendum esse pęna mortis, tamen euueniente casu diebus nuper elapsis in hac Ciuitate, quod duo iuuenes, duas puellas deceperunt neptas, eiusdam pileorum tintoris, qui eas rapuerunt, & à Ciuitate ductas ad certam villam, stuprarunt, & reperti inflagranti crimine cum delicto in genere eo modo, vt describitur per nostrum *Equitem* Marinum, f.

A la guerra d'amor cadde trafitta,
Et vint'al fier' assalto
Di bel porpureo smalto
Tinse la veste in vn liet' & afflitta.
Io vincitor guerriero
De la nemica essangue
Quas'in trionfo altiero
Portai ne l'armi, e ne le spoglie il sangue.

& reliqua ducti ad carceres M.C.V. de ipsis non benè res erat, vndè procurarunt remissionem iuuencularum, qua habita fuerunt cumpositi in ducatis 80. regio fisco soluendis, & sic liberati, vt constat ex actis *in banca actuarij de Caro scriba causa* Manchise, quam si remissionem non obtinuissent, vllam partem eorum iustitiæ maluissem habere, dum dato potuisset dici concurrisse uoluntatem raptarum, earumque familiaritatem, colloquium, & promiscuam dilectioně, nihilominus raptus semper violentus præsumitur dato in fuga concurrat raptæ voluntas, & consensus, ita
28 *Capiblanc. de Baron. to. 2. prag. 8. c. 44. num.* 20. & ex hoc reprobatur, quod alij dixerunt, stuprum non esse, quādo virgo sponte cognosci patitur, proùt eorum opinionem damnat *Bonac. to. 1. de ijs, qui pertinent ad vsum matr. puncto* 17. *num.* 2. *fol.* 382. quod delictum, adeò à legibus est improbatum, quod per eas statutum est, vt si raptores inueniantur in fuga, impunè interfici possint cum auxiliatoribus, & operi opem præstantibus, non dum à parentibus, & consanguineis raptæ, sed ab eius tutoribus, & curatoribus, sicut adulter à mari-
29 to, & à patre, secundùm notata per *Bal. in l. vnica in princ. C. de raptu vir.* & meminit *Ludouic. Carrer. in sua praxi crim. ver. decimo excusatur num.* 1. *fol.* 199. qui raptus posteà si committitur cum maritata, seuerius puniri debet, cum præsumatur cum raptu adulterium, cuius pęna est ultimi supplicij, vt nouissimè tradit *Reg. Sā. fel. decis.* 266. *num.* 1. & 2. proùt euenit diebus nuper elapsis cum quadam nobili muliere, quæ per consanguineos raptoris inuenta in itinere fuit arrestata, & detrusa in quodam conseruatorium puellarum huius Ciuitatis, sed quid si stuprator diues sit, sed melioris cōditionis stuprata, itaquod dotem constituere ipsi uoluerit, an sit danda secundùm qualitatem, & conditionem mulieris, uel secundùm statum, & facultatem hominis? & in hoc uide latè
30 *Osasc. decis.* 107.

Sed quantum dixi, & quæ adduxi nihil, & pauca sunt ad uirginitatis seruandum honorem, cuius status, gradus, & gloria cunctas transcēdit: deberet quidem irremissibilitèr à legibus, quæ possit esse atrocior in mūdo pęna, eius uiolatoribus statui, ut status uirginalis custodiretur, cuius perditio quam grauis sit, iam nosti, & ex sequentibus magis apparebit, etenim sua excellentia tam singularis est, quod etiam bruta eam colūt; fortissimum enim animalium Rhinoce-
31 ros, vt in 2. *eius descriptione tradit Pater Thomas Carrafa*, tunc quando venatorum ictibus audacior factus, nec amplius capi valeat, & illum prędādi sit disperatus casus, vix virgine in aliquo siluarum transitu detecta, riuerentèr ei occurrit, & genuflexus ferocitate dimissa, ac agnus māsuetus, factus præda voluntarius laqueo captus

tus ducitur; hunc ſtatum ſinè fidei
lumine, ſed naturali tantùm diſcur-
ſu, dignoſcens ille Romanus Eques,
maluit propriam filiam necare, quam
32 eam à Claudio deflorari, teſte *Silio*
Italico lib.13.bello pun.& meritò, quia
ſicut nuptiæ prole replent mundum,
cum matrimonium inuentum ſit ad
mundi perpetuitatem, vt in *auth.de*
nupt.in princ.l.1.ff.ſoluto matr. ita vir-
34 ginitas paradiſum gloria, *c.nuptię 12.*
vbi *gl.32.q.1.*& *gl.in c.nuptiarum 41.*
ver.cæleſtia 27.q.1. & in c. cauſam 14.
ver. virginitatis de probat. Cagnol. in
regula nuptias in fine, ff.de regul. iuris,
ſed non per hoc ſunt ſpernenda ſpõ-
34 ſalia, vt dixit *Diuus Io.Chriſoſt.in ſuis*
ſermo.de non iterando coniugio fol.mi-
hi 199. & falſa ſumenda eſt conſe-
quentia, ergo vxorati non guſtabunt
dulciſſimos beatitudinis fructus, vt
per *gl.in d.c.nuptiæ*, ſed tantùm allu-
ditur, quod ſit ſtatus ſecurior, & me-
lior matrimonio, proùt colligitur ex
35 *c.fin.in fine 32.q.1.& ex eod.Io.Chriſ.*
vbi ſupra, imò fruitioni proximior,
cum ſtatus continentiæ perfectior
ſit ſtatu connubij ſecundùm *Tolet. in*
ſumma lib.1.cap.2.num 17. cum virgi-
nitas ſit ſoror Angelorum, & gentiles
non aliud capientes, virgines, Dianæ
ſocias appellabant, ex *gl.in auth. ma-*
xima, §. volumus, ver. vocabantur, & re
vera, eſt cęleſtè viuere, in carne exi-
ſtere, & carnis operam deſtituere, ita
36 *gl.in d.c.nuptiarum, & d.c. nuptiæ*, &
Cyprianus in lib.de virginitate, vbi alia
maiora dicit; hæc quidem eſt altiſſi-
mi delectatio, & conuerſatio, & ſi-
gnantèr quando cum carne, concur-
rit etiam virginitas mentis, quæ ex-
37 cellentior eſt, vt per *gl.in c.qui ſitit 9.*
in.T.33.q.5. cum regularitèr non poſ-
ſit dari corruptio carnis, niſi mens
fuerit ante corrupta *c.2. 32. q. 5.* de
hac veritate præhibet teſtimonium
illa oculatiſſima cęleſtis aquila, quæ
ſolis radijs mentis volatu occurrit in
7. & 14. *apocalypſi*, quando dixit ibi
38 *Stantes ante thronum Dei, & in conſpe-*
ctu agni amicti ſtolis albis, & palmæ in
manibus eorum, & cantabant quaſi can-
ticum nouum, & nemo poterat dicere,
niſi illa cẽtum quatraginta quatuor mil-
lia, qui empti ſunt de terra; hi ſunt, qui
cum mulieribus non ſunt coinquinati,
virgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnũ
quocunque ierit. O benedicta virgini-
tas omne per euum, tuæ pulcritudi-
nis Auctor ſalutis amator, indicibi-
lem pulcritudinem ad humanitatis
veſtem induendam, Deum traxiſti ad
virginalia clauſtra virginum Reginæ
Matris Creatoris, & Saluatoris noſtri
39 Ieſu Chriſti. O virginitas fęlix, virgi-
nitas beata, quæ licèt non habẽs fru-
ctus humanæ generationis, (cũ vni-
ca fuerit tantùm in mundo, quæ vir-
go peperit mundi Redemptorem;
hæc fuit illa virga Ieſſe, quæ floruit,
carnis coniunctionem non vidit, ſed
Spiritus Sancti gratia Deum, & ho-
minem genuit) retinet flores beati-
tudinis. Tu verè virginitas es inter
virtutes, domina, inter gemmas, car-
bunculus, inter metalla, aurum, inter
flores, roſa, inter fructus, vua dulce
uinum ſcaturens, quo Dominus ine-
briatur inter uolucres, aquila, inter
pecudes, ceruula fellę carens, ſol in-
ter ſydera, uirgo inter ſigna, & inter
cęlos olympum. Tu es Sanſone for-
tior, Dauid, dignior, Ioanne maior,
ſanctis honorabilior, Angelis ſupe-
rior, Patriarchis glorioſior, Prophe-
tis clarior, & omnibus Deo carior,
erumpant ſemper ad tuam laudem
labia, & ſcribant ſemper ad tuam
gloriam calami; ſatis, ſed non ſatis,
ad tuum honorandum decus dixerũt
Auguſt.in lib.de virginitate, Cyprianus,
Hieronym. Bernarnardus, Caſſianus,
Damaſcenus, Antonius, ſapientiſſimus
Salomon in cantico canticorum, ideò
nil aliud ipſe dicam, niſi, quod ho-
noretur ſilentio ueneratur mente, &
diligatur corde gloria tua.

DE PRIVILEGIIS MVLIERVM.

SPECIALE QVARTVM.

SVMMARIVM.

1 VXores antiquitus, quæ dicebantur.

2 Vxores vnde dicantur.
..Vxorem secundam ducere, mortua prima, fatui est, & quare.
..Vngantur homines, cum eorum vita venit vltimus dies, & quomodò.

3 Antefati nomen terribile, dum mortis memoriam portat.

4 Matrimonium à Deo institutum, & est Sacramentum antiquius alijs.
..Vbi institutum.
..Erat antiquis temporibus de necessitate, hodie de consilio.

5 Vxores bonæ, rarò reperiuntur.

6 Sponsi in primis nuptijs benedicûtur sub pallio, in secundò verò nõ, licèt in diæcesi Neap. sit hæc cerimonia sublata, dum non est de essentia matrimonij.

7 Iurgia secundo nubentium, quando adsunt filij primi matrimonij magna sunt, & multa maiora experiuntur, si vterque soboles habent.

8 Vidua secundo nubentes, si vigeat consuetudo possunt benedici.
..Consuetudo etiam in spiritualibus seruanda.

9 Nubere ordine successiuo pluries, quilibet potest:

10 Vxores 22. quidã habuit, & quidã 22. viros.
..Bigamina, quomodò contrahatur, & quis in ea dispensabit.

11 Mulier, & si corrupta in primis nuptijs Benedicitur.
..Vidua fornicando plus peccat, quam virgo.

12 Vidua nubere, debet in domino, cum status viduitatis sit perfectissimus.

13 Dispensatio in gradu prohibito facta, cum vno consanguineo, non prodest si alterum consimilem ducas, sed iterum est dispensandum.

14 Nubere, quis semel tantum debet, & quæ sit imposita pœna contra iniantes viduam nubentem?
..Vidua dicitur mulier vitiata, cum sciat malitias proprias, & alienas.

15 Mulieres quid sperent, cum nuptæ sint, remissiuè.
..Virginitas, est secunda dos mulieris, vndè qui virginem ducit, duplicem dotem habet.

16 Mulieri epitheta, quæ dentur per Tiraq. & quę per Ariost. sub num. 18.
..Sacra, sed dura, lex vxorem habere.

17 Duas vxores eodem tempore habere damnatum est, & infra num. 30.
..Vxores habens, prima matrimoniũ valet, & infra num. 30.
..Vxores plures vno viro dari, quomodò male à mulieribus latum fuerit, & num. seq.

18 Lamec homicida Caini, duas vxores habebat.
..Pueri quare cum patribus senatoribus non possunt ad tribunalia accedere?

19 Pitagoras improbatus, quare inimico dedisset eius filiam in vxorem, quomodò respondit?
..Vxor est mors viri.

20 Iob, quare tantum vxor fuit à Demone relicta?

21 De-

21 *Debitori non potest incusari instrum. illa die, qua desponsat vxorem, sic etiam delinquens non reputari contumax.*

22 Homines, aut fatui, aut sanæ mentis *sunt.*

23 *Vxorati non de facili, apud Deum gratiam inueniunt.*

..*Qui sine vxore est, follicitus sit in his, quæ Domini sunt.*

24 Mulieres, *quomodò saluassent viros à morte iuxta ordinem Conradi Imperatoris?*

25 *Vxoratus comparatur nautæ.*

26 *Vxor, est viri naufragium, & domi tēpestas.*

27 *Nubendum est pari, & quomodò? sed male seruatur, num. seq.*

..*Senes non ducant iuuenem, & quare, nec plebeus nobilem.*

28 *Nuptiæ dispares non præsumuntur, sed sunt probandæ.*

29 Vxores, *cuius qualitatis quærendæ sint?*

..*Deus solus scrutator cordium.*

30 *Vxores duas habentibus, variæ sunt introductæ pœnæ, vt traditur remiss.*

31 *Alienatio facta per secundum virum, quādo primus adhuc viuit, nulla erit.*

32 *Vxor viro, & è conuerso, quando succedat excluso fisco & num. seq.*

33 Tex. in l. 1. C. de donat. inter virum, & vxorem, *quomodò intelligatur circa fisci successionem coniugibus.*

34 *Vxor, quando habebit quartam in bonis viri? & quid in Ciuitate Neap.*

35 *Vxor putatiua, an succedat viro in casu à lege permisso?*

36 *Vxor relicta domina, & vsufructuaria à viro, quid habebit, si sint instituti extranei heredes, & quid si sui, vsque ad num. 42.*

37 *Legitima debetur absque onere.*

..*Succedit loco alimentorum.*

..*Potest detrahi, si filij instituantur heredes, & alteri legetur vsufr. non obstante, quod resoluatur in alimentis tantùm, sed quando, hic habetis.*

38 Pater *tenetur de iure naturæ alere filios.*

..*Vxor relicta domina tantùm, etiam extraneis institutis hæredibus, solum alimenta habebit, quod idem erit, si filij fuerint dati substituti ex descendentibus, secus si ex extraneis.*

39 *Alimenta legata debentur iuxta conditionem personarū, & patrimonij quātitatem.*

..*Debentur vxori, vt dabantur à viro in vita.*

40 *Legem dare in rebus suis, cuique in testamento permittitur.*

..*Vxor relicta domina, vel alio modo honorata à viro, si steterit cum filijs, & lectum vidualem seruauerit, si nubit, quid habebit? & quid si tantùm sponsalia contraxerit? & an vtrique conditioni parendum sit?*

..*Legatum dicitur sub conditione, si fiat vxori, donec lectum vidualem seruauerit, & quid si fiat extraneis, etiam si adhuc viduæ non sunt.*

41 *Vxor relicta vsufructuaria, si decedant filij, ipsa superstite, & extraneis substitutis, integrum vsum fructum habebit.*

42 *Vxor relicta vsufructaria nulla alia facta institutione, vel si facta, & institutus repudiat, erit ipsa in totum hæres.*

43 *Legatum factum vxori si castè, & honestè vixerit, an debeatur si 2. nubat.*

..*Legata vsufructuaria vxore, & alio indè herede instituto an legatum valeat.*

..*Vxor vsufructuaria tenetur facere inuentarium satisdare, & secundùm nonnullos ad æs alienum.*

44 Ius patron. *à quo sit præsentandus, à muliere relicta domina, & vsufructuaria, vel ab hæredibus institutis?*

45 *Hypothecata bona viri, sunt vxori statim post contractas nuptias, etiam pro alimentis.*

46 *Viri bona confiscata, transeunt cum hypotheca contracta ad fauorem mulieris.*

47 *Fiscus, & mulier, sunt pariter priuilegiati, sed mulier præfertur in dote, & alijs, vt hic, & num. 85. & 87.*

..Hy-

..Hypotheca, à quo die mulieri datur super bonis viri.
48 Dos præfertur fisco, ita, quod si ex crimine lesæ M. etiam bona viri confiscarentur, restitui debet vxori, vna cum donatione propter nuptias.
49 Crimina suum sequuntur authorem.
50 Hypotheca datur etiam sponsæ super bonis sponsi, secundùm vnam opinionem.
51 Assecuratio dotis datur vxori ob viri inopiam.
..Alimenta sunt danda vxori, pendēte iudicio assecurationis, & interim sequestrari, possunt fructus.
..Libelli forma traditur in casu assecurationis, quæ & si non seruetur, iudicium valet.
52 Petitio sufficit talis, qualis in Regno pro formādo iudicio, dum proceditur, sola facti veritate inspecta.
53 Assecuratio dotis datur etiam, quando vir incipit male vti substantia sua, nec si offerat cautionem eam poterit euitare. Sed alij contrarium sentiunt.
..Maritus in casu assecurationis, non habet priuilegium ne teneatur, nisi in quantum facere potest.
..Fideiussores regulariter non dantur per virum pro dotibus, quas recipit, sed quomodò limitatur.
..Assecuratio, quomodò cōcedatur, praxis adducitur.
..Datur audito fisco, quod etiam in Rep. Genuæ obseruatur.
54 Bona, quę supersunt in assecuratione sunt danda viro pro suis necessitatibus.
55 Dos semel assignata viro, durante matrimonio, quod non possit ab eo auferri, quando limitetur.
56 Assecuratio datur etiam cōtra socerū, quando ipse dotem recepit.
..An concedatur statim post nuptias contractas.
..An possit peti ab extraneo, qui dotauit mulierem de proprio.
..Et an sit probāda inopia per mulierem, quæ petit assecurari.
57 Assecuratio, quid producat mulieri, & an sit danda cautio de non barattando, antequam concedatur.
58 Bona dotalia post assecurationem, si pereant, quando pereant mulieris damno.
59 Pater non tenetur iterum dotare filiam, quando eius incuria dotem amisert.
60 Assecuratio data super vno corpore, non potest inde mulier variare.
61 Ius offerendi, non datur creditoribus, quando à muliere petitur assecuratio, secus autem quando assignatio.
62 Assecuratio statim, quod petitur impedit executionem sententiæ, latè in fauorem mariti creditorum, nec si diues euaserit indè vir, assecuratio data corruit, & num. seq.
63 Assecuratione petita si postmodū vir decedat ex illius actis, potest mulier dotiū restitutionem petere, absque nouis probationibus.
64 Assecuratio, an detur si maritus deportetur, vel bannitus fiat.
65 Creditores chyrographarij, non habēt hypothecam.
66 Mulier an præferatur creditoribus anterioribus, etiam expressam anteriorem hypothecam habentibus pro sua dote, & iuribus dotalibus? & an ijs quoque, qui mutuarunt pecunias ad rem reficiendam, cum recentissimis decisionibus, sed quando procedat.
67 Tex. in l. doce ancilla 9. C. de rei vēd. quomodò intellagitur, & in l. sciendum est 15. §. si fundus, ff. qui satis cog.
..Maritus non potest imponere seruitutem in fundo dotali.
..Mulier præfertur creditoribus etiam in dote putatiua.
68 Creditores in restitutione dotis, habent ius offerendi contra mulierem, sed quando.
69 Confessio viri dotem recepisse absque alia probatione non præiudicat creditoribus.
70 Mulier quando dos ei non est data mortuo viro, potest agere contra promis-

missores, & conuenire vnum ex hæredibus.

71 Priuilegium prælationis hypothecæ, non potest alteri cedi in præiudicium creditorum, est tamen verum, quod transit ad suos hæredes.

72 Cessionarius, an possit vti priuilegio cedentis, & an transeat ad hæredes, etiam extraneos.

..Mulier potest auocare pecunias solutas tertio creditori, etiam pro sua dote, & à fortiori proprias in banco depositas.

73 Casus nouitèr decisus in S.C. adducitur in materia dotis, an simplex promissio, absque instrumento dotale inducat hypothecam, & num. 81.

74 Dos, & 4. secundùm consuetud. Neap. nō potest peti citra instrumētū dotale.

..Instrumentum dotale, quando non est factum potest peti, quod conficiatur in libello, & in eodem nes simul, & semel instari pro dotis restitutione.

75 Actio pro dote, an detur ex simplicibus capitulis matrimonialibus?

..Hypotheca contrahitur ex simplici dotis promissione.

..Hypotheca contrahitur etiam in feudalibus, quando adest generalis obligatio omnium bonorum, &c.

76 Actio ex stipulatu competit ex simplici dotis promissione ei facta, quæ tradit secum hypothecariam.

77 Argumentum ab exemplo doctoris scribentis, dicitur probabile.

78 Maritus tenetur restituere dotes, vna cum lucro, dato illas non exigisset, quando fuit contentus de dotis promissione.

79 Hypothecaria datur actio mulieri pro dote recuperanda.

80 Fictio idem debet operari in casu ficto, quod veritas in casu vero.

81 Maritus compelli potest ad dotem restituendam, & si eam non exigerit, dato, quod cesserit iura.

..Pro facto accipitur id, in quo per alium mora fit, quo minus fiat.

..Dos non recuperata per virum ob eius incuriam, habetur pro soluta in suum damnum, & tenetur etiam ad antefatum.

..Antefatū debetur si fuerit data dilatio pro dote, & interim vir decedat, tamen si non fuerit maritus in mora dotes exigendi post datas dilationes, non debetur.

82 Prælatio, an detur mulieri contra creditores, & pro iuribus dotalibus, & sub num. 87. & quid de bonis paraphernalibus, ibidem.

..Deriuatiuum æquiparetur positiuo

83 Antefatum sine dote non datur, nec vltra dotis merita.

..Gaudet ijsdem priuilegijs, quæ doti conceduntur.

84 Statutum loquens de dote, etiam lucrū comprehendit.

..Dos, & donatio propter nuptias æquiparantur.

85 Mulier concurrendo cum fisco, præfertur pro dotibus suis, & num. 87.

86 Fiscus Episcopi, verus fiscus non dicitur, nec aliquod priuilegium habet.

87 Fiscus, & mulier, quod pari passu ambulant, quomodò intelligendum est.

88 Hypothecam, an mulier pro dote in feudalibus contrahat?

89 Vxores duæ concurrentes pro dotium restitutione, quæ nam præferenda sit? vsque ad num. 91.

90 Prior præfertur posteriori, etiam si sit fiscus.

..Vnum altare non est discoperiendū, vt alterum operiamus.

91 Bona in dotem viro data, vxoris sunt.

92 Restitutionis dotium casus sit, soluto statim matrimonio sed quæ sit praxis hodie, quando bona sunt mobilia, et quando stabilia et quid Romæ obseruetur, quid in Catalonia, quid in Ciuitate Neap. et quid in Rep. Ianen. et an pendente restitutione vsura debeantur.

93 Alimenta etiam lite pendente, vel data reclamatione debeatur vxori petenti restitutionem dotis, quæ si decedat transeunt ad hæredes, sed quando iure communi attento?

94 *Dotis restitutio in casu diuortij, quomodò peragenda, si maritus non habeat?*

95 *Mulier permittendo dotem viro, si eam postmodum non habeat, non tenetur, nisi in quantum facere potest:*

96 *Fructus per mulierem recepti ex dote restituta, an minuent dotem:*

97 *Dos æstimata dupliciter dari potest.*

..Dotis æstimatio in dubio semper censetur facta, ad inducendam emptionem.

..Emptio, & venditio occultatur sub specie dotis.

..Gabella soluenda vigore statuti ex quolibet contractu emptionis, & venditionis, non debetur ex dote æstimata data.

98 *Dotis æstimatæ periculum, & augmentum spectat ad maritum, qui in casu restitutionis tenetur ad pretium.*

..Dos æstimata potest alienari per maritum.

99 *Dotalia bona si fiant deteriora, cuius damnum erit viri, vel vxoris?*

100 *Reuendicatio datur mulieri pro recuperanda dote æstimata, sed hoc priuilegium non transit ad heredes.*

101 *Adiutorium tenentur dare vassalli pro priuigna feudatariæ, quando feudum dedit viro æstimatum.*

102 *Vsucapio, & præscriptio in rebus dotalibus non datur.*

103 *Dotalia bona data æstimata, quando reperiuntur alienata recuperantur à muliere per reuendicationem, quando sunt in posse mariti, hypothecariam exercebit actionem.*

..Dotis restitutio an fieri debeat in pecunia.

104 *Gabella debita per statutum ex omni acquisitione si dos reuertitur ad mulierem, non debetur, cum non sit noua acquisitio, sicut est de hereditate, quæ deuenit ad suos heredes.*

..Maritus rerum dotalium ciuilem tantum possessionem habet; nam naturalis semper stat pœnes vxorem, & supra num 67.

..Statutum mandans solui gabellam de omni compromisso, si compromissum prorogetur, non est soluenda noua gabella, & num. seq.

..Fundus datus in dotem viro, adhuc remanet in dominio vxoris.

105 *Gabella debita vigore statuti de omni contractu, vel de qualibet acquisitione, si fiat compromissum, & prorogetur, aut si detur dos, & restituatur, vnica debetur gabella.*

106 *Onus soluendi censum ex fundo in dotem dato inæstimato viro, eo defuncto, non transit ad heredes.*

107 *Tributum, quod soluebatur per virum ex fundo in dotem dato inæstimato, post eius obitum, non debetur ad heredibus.*

108 *Vxor habet ius retentionis, donec dos sibi restituatur, etiam pro interesse, & habet locum, dato, quod per heredes apponitur de expilata hereditate, & num. seq.*

109 *Iudicium dotis est vniuersale.*

110 *Vxor retinendo bona pro eius dote, ne excludatur ab hoc priuilegio propter oppositiones expilationis hereditatis, vel redditionis computorum, quomodò possit excipere?*

111 *Compensatio aduersus dotem, non datur, sed mulier non prohibebitur compensare, cum heredibus viri.*

112 *Maritus quando habeat retentionem super bonis dotalibus.*

..Impensæ factæ in rebus dotalibus, quando remissæ censeantur.

113 *Vxor nondum pro recuperanda dote habet ius retentionis, verum etiam, & bonorum possessionem apprehendere potest, sed cum curia.*

114 *Retentio pro fructibus hypothecatis quomodò detur.*

..Excusat mulierem à prætensa aditione hereditatis viri.

115 *Retentionis ius pro dote habet locum etiam in feudalibus, sed quomodò, & quando limitetur, cum casus decisione, & num. 117.*

116 *Retentio pro dote datur in casu contracta hypotheca.*

117 *Hypotheca pro dote, quando in feu-*

feudalibus contrahatur.

118 *Dos data est ad onera matrimonij subferenda.*

..*Non datur sine matrimonio.*

119 *Antefatum, & donatio propter nuptias idem sunt, & datur mulieri pro dote, quod quandoque 4. dicitur, & sinonima appellantur.*

120 *Antefatum dari ob omissam virginitatem impugnatur, sed benè, vt facilius mulieres vidua facta, iterum nubant, & num 129.*

..*Datur etiam viduis à 2. viro, ipsis tamen supra uiuentibus.*

121 *Donatio propter nuptias reprobata à iure C: de iure nouissimo authenticorum introducta fuit, & reuertetur ad virum, sed quando.*

122 *Antefatum attenditur iuxta regionum consuitudines, & non datur; nisi sit constitutum, vel promissum constitui, & num. 140.*

..*Legatum factum vxori. an debeat compensari, cum interesse antefati, remissiuè.*

123 *Lege priuante, non est necessaria sententia iudicis priuatiua.*

124 *Dotis lucrum, etiam sine dote stipulari potest, cum sit donatio.*

125 *Antefatum quomodò practicetur, eum dotis constitutione in vrbe Romana.*

126 *Quomodò in Regno nostro, latissimè.*

127 *Antefati interesse, vsque ad quam summam extendatur, & num. 128.*

..*Quomodò in Ciuitate Neap. sed non iure magnatum, aut nobilium.*

..*In antefato filij succedunt, vt filij, non vti heredes.*

..*Statutum, siue lex noua, non comprahendit praterita, sed respicit futura:*

128 *Antefatum non debetur, nisi pro quātitate dotium receptarum, sed si apponatur clausa, vt hic, debetur, & si vlla sit data dos, & multa alia habebis.*

129 *Vxor decedendo, cum redeat antefati proprietas ad heredes, vt num. 126. & 127. non potest disponere de illius fructibus, nisi de rata maturata tempore sua mortis.*

130 *Dotis restitutio integrè est facienda, etiam cum antefato, & si exacta non sit, si tū mariti incursu hoc peruenit.*

131 Lucrum *dotis debetur, (vt est statum in alma vrbe,) & si dos non sit soluta quando fuit habita fides de pretio.*

132 *Dotarium dotarij, siue antefatum an debeatur? & num. seq.*

133 *Dos potest consistere etiam in ijs rebus, in quibus mulier commoditatem habet.*

134 *Antefatū, quomodò constituatur apud* Ianuenses.

..*Legatum factum viro ab vxore prasumitur animo compensandi, & quomodò.*

135 Bannitus, *siue foriudicatus habetur pro mortuo, & num. 138.*

136 *Antefatum, an peti possit, quando maritus est foriudicatus, & num. 139.*

137 *Mortis mensio cum fiat, de naturali intelligenda est.*

138 *Mors ciuilis banniti aequiparatur naturali.*

139 Foriudicatus, *siue bannitus potest ab omnibus interfici, & non auditur, cū dicat se innocentem, nec aliquis pro eo defendendo admittitur.*

..*Damnatus ad mortem ex gratia* Principis *potest liberari.*

140 *Antefatum in Ciuitate Neapolitana more Magnatum, & Mobilium quomodò constituatur.*

..*Debetur etiam, quod non sit constitutum secundum opinionem, vt hic.*

141 Matrimonium *etiā in Ciuitate Neap. intelligitur contractum,* alla vecchia maniera, *si simpliciter cōtrahatur, & non de noua, nisi de ea expressa mensio fiat.*

..*Ius commune difficillimè tollitur.*

..*Stipulari, quis in dubio prasumatur, secundùm ius vetus potius, quam nouum:*

142 *Velleiano beneficio omnes mulieres tuentur, sed vxores precipuè.*

..*Vxores maritali affectione de facili inducuntur ad se ipsas obligandum:*

S 2 ..*Vxo-*

..Vxores quando beneficio Velleiano non inuantur.

143 Dolus facit cessare beneficium.

..Mulier virili veste induens, vel aliquid recipiens intercedendo, non iuuatur Velleiano.

144 Consensus tacitus, quandoque plus operatur, quam expressus, vt hic.

145 Emens ignoranter fundum dotalem, an emptio sit valida.

..Alienatio fundi dotalis est nulla.

146 Mulierum obligatio nulla est, etiam si renuncietur beneficio velleiani, & renunciando iuret, sed quando limitetur, num. 150. & in allegationibus post hoc speciale.

147 Mulieres, qua fragilitate inducuntur ad fideiubendum, inducuntur etiam ad renunciandum, & iurandum.

148 Mulier iurando cum se obliget, non indiget absolutione à iuramento.

149 Iuramentum non obligat, quando interuenit in actu à iure prohibito.

..Cautela pulcra traditur pro muliere, ne possit alienare bona dotalia.

150 Mulieribus pro semetipsis se obligare non est à iure prohibitum.

151 Mulieres etiam post sententiam possunt Velleiano tueri, sed quando.

152 Tex. in l. pen. C. de pactis disponens, quod fauori suo quilibet potest renunciare limitatur in muliere.

153 Maritus, & vxor alienando rem dotalem scienter esse inalienabilem, an teneantur de euictione emptori?

154 Venditor scienter vendens rem alteri obligatam, tenetur de euictione etiam si expresse non sit permissa, vel pactum de euictione non teneri.

155 Vxor si post alienatum fundum dotalem, venerit aduersus contractum, non obstabit ei, tex. in l. vendicantẽ 47. C. de euict. & quare, & quid de marito etiam alienante rem dotalem.

156 Maritus succedens vxori, iure successionis non euitabit euictionem, ad quam ipse rei dotalis alienata tenetur.

157 Famis necessitas dispensat in obligatione mulierum.

158 Mulieres quando possint se obligare, vsque ad num. 169.

159 Bona fideicommisso subiecta, possunt pro dote dari.

..Dotalia non possunt alienari per virum, etiam consentiente vxore.

160 Dispositio testatoris pro lege habetur.

161 Quilibet rei sua est moderator, & arbitrer.

162 Carceratorum maxima est miseria, & sunt omni miseratione digni.

163 Birruarij, siue satellites quomodò improbetur ab Ignatio martyre.

..Carcerum custodes, quales sint.

..Mariti presentia in domo, quos producat effectus.

164 Maritus dicitur à mare. i. oceano, & non à mare. i. masculo.

165 Filia potest se obligare pro liberatione patris.

166 Mulier potest se obligare, non dum pro excarcerando viro, sed etiam pro eo eximendo à vexatione per nouam decis. S. C. sicut vidua intercedendo, pro filio.

167 Mulier potest renunciare hypothecæ, quam forsan habet in aliqua re, dum hoc non comprahenditur sub velleiano, sed poterit aduersus eam venire semper, quod maritus non est soluendo.

168 Opinio, quod non possit mulier se obligare pro excarcerando viro refutatur.

169 Mulieres in casibus permissis obligantur, cum regio assensu, vt obligatio sit valida, & sic hodie seruatur.

..In quibus casibus possunt se obligare, valent etiam res dotales alienare.

170 Heres erit, qui se miscendo in hereditate pro harede se gerit, & tenebitur tanquam hares.

171 Mulier si instituatur hares à viro, & ministret presumitur potius iure creditricis, pro dote ministrare, & sic non poterit conueniri à creditoribus hareditarijs.

172 Hareditas est quid facti.

173 Facta non presumuntur, nisi probentur.

DE

DE MVLIERIBVS VXORATIS.

CAPVT TERTIVM.

SPECIALE QVARTVM,

SEquitur hic status coniugatarum, qui à præcedēti virginitatis longè differt, & omissis antiquis modis, de
1 quibus scribit *Alc.de verb.signif.in l. pronunciatum* 46.§.*materfamilias*, scilicèt,quod dicebatur vxor vsu,farre, & emptione,& meminit etiam *Tiraq. de leg.connub.l.*4.*num.*6.differam de nostris mulieribus nobis coniunctis Ecclesiæ benedictionibus, quibus quomodò vtamur, & qualitèr cum viris debeant se tractare, sufficiant, quæ dixi in *cap.*1.ponam modò nonnulla alia diuersa,ne frustra alias dicta repetam de earum priuilegijs.

Et ab vxoris denominatione incipiendo scias vxores dici, quasi vnsores,vt notarunt *Seruius lib.*4.*Aen.*per
2 hæc verba,*Mos erat,vt nubentes puellæ simul cum venissent ad limen mariti postes antequam ingrederentur,ornarēt laneis vittis, & loco vngerent, & indè vxores dictæ sunt quasi vnxores*, quod confirmat *Plin lib.* 28. *cap.* 9. dicens *Scribit nouas nuptas mariti domum intrantes solemne habuisse lupino adipe postes vngere*,& *Tiraq.de leg.connub.l.* 1.*num.*26.*ver.quod de vxore*, ex hac quidem vxoris explicatione,& significatione debetent, qui fatui non sunt modum ediscere conducendi vxores, vt si primā duxerint,ea mortua,aliam non quærant, etenim si illa fuit praua,ista erit pessima,si prima bona non parem secundam, nec meliorē habebūt,quę fuit antiqua *Plauti sententia in Sticho* dicentis.

Facile inuenies, & peiorum, & peius moratam pater
Quam illa fuit meliorem, neque tu reperies,neque sol videt.

vndè dixit *Eubulus apud Atheneum*.

Malus male pereat quisquis mortaliū vxorem secundam duxerit.

& illud *Grecum epigramma*,

Qui repetit thalamos post primi funera lecti,
Bis petit insanum naufragus ille fretum.

& scribente hic calamo de vxore,hęc inopinatæ obuenerunt in mēte,quod dùm mulieres nostræ vnxores dicuntur ab vngendo, est fatendum, quod veniunt cum animo necandi viros; quando quis vngitur est disperatus salute, cum sacerdos non veniat ad egrotum cum oleo benedicto, nisi quando lumen vitæ extinguitur, est tamen verum,quod aliquandò infirmi conualescunt; & si liniti sint, quia non semper moriuntur: si Deus igitur viro fauet; quod vnctus non decedat, sed vxori accedenti superuiuat,quare deiectam mortem per alteram sibi ipsi vocare, & voluntariè in eius foueam incidere? quod clariori veritate confirmatur,nempè ex nomine antefati, dotibus datum, dum aliud non significat, nisi mor-
3 tis vexillum, quapropter dixit *Tass. de antefato ver.*4.*obseruat.*4. *num.*10. horribile huius nomē,esse,dum mortis memoriam intonat in sonu nuptiarum, sanè tamen hæc, quæ dixi intelligas;dum loquor de vxore tamquam muliere, non tanquam sociam nobis coniuncta per sacramentum matrimonij,cum sanctum, & magnū sit, & à Domino nostro Iesu Christo
4 institutum,vt in *S.C.Trid.sess.*24.*cap.* 1.&apud *Patrem Incarnatum suo scrutinio de sacramento matrim. ver. quis instituit fol.*117. & alijs omnibus antiquius *gl.in c.*1. *ver. quidam* 27. *q.*1. Imo dicitur res sacratissima per *gl.in c.cum initiatur* 5.*lit.A.*27. *q.*2. tanquā in Paradiso instituta *c.* 2. §. *his ita respondes* 32.*q.*2.& *gl.in d.c.* 1. *ver. quidam*

94 Dotis restitutio in casu diuortij, quomodò peragenda, si maritus non habeat?

95 Mulier permittendo dotem viro, si eam postmodum non habeat, non tenetur, nisi in quantum facere potest:

96 Fructus per mulierem recepti ex dote restituta, an minuent dotem?

97 Dos æstimata dupliciter dari potest.

..Dotis æstimatio in dubio semper censetur facta ad inducendam emptionem.

..Emptio, & venditio occultatur sub specie dotis.

..Gabella soluenda vigore statuti ex quolibet contractu emptionis, & venditionis, non debetur ex dote æstimata data.

98 Dotis æstimatæ periculum, & augmentum spectat ad maritum, qui in casu restitutionis tenetur ad pretium.

..Dos æstimata potest alienari per maritum.

99 Dotalia bona si fiant deteriora, cuius damnum erit, viri, vel vxoris?

100 Reuendicatio datur mulieri pro recuperanda dote æstimata, sed hoc priuilegium non transit ad hæredes.

101 Adiutorium tenentur dare vassalli pro priuigna feudataria, quando feudum dedit viro æstimatum.

102 Vsucapio, & præscriptio in rebus dotalibus non datur.

103 Dotalia bona data æstimata, quando reperiuntur alienata recuperantur à muliere per reuendicationem, quando sunt in posse mariti, hypothecariam exercebit actionem.

..Dotis restitutio an fieri debeat in pecunia.

104 Gabella debita per statutum ex omni acquisitione si dos reuertitur ad mulierem, non debetur, cum non sit noua acquisitio, sicut est de hæreditate, quæ deuenit ad suos hæredes.

..Maritus rerum dotalium ciuilem tantum possessionem habet; nam naturalis semper stat penes vxorem, & supra num 67.

..Statutum mandans solui gabellam de omni compromisso, si compromissum prorogetur, non est soluenda noua gabella, & num. seq.

..Fundus datus in dotem viro, adhuc remanet in dominio vxoris.

105 Gabella debita vigore statuti de omni contractu, vel de qualibet acquisitione, si fiat compromissum, & prorogetur, aut si detur dos, & restituatur, vnica debetur gabella.

106 Onus soluendi censum ex fundo in dotem dato inæstimato viro, eo defuncto, non transit ad hæredes.

107 Tributum, quod soluebatur per virum ex fundo in dotem dato inæstimato, post eius obitum, non debetur ad hæredibus.

108 Vxor habet ius retentionis, donec dos sibi restituatur, etiam pro interesse, & habet locum, dato, quod per hæredes apponitur de expilata hæreditate, & num. seq.

109 Iudicium dotis est vniuersale.

110 Vxor retinendo bona pro eius dote, ne excludatur ab hoc priuilegio propter oppositiones expilationis hæreditatis, vel redditionis computorum, quomodò possit excipere?

111 compensatio aduersus dotem, non datur, sed mulier non prohibebitur compensare, cum hæredibus viri.

112 Maritus quando habeat retentionem super bonis dotalibus.

..Impensæ factæ in rebus dotalibus, quando remissæ censeantur.

113 Vxor nondum pro recuperanda dote habet ius retentionis, verum etiam, & bonorum possessionem apprehendere potest, sed cum curia.

114 Retentio pro fructibus hypothecatis quomodò detur.

..Excusat mulierem à prætensa aditione hæreditatis viri.

115 Retentionis ius pro dote habet locum etiam in feudalibus, sed quomodò, & quando limitetur, cum casus decisione, & num. 117.

116 Retentio pro dote datur in casu contracta hypotheca.

117 Hypotheca pro dote, quando in feu-

feudalibus contrahatur.

118 *Dos data est ad onera matrimonij subferenda.*

..*Non datur sine matrimonio.*

119 *Antefatum, & donatio propter nuptias idem sunt, & datur mulieri pro dote, quod quandoque 4. dicitur, & sinonima appellantur.*

120 *Antefatum dari ob omissam virginitatem impugnatur, sed benè, vt facilius mulieres viduæ factæ, iterum nubant, & num 129.*

..*Datur etiam viduis à 2. viro, ipsis tamen supraiuenientibus.*

121 *Donatio propter nuptias reprobata à iure C: de iure nouissimo authenticorum introducta fuit, & reuertetur ad virum, sed quando.*

122 *Antefatum attenditur iuxta regnorum consuitudines, & non datur, nisi sit constitutum, vel promissum constitui, & num. 140.*

..*Legatum factum vxori. an debeat compensari, cum interesse antefati, remissiuè.*

123 *Lege priuante, non est necessaria sententia iudicis priuatina.*

124 *Dotis lucrum, etiam sine dote stipulari potest, cum sit donatio.*

125 *Antefatum quomodò practicetur, cum dotis constitutione in vrbe Romana.*

126 *Quomodò in Regno nostro, latissimè.*

127 *Antefati interesse, vsque ad quam summam extendatur, & num. 128.*

..*Quomodò in Ciuitate Neap. sed non iure magnatum, aut nobilium.*

..*In antefato filij succedunt, vt filij, non vti haeredes.*

..*Statutum, siue lex noua, non comprahendit praterita, sed respicit futura:*

128 *Antefatum non debetur, nisi pro quātitate dotium receptarum, sed si apponatur clausa, vt hic, debetur, & si vlla sit data dos, & multa alia habebis.*

129 *Vxor decedendo, cum redeat antefati proprietas ad heredes, vt num. 126. & 127. non potest disponere de illius fructibus, nisi de rata maturata tempore sua mortis.*

130 *Dotis restitutio integrè est facienda, etiam cum antefato, & si exacta non sit, si tū mariti incuria hoc peruenit.*

131 *Lucrum dotis debetur, (vt est statum in alma vrbe,) & si dos non sit soluta quando fuit habita fides de pretio.*

132 *Dotarium dotarij, siue antefatum antefati, an debeatur? & num. seq.*

133 *Dos potest consistere etiam in ijs rebus, in quibus mulier commoditatem habet.*

134 *Antefatū, quomodò constituatur apud* Ianuenses.

..*Legatum factum viro ab vxore præsumitur animo compensandi, & quomodò.*

135 Bannitus, *siue foriudicatus habetur pro mortuo, & num. 138.*

136 *Antefatum, an peti possit, quando maritus est foriudicatus, & num. 139.*

137 *Mortis mensio cum fiat, de naturali intelligenda est.*

138 *Mors ciuilis banniti aequiparatur naturali.*

139 Foriudicatus, *siue bannitus potest ab omnibus interfici, & non auditur, cū dicat se innocentem, nec aliquis pro eo defendendo admititur.*

..*Damnatus ad mortem ex gratia* Principis *potest liberari.*

140 *Antefatum in Ciuitate Neapolitana more Magnatum, & Mobilium quomodò constituatur.*

..Debetur etiam, *quod non sit constitutum secundum opinionem, vt hic.*

141 Matrimonium etiā in Ciuitate Neap. *intelligitur contractum,* alla vecchia maniera, *si simpliciter cōtrahatur, & non de noua, nisi de ea expressa mensio fiat.*

..*Ius commune difficillimè tollitur.*

..*Stipulari, quis in dubio præsumatur, secundùm ius vetus potius, quam nouum:*

142 *Velleiano beneficio omnes mulieres tuentur, sed vxores precipuè.*

..*Vxores maritali affectione de facili inducuntur ad se ipsas obligandum:*

DE MVLIERIBVS VXORATIS.

CAPVT TERTIVM.

SPECIALE QVARTVM,

SEquitur hic status coniugatarum, qui à præcedēti virginitatis longè differt, & omissis antiquis modis, de
1 quibus scribit *Alc.de verb.signif.in l. pronunciatum* 46.§.*materfamilias*, scilicèt,quod dicebatur vxor vsu,farre, & emptione,& meminit etiam *Tiraq. de leg.connub.l.*4.*num.*6. differam de nostris mulieribus nobis coniunctis Ecclesiæ benedictionibus, quibus quomodò vtamur, & qualitèr cum viris debeant se tractare, sufficiant, quæ dixi in *cap.*1.ponam modò nonnulla alia diuersa,ne frustra alias dicta repetam de earum priuilegijs.

Et ab vxoris denominatione incipiendo scias vxores dici, quasi vnsores,vt notarunt *Seruius lib.*4.*Aen.*per
2 hæc verba,*Mos erat,vt nubentes puellæ simul cum venissent ad limen mariti postes antequam ingrederentur,ornarēt laneis vittis, & loco vngerent, & indè vxores dictæ sunt quasi vnxores*, quod confirmat *Plin. lib.* 28. *cap.* 9. dicens *Scribit nouas nuptas mariti domum intrantes solemne habuisse lupino adipe postes vngere*,& *Tiraq.de leg.connub.l.*1.*num.*26.*ver.quod de vxore*, ex hac quidem vxoris explicatione,& significatione debcient, qui fatui non sunt modum edifcere conducendi vxores, vt si primā duxerint,ea mortua,aliam non quærant, etenim si illa fuit praua,ista erit pessima,si prima bona non parem secundam, nec meliorē habebūt,quę fuit antiqua *Plauti sententia in stichο* dicentis.

Facile inuenies, & peiorum, & peius moratam pater
Quam illa fuit meliorem, neque tu reperies,neque sol videt.

vndè dixit *Eubulus apud Atheneum*.

Malus male pereat quisquis mortaliū vxorem secundam duxerit.

& illud *Gręcum epigramma*,

Qui repetit thalamos post primi funera lecti,
Bis petit insanum naufragus ille fretum.

& scribente hic calamo de vxore,hęc inopinatæ obuenerunt in mēte,quod dùm mulieres nostræ vnxores dicuntur ab vngendo, est fatendum, quod veniunt cum animo necandi viros; quando quis vngitur est disperatus salute, cum sacerdos non veniat ad egrotum cum oleo benedicto, nisi quando lumen vitæ extinguitur, est tamen verum,quod aliquandò infirmi conualescunt, &si liniti sint, quia non semper moriuntur: si Deus igitur viro fauet; quod vnctus non decedat, sed vxori accedenti superuiuat,quare deiectam mortem per alteram sibi ipsi vocare, & voluntariè in eius foueam incidere? quod clariori veritate confirmatur,nempè ex nomine antefati, dotibus datum, dum aliud non significat, nisi mor-
3 tis vexillum, quapropter dixit *Tass. de antefato ver.*4.*obseruat.*4. *num.*10. horribile huius nomē,esse,dum mortis memoriam intonat in sonu nuptiarum, sanè tamen hæc, quæ dixi intelligas;dum loquor de vxore tamquam muliere, non tanquam socia nobis coniuncta per sacramentum matrimonij,cum sanctum, & magnū sit, & à Domino nostro Iesu Christo
4 institutum,vt in *S.C.Trid.sess.*24.*cap.*1.&apud *Patrem Incarnatum suo scrutinio de sacramento matrim. ver. quis instituit fol.*117. & alijs omnibus antiquius *gl.in c.*1. *ver. quidam* 27. *q.*1. Imo dicitur res sacratissima per *gl.in c.cum initiatur* 5.*lit.A.*27. *q.*2. tanquā in Paradiso instituta *c.* 2. §. *his ita respondet* 32.*q.*2.& *gl.in d.c.* 1. *ver. quidam*

dam in medio, & secundùm veteres leges erat de præcepto vxorari ad euitandam maledictionem datam non relinquentibus prolem super terrã; quod hodie tantum de consilio seruatur, vt dicit *gl. in c. 1. ad finem d. 32. q. 2.* præter hoc igitur, nihil aliud boni in nuptijs inuenies, cum raro bonæ vxores reperiantur iuxta dictum
5 *Iuuenalis*.

Rara auis in terris, nigroque simillima cigno.

quod secundum nostrum prouerbiũ sunt sicut albæ cornices, & quod repræhensibile sit plures vxores diuersis etiam temporibus sigillatim, vt leges volunt experiri, sciãt hoc mortales, quod semel nubentes benedicuntur à Deo per sacerdotem subtus
6 pallium in Ecclesia *c. nostrates 3. 30. q. 5.* licèt actus iste non sit essentialis, vt possit dici, quod si omittatur, matrimonium sit imperfectum, & coniuges se copulando peccent, vt dixit *gl. in d. c. 3.* sed tantùm cerimonialis *c. 1. in fine de secundis nuptijs*; hocque adeò verum est, quod Eminentissimus Dominus Cardinalis Philamarinus, vigilantissimus noster Antistes Neap. putans hanc cerimoniã esse indecentem actui disponsationis, & coniugij, *in sua secunda synodo publicata anno 1644. in 3. decreto de sacramento matrimo.* mandat Parochis, alijsque Sacerdotibus eius diœcesis sub pœna suspensionis ipso facto incurrenda, ne audeant in futurum similes benedictiones dare, quando alter ex coniugibus in alio matrimonio contracto, dictam benedictionem habuerit, quo in casu permisso, nequaquam eam dent sub pallio, seu baldachino sub eadem pœna statuta; qui verò defuncta prima vxore, denuò nubunt, hac benedictione indignifiunt, & sicut fœlix primũ matrimonium potuisset nuncupari, ita infelix secundum dici; & præcipuè si cum primo adsint soboles, qui postmodùm mutant matrem in nouercã, quæ continui iurgij origo est, ad quæ audi verba *tex. in §. soluto igitur matrimonio, Authẽt. de nuptijs*, dicentia. §.
7 *Soluto igitur matrimonio, secundum prædictas omnes disiunctiones, fælix quidẽ, & beatum est vtrique contrahentium perdurare*; (explicat *gl. ibi*, idest, *ad secundas non venire*) *in priori coniugio, & non procreatam sobolem in sequentibus matrimonijs forsitan contristare*, quod multo magis experiuntur, quando sunt filij ex utraque parte; non per hoc barbara consequentia sumi potest, ergo, maledicuntur, sufficiat tibi tantum scire, quod non benedicun-
8 tur *d. c. 1. de secundis nuptijs*, dummodò in contrarium forsan consuetudo non vigeat, vt etiam vidui benedictionem obtineant, ita *Bonac. to. 1. de ijs, quæ pertinent ad vsum matrim. q. 4. puncto 6. num. 4.* quod etiam in spiritualibus sponsalitijs seruari, probat *gl. in c. si quis sacro. 17. lit. B. 27. q. 1.* vbi dicit; virginem tantum velandam, & benedicendam esse; hoc quidem iudicio meo est accuratè notandum, nam licèt iure non sit vetitum, imò dispositum, ut quis ordine successiuo plures uxores ducere possit, sublata infamia antiquitus per leges irrogata, ut *in nouella 146. de muliere, quæ post mortem mariti fol. 120.* & contrahere secundas, tertias,
9 & ulteriores nuptias iuxta *tex. in c. quomodò 10. cum duobus alijs sequentibus*, ubi *gl. 31. q. 2.* & *gl. in d. c. 1. in rub. de secundis nupt.* & *Bal. in l. 1. num. 18. C. eod. tit.* & plusquam ille, quem refert *Boer. decis. 186.* in fine cũ authoritate *D. Hieronymi*; ubi habetur, quẽdam uirũ post 22. uxores, duxisse ul-
10 timam mulierem, quæ duxerat quoque 22. maritos, sed ipse triumphauit, dum præuixit uxori, quæ tot uiros necauerat; nihilominus nõ collaudatur, imò contrahit bigamiam, in qua tantum Pontifici dispensare permittitur, vt per *Barbos. de pot. Ep. alleg. 49. num. 20. fol. 353.* Imò nota circa hoc magis priuilegiatas esse

cor-

corruptas viduis, etenim si corrupta vnquam maritata, nubat, benedicitur tempore desponsationis, ita *de Affl. super constit. sancimus num.* 15. *de matr. publicè contrah.* secundùm quem in *constitutione lege praesenti de dandis aduoc. num.* 5. habetur etiam plus peccare viduam fornicando, quam virginem, & sic patet, viduitatis statum cæteris esse strictiorem. sed addas, & consequentèr laudabiliorem, ait n.
12 S. *Io. Chrisost. in suis serm. de non iterando coniugio fol. mihi* 198. quod status viduitatis est perfectissimus, & mulier vidua non debet nubere, nisi tātū in Domino, iuxta *tex. in c. honorantur* 13. *in ordine* 32. *q.* 2. sed quomodò hoc intelligatur, vide *tex. in c. sicut alterius* 39. vbi *gl. lit.* E. 7. *q.* 1. cūque[?]ssimus in hac materia, non omittam dicere, quod sicùt pluries ordine permisso, concessum est mulieribus nubere; ita pluries dispensandū est ipsis in gradu prohibito, puta si duxit primum sibi virum aliqua mulier coniunctum in tertio, vel alio
13 gradu affinitatis, vel consanguinitatis, si eo mortuo, alterū ducat in eodem gradu consanguineum; est iterum dispensandum in isto, sicut prius fuit dispensatum in illo, ita *Costa de facti scientia cent.* 1. *dist.* 16. *per tot.*

Attamen licèt prædicta omnia vera sint, non in omnibus locis practicantur; dum in nonnullis Ciuitatibus, & terris nostri Regni, mos est; quod mulieres, quæ perdunt primum virum, alium non ducunt, sed fidem seruant, nubunt in domino, & in sta-
14 tū viduitatis decedunt, & quia reputabatur antiquitus in Ciuitate Neap. actus ferè infamis, vidua, quæ nubebat, per vicinos illudebatur tali modo, quod fuit necesse tempore D. Petri de Toleto anno 1640. vt particularis pragmatica super hoc promulgaretur, sub pæna vnciarum auri 100. contra iniuriantes miseras viduas, vt in *prag.* 1. *de iniur.* sic quidem consulebat quidam meus familiaris amicus, & in omni genere sciētiarum peritus, quod vir, qui habuit vnam vxorem, non debet quærere secundam, quia hoc faciens committit irremissibilem errorem; & tanto magis si secunda fuerit vidua, quæ scit vitia propria, & aliena, cum dicatur vxor vitiata, vndè *Tiraq. de leg. connub. l.* 6. *num.* 2. 3. *& seq.* vxorandis consilium dedit, vt à viduis abstinerent portans metaphoricè *Ouid. lib.* 1. *de remedio amoris in seq. carminibus:*

Quæ probet latas arbor spatiantibus vmbras,
Quo posita est primum tempore virga fuit,
Tunc poterat manibus summa tellure reuelli;
Nuc stat in immensum viribus aucta suis.

Quod consilium valdè intellexit, imò tāquam præceptum obseruauit quidam ex papalinis titulatus adhuc viuens, & Regnans, quod tres duxit vxores, & omnes virgines, qui alteram addebat ex sua mente rationem, nempè non esse honestum, vt vna mulier duos habeat in cubile maritos, mortuūm. s. & viuum, dum semper, quod eam secundus non benè tractat, & nō blāditur, vergit mētem ad primum, qui forsan melius ea vtebatur, & inter suas cogitationes suspirat, & suspirando sperat, & quid speret, tuum sit lectoris iudiciū,
15 & ne decipiaris in hoc, adduco tibi *Tira. omninò videndū in l.* 8. *connub. n.* 17. & propterea bene dixit *Costa de facti scie. cent.* 2. *dist.* 12. *num.* 40. quod virginitas est secunda dos mulieris, & qui virginem ducit, duplicem dotem habet.

At cum sint nonnulli, qui maiores, peritioresque in arte consulant, an bonum, vel ne sit ducere vxorem, *Diui Pauli* per eos in hoc oblita sententia 1. *chor. cap.* 7. hæc ipsis trascribere ex *Tiraq.* curaui *eod. tract. de leg. connub. leg.* 9. *gl.* 1. *parte* 9. *num.* 218. vt ad nubendum se deliberare possint,

&

& sunt epitheta, quæ vxori author
16 dedit, scilicèt *Amicitia inimica, ineffugabilis pœna, necessarium malum, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentum*, & alij aliter concinunt, *quod sit viri naufragium, domus tempestas, quietis impedimentum, vitæ captiuitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, sumptuosum bellum, conuiua fera, solicitudo confidens, leana cōplectens, exornata Scylla, & animal malitiosum*, quibus sit fas mihi dicere, & hoc vnū addere, sanctam legem, duram esse vxorem habere, quæ si in omnibus bona, est saltim speculatrix eunctarum viri actionum, omnes eius motus, & passus diuersimodè inuestigādo; quæ omnia intuendo S. Mater Ecclesia, hoc voluit ipsa adaptare remedium, dum præcepit vnam vxorem eodem tempore ducendam esse, quia vnica fuit costa Adæ, ex qua dicuntur duo, in carne vna; alias non duo, sed plures dicerentur vna caro, & iure, dum, si vna fuit mulier data primo parenti, & sola statim eum decepit, quæ deceptio totius orbis destructio fuit, quid esset, si duas Adā uxores habuisset? minus malum igitur eū vna tantùm, & non cum pluribus colluctari, ut notatur in supracitato *c. quomodò*, vbi *gl. 31. q. 1.* & nostra ciuilis lex improbat, & infamat, qui duas insimul ausus fuerit habere
17 vxores, vt in *l. 2. C. de incestis, & inutil. nupt.* & *l. eum, qui 18. cum gl. C. ad l. iul. de adult.* quo adeo est detestabile, quod S. P. nec minus poterit in hoc dispensare, teste *Sanch. de matr. to. 1. lib. 7. disp. 80. num. 9. fol. 263. Ozer. inst. de iure nat. gent. & ciu. num. 11. fol. 41.* quam etiam inualidæ, & nullæ secundæ nuptiæ declarantur, & statuitur primum matrimonium valere, de quo latissimè per *Menoch. de Arbitr. iud. casu 240. per totum.* Nec obstat, si dicatur, quod prius sanctis patribus, & patriarchis permittebatur plures vxores vnico tempore habere, quia hoc fuit causa multiplicandæ posteritatis ex reuelatione diuina, vt optimè *Couar. de matrimonio 2. parte cap. 7. §. 3 num. 1. & 2.* sed non fuerunt in hac sententia postmodū aliæ mulieres, vt liceret, plures posse dari vxores vno marito, sed contrarium esse seruandum, prout euenit quando puer ille Senatoris filius, maternis suasionibus adstrictus, vt reualeret sibi quid in senatu tractabatur, ne secreta consilij panderet, dixit hac mane conclusum est, reip. magis interesse, vt duas quilibet vxores habeat, (prout legitur de Lamech Caini interfectore, qui duas habebat vxores
18 Addam, & Sellam in *gl. d. c. quomodò 10. ver. primus 31. q. 1.*) quo auribus per matrem percepto; commota statim fuit tota ciuitas, & conquerentibus mulieribus, oportunius esse; ut quæque mulier duos viros haberet, contra sententiam *gl. in §. fin autem ver. postea auth. vt liceat matri, & Auiæ*, ignorabat senatus nouitatem hāc, & sic detectum fuit; opera illius pueri, id euenisse, ad hoc ne uera secreta propriæ reuelaret genitrici, ea scire quærentn propter quod decreuerunt, quod inde antea ad tribunalia non accederent adolescentes, nisi ille, tanta sagacitate ornatus, qua satis longè superabat ætatem, licèt non similis illis, de quibus loquitur *Propheta ps. 8. Ex ore infantium, & lactentium, &c.* Quomodo postmodum mulierum pandat enchomia Ludou. *Ariost. per Rodomontem*, hæc carmina tibi demonstrant.

Non siate però tumide, & fastose,
Donne per dir, che l'huom sia vostro figlio,
Che de le spine ancor nascon le rose,
E d'una fetida herba nasce il giglio;
Importune, superbe, & dispettose,
Priue d'amor, di fede, e di consiglio,
Temerarie, crudel', inique, e ingrate,
Per pestilentia eterna al mondo nate.

His maiora dicit, si videbis *Patr. Io. à S. Ge-*

S.Geminiano in sua summa de exemplis lib.6.cap.7; hocque adeo verum est; 19 quod cum *Pitagoras* suam filiã collocasset cum publico eius inimico, interrogatus, quarè id fecisset, respondit, *nec maius, nec peius malum poteram intulere, quam ei vxorem dare*, dicit enim *Claudius Minoe. Morosam vxorem mariti mortem esse*, canonizat veritatem istam exemplum Iob; nam cum contra eum demoni esset data potestas, omnia dissipauit, vxorem tantum intactam reliquit, sicut legi-
20 tur *apud eũdẽ c.2.* vt super cũctis esset crucium maius; & quia afflicto non
21 est addenda afflictio secundùm *Camill.Sal.in consuet.eas autem de success. ab intest.lit.G.fol.96.c.5.de clerico egrotãte ex l.diuus Marcus 14.ff.de offic.Praesid.* voluit propterea *Vuulp. lib. 5. ad edictum in l.2.§.praterea.ff.de iniusuoc.* non esse vitum illa die, qua desponsat vxorem vocandum in ius, quod singularitèr nota, quia potest tibi facere ingentem honorem, nam si aduersus aliquem debitorem fuerit liquidatum instrumentum, vel delinquens citatus, & in banca iuris vocatus, incusabitur in eum vltima contumacia, vt obseruatur in omnibus foris, ob quam remanet condemnatus, & descriptus pro pœna in libro inferni, quia non comparuit, si illa die ante parochum contraxerit matrimonium non incurret. in aliquam pœnam, quia vbi maius, cessat minus, maius enim debitum est mulieri satisfacere, quam creditori correspondere, & maior pœna est ducere vxorem, quam in contumaciam incurrere, & hæc sunt verba *tex.vbi gl.* vt mihi melius credas. *Praterea in ius vocari non debet, qui vxorem ducit, aut qua nubit, nec iudicem oportet, dum de re cognoscit.*

Respondent mihi consilium quærentes; quod si, quæ dixi, vera essent, mundus destrueretur, sed est facilis resolutio augumenti, scilicèt quod, qui in orbe viuunt in duplici specie
22 diuiduntur, aut sunt fatui, aut prudẽtes: prudentes ab hoc malo excogitato necessario abstinent, ne curis mũdanis vexentur, fatui se miscent in eis, quæ sunt tediosa, & laboriosa. Veniens Dominus, non inuenit, sed clausum est ostium, propter quod
23 amittunt oleum gratiæ, etenim vxoratus non potest aliud excogitare, nisi quomodò vxori complaceat ex *Matth. cap.25.* additur maius exemplum registratum apud *Luc. cap. 14.* regalis prandij, ad quod cum essent vocati infelices vxorati, renuerunt gratiam absque excusatione aliqua, sed absolutè, & derminatè dixerunt, duximus vxorem, non possumus venire; & sic ex his apertè colligitur, vxorem esse impedimentum salutis æternæ, & dixit *Apost.cor. 5.c.7.* quod *qui sine vxore est, sollicitus est, qua domini sunt*; quamuis reperirẽtur vxores prudentes, fideles, temperatæ, iustæ, & viros amãtissimæ pares illis, de
24 quibus legitur *in hystoria* Pauli *Emily*, quod cum esset expugnata quędã magna Ciuitas nuncupata *Monachus Boy* tempore *Imperatoris Conradi* III. fuit iniunctum militibus, quod cunctos ciues eius trucidarent; mulieribus tamen exceptis, quibus etiam permitteretur onustas egredi; hę prudentes baiularunt viros, qua ab Imperatore cognita sagacitate, suspenso necis ordine, vt & magnanimitatem, & iustitiam Principis indicaret, hominibus quoque indulsit; & hoc peius est, quia tantò magis diligendo maritos, in eis radicatur affectio, & fiunt serui dilectionis earum; sunt tandem vxorati sicut nautæ fortunæ
25 infortunijs semper subiecti, nesciunt enim salutis portum, nec nauigationis statum, si feruenter amant, vel tepidè diligant vxores, vt tuti à mũdi periculis viuant, & vt mihi fidem adhibeas, adduco hæc tibi verba *gl. in c. 2. ver. nauigasti 16. q.2.* scilicèt, *Quod sicut nauigãs subijcit se varijs periculis, nec proprio motu regitur, sed*

ventis sic habens uxorem; hinc dixit Euripid. *Nullum immanius est malum, muliere.*

Et Simonid. Vxor, est viri naufragiũ, & domi tempestas.

Sed vt nuptiæ sint minus vxoratis damnosæ, hæc est regula, & ordo seruandus, nempè quod fiant inter pa-
27 res iuxta vulgatam sententiam *nube pari*, nam alias, non benè se habent, vnde dixit *Ouid. Epist. 9. Deiaruira Herculi fol. 83.*

Quam male inequales veniunt ad aratra iuuenci,
Tam premimur magno coniuge nupta minor.

Quæ paritas seruanda est præcipuè circa ætatem, & personarum conditionem, circa ætatem, quia non decet senes, vt puellas ducant, ne postmodum quærant in debiti satisfactione auxilium secundùm *Tiraq. de legib. connub. l. 6. num. 18.* nam dicit *Albertus.*

Vxorem nemo nisi se iuniorem ducere debet;

Et quidam *notus Poeta.*

Di fieri horridi mostri;
L'vniuerso è ripieno,
Mostri hà il Ciel, mostri hà'l mar, mostri hà il terreno,
E giù nel cieco Auerno
I suoi mostri hà l'Inferno.
Mostro maggiore appieno
Non sia però, che mostri:
Quanto vnita veder senza riposo
Giouanetta consorte à vecchio sposo.

Circa conditionem, quia non conuenit, quod plebeus nobilem ducat vxorem, etenim vxores nobiles sunt viris superbæ, vt dicit idem *Tiraq. de nobilit. cap. 20. num. 96.* & semper de natalibus disputant in omni paruulo iurgio, vt experientia docet, & adnotauit *Sylua nup. rub. Seni non est nubendum num. 25. & per tot.* & iterum *Tiraq. de leg. connub. l. 5. gl. 1. par. 5. nu. 31.* quapropter dixit inter dispares, nuptias argui non posse, cum non sit verisimile; quod senex iuuenculã, &
28 nobilẽ nobilis ducat, vnde vt inueri-similitudo cesset, oportet cõstare, aut per testes, aut per instrumentum dotale inter tales, matrimonij constantiam. At hodie corruptis moribus, & deprauata ætate indifferẽtèr (hæ dicam) iniustę nuptiæ cõtrahũtur, quod etiam anteà fuit tempore *gl.* quæ idẽ aduertit in *l. imperialis 24. C. de nupt.* & maximè quando concurrunt diuitię, quæ omnem colluunt maculam, & operiunt defectum, quibus postea consumptis, cum fortunæ sint, prauũ experiuntur coniuges finem, sic mea ætate inter reliquos experior quendam notarium viuentem iuuenem, qui cum duxisset vxorem, quæ pro auia ipsi poterat esse, ex quo magnã dotem habebat, post paucos dies, reuolutis nuptæ tergis, liberam nunc vitam trahit, nec videt, nec amplius vxorem audit, quæ in tanta miseria reperitur, ut maior non poterit excogitari; unde per nubentes seruandum est consilium *Petri vanderani de priuileg. credit. cap. 5. de vtilitate, atque fauore dotium*, in matrimonijs contrahendis; quod exquirat quis uxorem benè moratam, & parẽ, & non benè dotatã; etenim mores semper durãt, & ullo pretio comparari possunt. sed quis de internis iudicabit, nisi solus Deus? ut *Ecclesiastici 7. in princ.* quãdoque usque dum mulier nubat, uidetur speculum uirtutum, & postmodum nupta experitur monstrum prauarum qualitatum, & de hoc uide supracitatum *Tiraq. ad l. 7. de leg. conn. per tot.* & *Cassan. ad consuet. Burg. rub. 4. num. 22. & seq. fol. mihi 125. a ter.* ac *Alc.* optime dixit in suo *emblemate 195.* ibi.

Alma venus, quæ nam hæc facies? quid denotat illa
Testudo, molli, quam pede diua premis,
Me sic effinxit Phidias fœmumque referri,
Femineum nostra iussit ab effigie,
Quodque manere domi, & tacitas decet

eet esse puellas,
Supposuit pedibus talia signa meis.

Cumque ex præfatis pateat licere vxorem habere, sed nō duas, vel plures, cum hoc interdictum sit, vt diximus supra *n.* 17. quod confirmat *gl. in §. sunt, & alia, ver. enumerari de nup.* & diuersæ sunt introductæ circa hoc
30 pœnæ notatæ per *Abb. in c. cum haberet* 5. *num.* 3. *de eo, qui duxit in matrimoniū, &c.* & teuera est miseratione indignus, dū si per vnam vxorem tot mala experimur, quanto maiora sustinenda forent per duas? & ècontra duos viros insimul retinere vetitum; qui appellari deberent, vt eos nominauit Dominus noster Iesus Christus apud *Io. cap.* 4. quando dixit Samaritanæ, quod non vnum virum, sed quinque viros habebat, quid si casus euenerit, vt putans mulier, suum virū in bello mortuum esse, factis debitis diligentijs indicatis per *tex. in §. quod autem à nobis, auth. vt liceat matri, & auiæ,* duxerit secundum; prout id accidisse noui, certæ fœminæ Olimpiæ Grosso de Neap. & postmodum reuertatur primus habitus pro defuncto, cuius erit uxor, primi, vel secūdi, & affirmatiuè dicam primum esse verum virum, cum secundæ nuptiæ vllum constituerint matrimonium *c. fin.* vbi *gl. de sponsa duorum,* & proptereà omnia gesta, ministrata, & forsan alienata per secundum nulla
31 erunt, *§. sin autem, qui sub gestis,* vbi *gl. ver. postea, d. auth. vt liceat matri, &c: d. l. eum qui,* & *Menoch. de Arbitrar. iud. casu* 420. *in fine.*

Deueniendo igitur ad priuilegia mulierum, quæ uti uxores retinent, referam nonnulla, quæ substantialiora, & utiliora, ac frequentiora uidentur.

Primum igitur est, quod deficientibus, ascendentibus, & descendentibus, ac tranuersalibus usque ad de-
32 cimum gradum, excluso fisco, defuncto uiro superstes coniux succedit ab intestato tamen decedenti, & è contra uir uxori, ut in *tit. ff.* & in *l.* 1. *ac toto tit. C. unde vir, & vxor, gl. in §. consideremus autem, ver. sunt,* & *ver. fine, auth. de trien. & semiss.* & *D. Reg. Capyc. Latro decis.* 65. *in princ. vol.* 1. dummodò tamen culpa vxoris, vel viri mors non sequatur puta si ueneno maritum necauerit, tunc pœnam, & non lucrum meretur, & ideò non succedit *l. si ab hostibus* 11. *§. si vir, ff. sol. matr.*

Neque obstat in principali nostro
33 assumptu *tex. in leg.* 1. *C. de donat. inter virum, & vxorem,* in quo habetur fiscum successisse; etenim procedit, uxore repudiante, ut ibi legitur, & explicat *gl. sua,* hocque adeo uerū est; quod fiscus non potuit inualidare donationem à uiro factam uxori in uita, & in morte confirmatam, secundùm *tex. in d. l.* 1. & uide *Camill. de la Ratha, in suo theatro feudali parte* 9. *diluc.* 84. *num.* 1. *vol.* 1. & *Tass. de antef. ver.* 3. *obseru.* 3. *num.* 76.

Existentibus uerò liberis, uel alias quomodocunque cōsanguineis, uxor
34 nil habebit in bonis uiri, nisi quartam in duobus tantum casibus, scilicèt, quando eam indotatam repelleret, ut in *§. quomodo autem auth. quib. mo. natur. filij effic.* & quando post uiri obitum remaneret inops sine dote, uel quia deperdita est, uel quia eam sine dote duxit, *§. quoniam vero l. antepen.* & in *rub. auth. de exhib. reis, gl. in d. §. quondam, ver. quartam, D. consil. Marcellus Marcianus cons.* 19. *num:* 5. *volum.* 1. intellige tamen si non reddat se indignam ex iuris dispositione; puta si uiuente uiro, aliquando sibi procurauerit abortum, aut uitā luxuriosam duxerit *l. iubemus* 11. *§. inter culpas, C. de repud. arg. tex. in §. si verò circa finem auth. vt cum de appellat. cognosc.* uel sua culpa fuerit ante matrimonium dissolutum, *§. & si mulier,* ubi *gl. & Angel. auth. de nupt.* de quibus latiùs infra *cap.* 5. *num.* 72. *& seq.* de quo iure quartæ est specialis lex in hac nostra Ciuit. ut in *consuet.*

sitamen,sub rub.com.diuid. ubi habetur, quô sit quarta ista diuidenda, quando non adsunt filij inter ipsam, & successores mariti.

Sed difficultas cadit, quid si non erit legitima uxor, sed putatiua, an dictis priuilegijs fruatur? & in hoc erit adhibenda distinctio, quod aut est concubina,& in schemate concu-
35 binæ retenta, & sic communitèr reputata, aut habita, & iudicata, ut uxor, puta si quis sub spe maritali aliquam uirginem stuprauerit,suamque domum intruserit eam, uel uiduam, aut aliquamcumque sub hoc nomine,& spe retinuit,ut ego obseruaui in diuersis amicis, qui adhuc in florido uiuunt, qui multos filios procrearunt sub hac spe, & animo amasiam desponsandi, proùt reuera tempore pestis fecerunt. Primo casu, non succedit concubinario, nec quartam habebit, sed uix duas uncias cum suis filijs,§. *consideremus auth.de trien.& semis.* ibi *sin autem ei domi, donec viuit libera mulier in habitu concubinæ, cum eo degens, & filijs ex ea (talibus enim solis hęc sancimus, vbi omninò indubitatæ sunt,siue concubina in domo habita,siue naturalium ibidem proles,)& nutrimētum damus eis, & intestato parentibus morientibus duas habere vncias paternæ substantiæ, cum matre partiendas, quantumcunque fuerint filij, itaut pro portione vnius filij, mater accipiat,* & videas etiam ad hunc *tex.eius gl.* pro clariori intelligentia. Secundo casu est practicanda dispositio *tex.* & doctrina *gl.in §.quoniam autem auth.quibus modis naturales filij efficiantur,&c.* quibus nil addam, sed tantum verba sua transcribam; & sunt. *Vt mulier si ostendere potuerit modis legitimis, quia secundùm hanc figuram vir eam accepertt domi, vt eam vxorem legitimam haberet, & filiorum legitimorum matrē nequaquam penitus licentiam esse ei hāc de domo preter ordinem legis expellere, sed habere eam legitimam, & filios suos esse ei:& illam siquidem indotata sit,nostra constitutionis vti bonis, quartam substantiæ viri percipientem siue expellatur sine prius moriatur vir*, & hunc *tex.* teneas menti,quia non omnibus notus est.

Et quid si fuerit conditum testamentum,& vxor relicta,vt plurimum hodie fieri solet, domina, & vsufructuaria, alijs institutis hęredibus, an ipsa viuente, totum hæreditatis vsū-
36 fructum habebit? & in hoc casu, ex disputatione facta per *Gaill.practicab. obseruat.lib.2.obseru.*144. distinguendo dicam,quod aut instituti hęredes sunt filij testatoris, aut extranei,si sunt filij subdistingue,aut ex testamento constat, testantis voluntatem fuisse, vt reuera vsumfructum hæreditatis haberet,quia forsan valdè diligebat vxorem, vel cum tale vsufructu eam forsan grauauit aliquibus pijs distributionibus, aut nō, sed simplicitèr fuit relicta ex communi vsu loquendi domina, & vsufructuaria, primo casu omnium hæreditariorum bonorum vsumfructū consequitur, deducta liberorum legitima, cui aliquod onus haud adij-
37 ci potest per *tex.in l.quoniam in prioribus* 31.vbi *gl.Bar. & Salyc. C.de inoff.test.*& *de Franch.decis.*127. *num.*6. *D.Reg.Marc.to.2.disput.forens.disput.* 77. *num.* 9. & ratio est,quia succedit loco alimentorum *l. quisquis* 5. §. *ad filias,*vbi Bal.C.*ad leg.iul.maest.* §.*non licebit in tex.meo auth.de Triente, et semisse,Bar.in l.titio centum,§.titio genero,ff.de cond.et demonstr.*pater enim naturæ præcepto filios alere tenetur
38 *l.nec filium* 9.vbi *Bal.C.de patr.potest.* itaque si instituatur filius hæres, & extraneo, vel matri relinquitur usufructus, non obstante,quod resoluatur in alimentis, et reliquum spectet ad filios,possunt ipsi ante partem petere legitimam, ut ex professo post disputatum articulum tenet *Gomes var.resolut.to.*1.*cap.*11.*num.*26.& 27. *de succes.contra testam.*tamen quomodo

do voluerit teſt ator ſic diſponendo, vt filius à matre alimentaretur ceſſat legitimæ petitio: puta ſi dicat, relinquo dominam, & vſufructuariam vxorem meam, & volo, quod filio meo ab ipſa alimenta miniſtrentur ita in terminis *Menoch. to. 2. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 139. n. 16. ver. declaratur hic caſus f. 304.* ſecundo caſu alimẽta tantum debentur vxori, & reliqua pars vſufructus hæreditariorum bonorum ſpectabit ad filios, iuxtà communem DD. interpetrationem teſte *Boerio deciſ. 194. num. 4.* latiſſimè *Tiraq. de legib connub. l. 10. num. 7. Anna ſingul. 600. Fra. crem. ſing. 8. de Franc. deciſion. 58. in principio Dom. Reg. Marc.* diffuſo calamo *to. 1. diſp. 49. per tot. D. Reg. Sanfel. deciſ. 201.* & latiſſimè *Menoch. vbi ſup. num. 4.* vbi dicit, quod nomen domina, non ſignificat, niſi præheminentiam, & nomen vſufructuaria; alimenta tãtùm proùt habetur etiam ex *Bar. infra cit. conſil. 24.* & ſi deficeret verbum vſufructuaria, ſed tantùm domina per teſtatorem relinquæretur, non importaret vſumfructum etiam extraneis inſtitutis hæredibus, ſed tantùm alimenta, vt poſt innùmeros ſic de communi tenet *Caualc. de vſufr. cap. 9. num. 39. in fine*, vt etiam ſeruandum erit, quando filijs fuerint dati ſubſtituti ex deſcendentibus nã tunc ſolum alimenta debentur, ſecus ſi erunt ex extraneis, quia in tali caſu, totus vſusfructus ſuus erit, *Alex. conſ. 29. vol. 4. col. 1. in princ.* eſt tamen verum, quod hęc alimenta danda ſunt, ſecundùm conditionem, & qualitatem perſonæ *leg.*
39 *quæro quanta 61. ff. de iure dot. l. cum plures 13. §. cum tutor, ff. de adminiſtr. tut. de Franch. deciſ. 183. circa num. 2. Nauar. deciſ. 84. num. 6.* & habito reſpectu ad quantitatem patrimonij *leg. fin. C. de alend. lib.* & dicam vnico verbo danda ſunt, proùt dabantur à viro, dum viuebat; ita *Petrus Peckbius de deteſtamentis coniugum lib. 4. rub. de alimentis à coniuge coniugi legatis cap. 10. num. 2. fol. 273.* & hoc procedit ſiue voluerit, ſiue nõ habitare cum filijs, dummodò ſub hac lege à teſtatore non fuerit diſpoſitum, nempè, ſi in eius domo, cum ſuis liberis permanſerit, & viduitatis luctum ſeruauerit, tunc enim teſtantis voluntas ſeruanda eſt, eo quod
40 potuit talem legem imponere *§. diſponat. auth. de nupt.* & vtrique conditioni parendum eſt, cum copulatiuè diſpoſuerit iuxta *tex.* apertum in *§. ſic plures conditiones*, vbi *gl. inſt. de hæred. inſt. & l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit 129. ff. de ver. oblig.* vndè ſi momento tantum, vt ſolet accidere caſus, compleuerit cum aliquo matrimonium cadit à iure ſuo, perditque omnia, quæ ſub viduitatis conditione relicta erant, eſt ratio, quia cum ſit legatum conditionale ſemper, quod nubit, cõditio non adimpletur, & per conſequens non debetur *Alex. d. conſ. 29. ead. col. 1. fol. 22. & Grat. deciſ. marchię 187.* ac vide *de Franch. deciſ. 231.* ſecus tamen ſi ſponſalia tantùm contrahantur, quia cum matrimonium non poſſit dici perfectum, non mutauit ſtatum viduæ, & per conſequens non incurrit in pœnam, ita *Coſta de facti ſcientia inſpect. 11. nu. 7.* & *Gizzi. ad Capyc. Latro obſeruat. 22. num. 2.* ſed ſi disiunctiuè legaſſet mulieri vſumfructum, ſi cum filijs ſteterit, vel vidualem vitam duxerit, ſatis eſt ſi vni pareat conditioni *tex. eſt vulgatus in l. ſi hæredi plures 5.* vbi *gl. ff. de condit. & demonſtrat. d. §. ſi plures Capra conſ. 76.* quod incipit *cum viſo n. 12.* & *Galli. d. obſeruatione 144. num. 13. & 14.* quæ conditio poteſt deſignari non dum à viro, ſed etiam ab extraneo ſi dixerit, lego Seiæ centum, ſi lectum vidualem ſeruauerit, ſiuè, ſi non nupſerit; ſed ſi non vidua, ſed virgo erit; legatum ſic conceptum non tenet *leg. ſed ſi hoc 61. §. fin.* vbi *gl. noua*, & *Bar. cum l. ſeq. nuper cit. tit. de condit. & demonſtrat.* At decedentibus filijs ſuperſtite matre, & ſubſtitutis extraneci

neis forsan, vt diximus integrum vsumfructum habebit secundùm cōmunem DD. opinionem, quam tenet
41 *Bar. in l. titia, cum testamento 34. §. titia per tot. ff. de leg. 2. Viscont. conclus. iur. ver. uxor relicta domina in medio fol. 291. col. 1.* & *Ricc. coll. 96.* latissimè *Ias. in l. si paterfamilias num. 3. ff. de leg. 3.* & *Alex. de Imola cons. 56. vol. 3. Pet. Pecchius de testamentis coniugum lib. 5. cap. 3. fol. 268.*

Si sunt extranei instituti, & absq; vlla dubitatione totum vsumfructū ad vxorem spectare, dum cessat præsumptio dilectionis, & sanguinis, quę cadit in liberis, docuit *Gaill. vbi supra num. 8. Cassan. ad consuetud. burg. rub. 4. §. 6. in tex. pour en souyr sauie durant fol. mihi 153. àt.* & *de Franch. d. decis. 58.* & in hoc nota alium casum, quod si neque liberi, neque extranei hæredes instituantur, sed tantùm mulier relinquatur vsufructuaria, non
42 possunt venientes ab intestato hæreditatem prætendere, sed mulier hæres erit tam, quo ad proprietatem, quam quo ad vsumfructum, ita *Menoch. de adipisc. possessione reme. 4. num. 129. & seq. Reg. Capyc. Latro decis. 5. vol. 1. num. 19.* & faciunt optimè dicta *Bal. in §. seruus inst. quib. ex caus. man. non licèt nu. 7.* sed quomodò hoc procedat, vide *Petrum Pecchiū ibid. de testam. coniug. cap 4. fol. 268.* quod idē erit, si aliquis in proprietate fuerit institutus hæres, & repudiauerit; etenim portio repudiata mulieri vsufructuariæ accrescit, dato, quod forsan statuto prohibeatur hæredem institui, vt est Papiæ. *Menoch. vbi supra num. 129. & 130.* Et quid si instituta sit hæres absque onere reddendi rationem, an sit vsufructuaria, vel proprietaria, vide eundem *Pecchium de testamentis mariti, & vxoris lib. 5. cap. 8. num. 3.*

Et an si legatum factum sit à viro vxori, puta centum, si castè, & honestè vixerit; illud debeatur si secundo nubat, istam quæstionem præter cœ-
43 teros tangit *Angel. in §. iuris præcepta in principio de inst. & iur.* & tenet partem negatiuam, quam indè comprobarunt alij citati per *Mant. de coniet. vltim. vol. lib. 11. tit. 19. nu. 31.* & *Grat. to. 1. discep. for. cap. 5. num. 29. 30. 31. et seq.* qui dicit infra *num. 42.* quod si testator licentiam dederit nubendi; licèt ex ea, non videatur aduersari testantis volūtati; nihilominus, si nubat intra annum luctus, ob viri summum amorem erga, se ita spretum, adhuc legato venit priuanda, quod est notandum; sed si legatum fuerit factum ab extraneo, vel ab alio longiori gradu coniuncto sub dicta conditione, si nubat, legatum debetur: filij tamen si matri legauerint sub eadē lege, eadē est seruanda ratio, quā de viro diximus ex DD. vbi supra, & signantèr *Mantica d. num. 31. vers. quod autem dicitur fol. 311. àter. col. 1. Episcopus tamen Sperellus* eum ab hoc dissentirì non potuisset dedit cautelam *to. 2. decis. 159. num. 6.* præstandā esse cautionem de restituendo in casu nuptiarum, vt faciliter restitutio, quod mihi non displicet, cum idem prouisum videatur per *tex. in §. quæ verò nunc*, vbi *Ang. auth. de nup.* quod sentijt *Pratus ad Pasib. de patria potestate cap. 10. 3. partis ver. an autem mater transiens, fol. 531.* quando verò legatum sit, donec lectum vidualem seruauerit; statim, quod nupserit, legato carebit per *Bar. in l. 2. num. 42. ff. de vulg. et pup. subst.* & faciunt ad hæc dicta *Viuy opin. 205.* & *Cassan. ad consuetud. burg. rub. 4. §. 6. rub. et sera tenue num. 14. et 15. et diximus supra num. 40.*

At maius dubium insurgit, & est; si testator relinquat vxori suæ bonorum omnium vsumfructum, postq; eius mortem instituant alium hæredem, an tale legatum sit validum? quia si legatum consequitur à die aditæ hæreditatis, si cum veniat adeunda; ipsa defuncta sit, quomodò in vita legatum consequi poiuerit? Et

in

in hoc dicit *Iaſ. in L. extraneum num. 5. C. de hæredibus inſtit.* quatuor eſſe DD. opiniones, ſed ipſe eam ſequitur, quæ tenet pro validitate legati ex hac ratione, quod ius acquiritur legatario à die mortis teſtatoris, vt ex infradicendis in *Special. 8. ſub num. 48. De religioſis mulier.* licèt exequutio detur à die aditæ hæreditatis, quæ cum fieri non poſſit ea viuente; niſi deberetur legatum, voluntas teſtatoris nil operarentur. Ad quod erit aduertẽdum, quod tenetur facere inuentarium, & cauere de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, imò de ſoluendo ius alienũ ſecundùm nonnullos, ut optimè habetur apud eundem *Pecch. de teſtamentis coniugum cap. 9. per tot. fol. 270.*

Sed quid ſi uacauerit aliqua cappellania in patrimonio teſtatoris, & mulieri relictus ſit uſufructus, alijs hæredibus inſtitutis in proprietate;

44 ad quem ſpectabit præſentatio? & in hoc, ius competere proprietario excluſa muliere tenet *Danza in tract. de Baron. obſeruat. 20. cap. 2. num. 33.*

Et quid ſi inſtituantur filij pro una parte, et extranei pro altera: uxore relicta domina, & uſufructuaria; an tantùm alimenta; uel integrum uſumfructum habebit? & in ultima parte inclinat *Bar. conſ. 24. preterniſſorum in volum. conſil. & tractatuum fol. 168.* quo ad extraneos; quo uerò ad filios pro alimentis tantum legatum ualebit, ut ſupra diximus, ac idem comprobat *Caſtill. de vſufr. lib. 1. controuer. cap. 45. num. 17. Gaill. lib. 2. obſeruat. 144. num. 8. in fine*, & *Gabr. commun. concluſ. lib. 5. de vſufr. concluſ. 3. num. 5.*

Secundum priuilegium uxoris eſt hypothecæ; illicò namque poſt contractas nuptias, uiri bona, pro dote conſignata, ſunt tacitè hypothecata

45 *l. unica, §. et vt plenius*, ubi *Bal. C. de Reiux. act. §. fuerat*, ubi *gl. de action. Iaſ. et Bar.* qui tenet reiectis contrarijs in *in l. aſſiduis num. 5. C. qui pot. in pigno. hab.* dictam tacitam hypothecam cõtrahi ex ſimplici dotis promiſſione, licèt traditio non ſequatur, ad quod eſt etiam videndus *Azo in ſumma, C. ne pro dote mul. in fine*, Et non dùm pro dote, verum etiam pro alimentis ſecundùm *Myn. ſin. centur. 1. obſeru. 64. Surd. de alim. tit. 8. priu. 49. in princ. de Affl. deciſ. 10. num. 3.* & *Gratian. diſcep. for. cap. 53. num. 3.* & in hac noſtra ciuitate, ſi mulier poſtmodum conſentiat alienationibus dictorum viri bonorum, ſuæ hypothecæ non præiudicat, vt in *conſuet. 1. de conſenſu mulieris*; dummodò expræſsè nõ renũciet

46 iuxtà terminos poſitos *infra n. 167.* undè ſi uiri bona uenirent ob aliquod eius delictum confiſcanda, trãſirent, cum iſta hypotheca, ut apertè docet idem *Bar. in l. poſt contractum 15. num. 17. ff. de donat.* idem *Gaill. lib. 2. obſeruat. 86. num. 4. et 5.* ubi dicit; quod, & ſi mulier, & fiſcus ſint pari-

47 ter priuilegiati, ut per *gl. in §. fuerat de action. ltt. D. Caſſan. ad conſuetud. Burg. rub. 4. num. 4. §. 6.* & *Vanderan. de priuileg. creditorum cap. 4. col. 3.* nihilominus in dote, & in ſucceſſione uiri præfertur per *tex. in l. 1. C. vndè vir, et vx.* & *Paſch. de patria pot. parte 2. cap. 1. num. 62.* & in dubio, pro dote; mulierem ſemper eſſe præferendam ſuſtinet pluries citatus *Gaill. lib. 2. obſeru. 81. num. 6.* & latiùs dicemus infra à *num. 85. ad 87. qui Gaill.* ampliat priuilegium hoc etiam ad donationem propter nuptias, ſed non ad paraphernalia, ut in *obſeruat. 92. eod. lib. 2. num. 10, Campeg. de dote queſt. 8. par. 1. Caſtrenſ. conſ. 392.* & *Paris de Puteo in tractatu de ſindicatu verſ. publicatio bonorum fol. mihi 253. num. 2.* & datur à die promiſſionis, et matrimonij *l. 1.* ubi *DD. ff. qui pot. impign. hab. Neguſ. de Pignor. 4. membro 2. partis num. 80. et 81.* ſed ſecundùm alios à die capitulorum, ut pluries deciſum teſtatur *Gizz. ad Capyc. Latro Reg. meritiſſ. obſeru. 36. à num. 6. ad 10.* & *conſil. Roccus de decoctione mercatorum nota 79. num. 232. fol. 457. poſt ſecundam centuriam*; hinc poſſumus dicere, quod dam-

48 damnato marito, & confiscatis bonis etiam si tractetur de crimine læsæ M. vxor non perdit dotem suam (vt vidimus obseruatum anno 1640. ad fauorem D. Isabellæ Sansuerino vxoris quondam D. Io. Orefici Principis Sansæ condemnati ex crimine felloniæ tempore Illustris Ducis Medinæ huius Regni Proregis per septẽ regios pricipales ministros in causa datos,) & hoc per *tex. in l. si quis posthac 9. cũ gl. Bal.* & *Salyc. C. de bonis* proscriptorum facit etiam *tex. in l. 2. C. ne vxor pro marito*, in quo sancitum est, vt non dum pro dote agat, sed etiam pro donatis, vt per *Præsid. de Franch. decis.* 689. *num.* 3. cum pro eis eadem iura exerceat *auth. bona damnatorum*, §. 1. *C. eod.* ibi. *Vxores verò earum dotem, & ante nuptias donationem accipiant*, dat tationem *tex. in l. res vxoris* 24. *C. de donat. inter virum, & vxorem*, sic in medio; scilicèt. *Nec alieni criminis infortunio adstringi vxorem*, comprobat *tex. in l. 1. C. ad l. Iuliam de vi publi.* ibique *gl. l. quisquis* 5. §. *vxores, C. ad leg. iul. maiest.* & *l. sancimus* 22. *C. de pœnis*, per quam fines pęnarũ limitati sunt, ne egrediantur delinquentes; sed suos tantummodò teneant authores
49 *Par. de Puteo vbi supra num.* 3. & in Regno habemus *constitutionem Imper. Feder.* incipientem, *pæna carere volentes*, quæ consona est adductis iuribus sub *rub. de vxoribus foriudic.* vbi *Andr. de Iser.* & *de Affl.* latissimè *in num.* 6. quem postmodum sequitur *Foller. pract. crim. rub. annotentur bona à num.* 27. *vsque ad finem*, *de Franch. decis.* 689. *num.* 3. & 4. & de his est omnibus pulcherrimus *tex. in l.* 2. *ff. ne vxor pro marito*, ibi. *Ob maritorũ culpam, vxores inquietari leges vetãt. Proinde rationalis noster, si res, quæ à fisco occupatę sunt dominij tui esse probaueris; imò publicus sequetur*, & in Ciuitate nostra adest, capitulum 23. (quod incipit. *Item supplicano la prefata M.*) Reg. Federici, vbi supplicatur dotem esse semper saluam ex quocumque viri delicto, quod priuilegium huius hypothecæ nondum vxoribus, sed etiam sponsis conceditur in bonis sponsi, si dotem dederit ante matrimonium contractum, vel si non dederit, propter donationem ante nup-
50 ptias secundùm *Foll. in constitutione statuimus num.* 104. *de magno iustitiario*, cum contrarium dicere videatur *gl. in l. eos.* 9. *vers. competunt*, *C. qui pet. in pign. hab.*

Ex quo priuilegio tacitæ hypothecæ duæ precipuè colliguntur vtilitates, nempè assecurationis, & dotium recuperationis.

Circa assecurationem; tunc est quando maritus vergir ad inopiam
51 iuxta *tex. in l. si constante* 15. *ff sol. mat.* & latissimè tradita per *Rodriq. de priuileg. credit. art.* 6. 1. *partis num.* 30. quã impropriè restitutionem vocauit *Alphonsus de Olea de cessione iur. tit.* 3. *q.* 7. *num.* 9. *Reg. de Marin. to.* 2. *lib.* 2. *cap.* 143. mulier enim poterit comparere in idicio, & petere, ipsam pro dotibus assecurari, & sic concipere libellum.

In curia N. comparet N. dicens; quod cum videat virum vergere ad inopiam, competenti sibi adhuc constante matrimonio actione hypothecaria pro suarum dotium assecuratione, petit ipsi comparenti dotem restitui, & consignari ad vtendum, & fruẽdũ pro sustẽtatione eius familiæ, & omni alio modo meliori, quo iudicio pendente alimenta ei danda esse notauit *Pasch. de patria pot. parte* 2. *cap.* 2. *num.* 73. & fructus sequestrãdos voluit *Bor. latiss. summa decis. to.* 2. *tit.* 37. *num.* 41. & 42.

Attamen si forma ista in huius libelli confectione non concipiatur, est adhuc valida petitio, dum supplet lex, quod deest, & intelligitur facta instantia cum legis moderatione, vt ex *Bal. in l. vbi adhuc* 29. *num.* 5. *C. de iure dotium*, & maximè in Regno, in quo cum procedatur, sola facti veritate inspecta, sufficit talis,
52 qualis petitio, *prag.* 1. *de ordine iudic.* vbi

vbi more ſuo diffusè *Reg.Ron.*& *Mu-ſcat.par.1.gl.petitur num.*20.21.*& ſeq.* imò ſi maritus incipiat malè vti ſubſtantia ſua, adhuc erit locus aſſecu-
53 rationi, ſecundùm *Gaill. obſeru.* 83. *lib.2.num.2.&* 11. per *tex. in auth. de æqualitate dotis.* §.*illud*, facit *gl. in c.2. de ſeq.poſſ.& fruct.lit.* C. *Coſta de facti ſcientia cent.2.diſt.*80.*num.*1.*&* 7.*fol.* 512.*Bar.in auth.qua olim num.*3.*C.de Collation.*Bellon.*in* §.*ſi quid autē inſt. de fideiuſſor.num.*4. dato, quod maritus offerat cautionem *Grat.to.1. diſc. for.cap.*44. *num.*24. dùm regularitèr pro dote, cum nuptiæ contrahantur, à lege nō admittũtur fideiuſſores, ex ratione adducta *in l.1.&* 2.*C.ne fideiuſſores dot. dent.* ita *Paul. de Caſtro in l.maritum* 13.*num.*10 *ff.ſol.matr.* quorum iurium diſpitio limitatur in caſu iſto, quando vir vergerit ad inopiam, quamuis *Gratian.* dixerit contrariũ, dum re uera admittuntur fideiuſſores, eo, quod ceſſat cauſa perfidiæ *cap.per veſtras* 7. vbi Abb.*de donat.inter virum.& vxorem d.l.ſi cōſtante*, proùt ex profeſſo tenent *Oin. Min.* & alij ſcribentes ad §. *in omnibus, inſt. de fideiuſſor.* vide Bal. *nou. de dote*, & addentes ad eum in *parte* 6. *priu.* 21.*fol.*35. nec in iſto caſu prodeſſe poterit priuilegium *l. maritum* 13.*ff. ſol.matr.* & §. *item ſi de dote de action.* vt non teneatur, niſi in quantum facere poteſt ſecundùm *Paul.de Caſtro in d.l.maritus num.* 9. & ſeruatur in praxi, vt hoc iudicium fiat audito viro, & Regio fiſco, vt ſi aliquid haberet intereſſe eius iura proponeret, ſed alijs creditoribus non citatis, dato ſint certi, cũ tãtũ in hoc ſit fiſci priuilegium, licèt alias diſcurrat *Fōtanella infracitand.loco num.*71.*&* 72. proũt etiam ſeruatur in Republ.Genueſ.in qua cum petatur iſta aſſecuratio requiritur tantùm ſenatus licentia; qua conceſſa, audiendus eſt Sindicus Ciuitatis pro ſuo intereſſe, vt in *lib.*5.*ſtatutorum capitul.*4.*f.*175. & cōpilatis actis priuſquam promulgetur decretum aſſecurationis, viſo inſtrumento dotali, ſit appretium bonorum menſionatorum in libello, ut ualor pateat uſque ad concurrẽtem dotis quantitatem, & iurium dotalium, nam, quod supereſt, ad uiri diſpoſitionem, & arbitrium remanere
54 debet pro reliquis ſuis neceſſitatibus, ut ex *Maſullo ad Capyc. deciſ.*41. *num.*2. & *Praſ.de Franch. deciſ.* 283. *Viſcont.infracit.loco*, *Vrſ.ad Matth.de Afflict. deciſ.*9. *num.* 3. & eſt optima deciſio eiuſdem *de Franch.* 617. non obſtante regula, quod dos ſemel aſſignata uiro, durante matrimonio,
55 haud repeti poſſit per *tex.in l. vnica C.ſi dos conſtante matrimonio Viſcont. in ſuis concluſ. ver. mulier regularitèr fol.*189.*col.*2.& Gaill. *d. obſer.* 83. *in princ.& per tot.& obſeru.* 86. *num.*12. cum data ſint ad ſubueniendum nuptiarum oneribus *l.pro oneribus* 20. *C.de iure dot. Theſ.deciſ.*195. *num.*3. *de Affl. deciſ.*199. & *de Franch.deciſ.* 283. *num.* 14. etenim limitatur talis diſpoſitio ob uiri inopiam, teſte *gl. in* §.*fuerat de actio.ver.cum.ipſa,&* Mat. *de Affl.* latatiſſimè in *deciſ.*349.*num.*1; & uide *Neguſ.de Pignor.& hyp. mem. pr.*1.5.*partis num.*30.*& ſeq. Hieronym. Ferdinandez.miſc.iur. diſp.*12. *per tot.* iuxta illud, quod in neceſſitatibus receditur à regula iuris, & ſic conceditur repetitio ſuarum dotium mulieri, quæ alias negaretur, *Cornaz.deciſ.*184.& *Ricc.coll.*662. hocque uendicat ſibi locum, dato quod mulier à principio contraxerit matrimoniũ cum marito inope, dùm non poteſt in eius culpam, negligentia imputari, ut per *Bar.*contra *Dyn.* tenet cum multis alijs *Campeg.de dote par.*3. *qu.*
56 25. qui infra *quæſt.* 27. dixit idem eſſe, & procedere contra ſocerum uergentem ad inopiam, quando ipſe dotem receperit, & aſſecurauerit ſequitur *Fontan.de pactis nup.to.*2.*clau.* 7.*gl.*2.*par.*3.*num.*73.*de Angel.ad deciſ. Gizzar.*44. *num.*14. ſed an ſtatim immediatè poſt nuptias, ſi dignoſcit

mulier virum esse pauperem, vel prodigũ, possit intentare, hoc assecurationis iudiciũ, vide *Bar. in d. l. si constante in princ.* & Bal. *in l. vbi adhuc num.* 28. *C. de iure dot.* Attamen præfata non procedunt, quando extraneus dedit dotem, & pactus est, eam sibi restitui; quia ob viri vergentiam ad inopiam non poterit instare pro eius restitutione, quia hoc priuilegium est concessum mulieri, & non alijs, ita *Gom. ad l. 50. Tauri, & 51. & seq. num.* 34. & ratio rationis est, quia Reip. interest mulieres esse dotatas, *l. 1. ff. sol. matr.* vndè cum pactum dotis restituendæ tendat in fauorem dorantis, & non mulieris, non poterit frui priuilegijs ei concessis, pro qua assicuratione obtinenda, mulierem ad aliquid probandum non teneri, sed ad plus asserere, tot debita habere, & tot bona, docuit magister meus *Cosctia* per multas authoritates in suis dissertationibus, *lib. 2. resol.* 8. *quæst.* 9. *num.* 8. licèt in contraria sententia sit, *D. Reg. Sanfel. decis.* 131. *num.* 3, quẽ vide *dec. seq.* vbi dicit, quod prolata sentẽtia assecurationis, eius executio non impeditur per appellationem, adeò priuilegiata est.

Sed ista assecuratio, aliud vxori non tribuit, nisi commoditatem vsus, &
57 fructuum, *de Affl. decis. 9. de Franch. decis.* 54. *num.* 2. & *decis.* 617. *per tot.* vbi *adden.* contra *Campeg. de dote par. 3. qu.* 55. immò attenta practicabili theorica *Reg. Sanfelyc.* 318. debet mulier etiam cautionem præstare de non barattando, sed de exhibendo ad omnẽ ordinem curiæ, vbi dicit, quod prolata sententia assecurationis, adhuc durat fideiussio, & sic iudicatum refert *n.* 5. & ex hoc non omittam aliquid vtilitatis dicere pro mulieribus, quod si res assignatæ pro dotium restitutione pereant, non pereunt eius periculo, dum earum vsum tantum habent, sed aliæ dandæ sunt in casu postmodum restitutionis: ratio est patens, quia cũ tantùm vtendi eis facultatem retineant, vllum dici potest esse translatũ dominium, & per consequens non debent stare eius risico, & periculo, si tamen non male vtatur, est singularis
58 doctrina *Bosij sub tit. de remissione mercedis num.* 103. *fol.* 420. sed quando sua culpa pereunt, nempè si agros nõ laborat, non incidit tribulos, & spinas, tunc sibi imputatur, ita in terminis *Fontanella de pact. nupt. lib. 2. clauf. 7. gl. 2. parte 3. num.* 74. *Mastr. decis.* 142. *in fine*, & *Castill. decis.* 25. *num.* 4. sicut videmus, & dicimus etiam de patre, qui & si iterum filiam dotare tenentur si dotem amiserint, si tamen sua incuria deperdita sit, ab hoc onere est so-
59 lutus, *Roger. de dote ver. 2 num. 6. & 7. Bar. in l si cum dotem. §. si post solutum num. 2. ff. sol. matr. Borr. summa decis. to. 3. tit. 4. nu.* 215. *Grat. discept. for. d. to. 1. cap. 65. num.* 15. *& 16.* & *Giurba decis. Sici. 5. nu.* 10. quæ dos si fuerit assecurata super vna re electa per vxorem, non poterit super alijs variare, quam-
60 uis hypothecaræ sint *Capyc. decis.* 46. *num. 5. et 6. de Affl. decis. 9. num.* 4.

Pro qua assecuratione obtinenda iura hypothecæ exercendo, etiam cõtra alios creditores, & detemptores
61 bonorum viri per *tex. in d. l. si. constante* 25. *et d. l. vbi adhuc* 29. *ibique Bal. n.* 17. proficuè videndus, & *l. seq. §. volumus, C. de iure dot.* habent magis speciale mulieres priuilegium, quod nõ poterunt ipsi creditores obstare, nec proponere beneficium iuris offerendi, sicut habent in adiudicatione, secundùm *Consiliarium, de Affl. dec.* 199. *et* 221. *Praf. de Franch. decis.* 54. *Reg. Capyc. Latro decis. 42. in princip. vol. 1. Giurb. decis. Sicil.* 16. *num.* 12. *et seq.* addentes ad *Sanfelyc. decis.* 131. *Bal. nou. de dote parte 8. priuil.* 47. *Chart. decis. Gen.* 8. & *Gaill. obseru. alias citata* 92. *num.* 2. quicquid in contrarium sentiat, *Bal. in d. l. si constante num.* 2. & *Cepoll. cautela* 124. *in fine*, ratio est, quã supra indicauimus, quod cum in assecuratione non transferatur dominiũ, sed sit tantum quædam assignatio ad vtendum, & fruendum, ius offerendi

non

non habet sibi locum, quia tantùm in alienatione permittatur, *Giurba vbi supra num*. 5. ex professo *Musc. in sua praxi lib.2.parte 3. gl. adiudicantur num*.84. *Gram.cons*.107.*nu*.16. *et seq*. vbi sic bis decisum testatur.

Estque tanta vis huius assecurationis, q si ab ea appellatur nõ retardatur executio, secũdũ *dec. Reg.Sanf*. 142. sic ẽt, si ad instãtiã aliorũ creditorum fuerit lata sentẽtia contra virum, instante vxore assecurari, statim impeditur sententiæ executio ex *singul. Anna* 198. immò instructo processu super iudicio assecurationis si vir indè decedat ex ijsdem actis poterit vxor mutare instãtiam, sinè alia probatione, & petere dotium resti-
63 tutionem: Idem *Vinc. de Anna singul*. 597. & *Giurb. decis*.16. *nu*.5. nec postmodum cum assecuratio petita sit, si maritus diues fiat, cessat, & corruit actus assecurationis, iuxta *reg. tex. in cap. cum cessante* 60. *de appellat*. quia esset præiudicium mulieris, ita *Bart. in supracitata l. si constante num*. 107. *ff. sol. matr. Salyc. in d. l. vbi adhuc*, §. *ita tamen num*. 19. *C de iure dot. Gom. ad l*. 50. *Tauri num*. 35. *ad saturitatem Cap. de dote parte* 3. *quæst*. 48. & *D. Regens de Marinis vol*. 1. *quotid. resolutionum resolut cap*. 265. *num*. 10.

Sed quid si maritus non vergeat
64 ad inopiam, sed ad priuationem libertatis, puta si perpetuo carceri dãnatus est, an procedat etiam assecuratio? & tenet affirmatiuè *Præs. Merl. controuer. for. cap*. 52. ac faciunt dicta *Gaill. alias citata obseruat*. 76. *num*. 11. & an idem de foriudicato dicendum sit, vide *Præs. Vinc. de Franc. decis*. 562. *per tot*. qui dicit, quod sic, de æquitate, non per actionem ex dote, sed per conditionem ex lege.

Occasione igitur præfatorum clarificandam duximus non minus vulgatam, quam quotidianam in foro quæstionem illam, quam tetigit *gl. in l. 2. ff. de priuilegijs creditorum, lit. D*. an mulier ex hac hypotheca contracta in bonis viri pro sua dote, non dum creditoribus tacitam hypothecam
65 habentibus, verum etiam, & expressam, (intellige de instrumentarijs, cũ chyrographarijs nulla detur hypotheca, *Bal. in leg. cum tibi num*. 2. *C. qui pot. in pign. hab*.) Et in hac difficultate adhuc ea non sopita, hinc, indè fluctuant scribentes in legum oceano; alij enim creditorum, alij mulierum partes tuentur, & pro vtraq; parte, nec iura, nec rationes, nec DD. authoritates desunt, & hic est inter cœteros apud legistas famigeratus articulus, quem scholastico methodo examinabimus.

Qui creditoribus fauent mouentur.

Primò ex *tex. in l*. 2. *C. de priuilegio fisci, et in l. dotis tuæ*, 9. *C. de iure dot*. ex quibus constat fiscum, & mulierem pariter esse priuilegiatos, itaquod inter eos non attenditur, nisi temporis prioritas; sed fiscus habens tacitam hypothecam in bonis debitoris iuxta dispositionem *l*. 2. *C. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacitè contrah*. nõ præfertur creditoribus anterioribus habentibus expressam *l. si pignus* 8. *ff. qui pot. in pign. hab*. & superiùs citata *l. si fundum C. eod*. ergo nec etiam mulier præferri debet.

Secundò ex hac irrefragabili ratione, scilicèt, priorem in iure reali, reliquis præferri *l*. 2. *l. qui balneum* 11. & *l. claudius* 17. *ff. qui pot. in pign. hab*. sed sic est, quod in habentibus expræssam; non videtur ab hac regula recessum, igitur ipsi standum est *l. quoties* 13. vbi *Bar. ff. si quis cautio*.

Tertiò licèt lex suum aliquando deneget auxilium, non per hoc tollit ius parti quæsitum ex proprio contractu *l. si post mortem* 10. §. *fin ff. de bon. poss. contra tab. l. fin. ff. de pact. gl. in l*. 1. *C. si aduer. vẽdit*, sed sic est, q acquisitũ videtur ius expræssæ hypothecæ prioribus creditoribus per eorũ negotiationem, & stipulationem, ergò non eis illud auferendum per mulieres vigore tacitæ hypothecæ ipsis à lege permissæ, & in hac parte resident, *gl. Bar*.

Iacob.Butrigar.Angel.& Salyc.in l.assiduis 12.*C.qui pot.in pign.hab. Azo.cit.* per *gl.in §.fuerat de action. Bologn.in l.1.num.*176.177.*& seq.ff.soluto matr. Ripa*, qui hac esse communem opinionem testatur in *l.priuilegia* 16. *nu.* 47.*ff.de priuileg.credit.* sequitur *Faber. in suo C. lib.*8. *tit.*8. *defin.*16. *fol.*544. *Gom. ad l. tauri* 51.*num.*40.nouissimè *Gait.de credito cap.* 4. *quæsit.* 11. *num.* 1644.& sic decisum patet apud *Cappell.Tolos.decis.*218. de qua meminit *Episcopus Riccius colle.* 20.

Qui mulierum partes tuentur ex sequentibus, eorum roborant opinionem.

Primò pomponij sententia *lib.* 15. *ad Sabinum in l.*1.*ff.soluto matrim.* vbi ait, *Dotis causam semper, & vbique præcipuam esse*; si enim non veniret præferenda mulier creditoribus anterioribus, expræssam hypothecam habentibus, frustra essent per iure consultum apposita verba illa, semper, &, vbique, contra *regul.* de qua *Cassan. ad consuetud.Burg.rub.*4.§.13.*num.*11. *fol.*178.*at.* quod lex scilicèt, & natura nil frustra operantur.

Secundò dispositione Iustiniani in *d.l.assiduis*, §. *ad hac*, ex cuius verbis patet Imperatorē prætulisse mulierē etiam creditoribus prioribus cū expressa hypotheca. Ait ibi, quod inquietatus assiduis mulierum aditionibus; quia dotes amittebant, cupiens earū rationabili causæ fauere, prærogatiuam ipsis concessit super omnibus creditoribus personalibus: & quia excludebantur ab hypothecarijs, voluit maiori priuilegio dictarum miserijs succurrere, vt essent præferendæ, etiam anterioribus habentibus tacitam hypothecam, cumque largitionis affectus, Principis animum ad vlteriora protraheret; post hæc mandauit, vt potiora haberent iura contra omnes mariti creditores, licèt anterioris sint priuilegio vallati, & sic post impartitam istam prælationem, in qua debent compræhendi etiam specialem hypothecam habentes; dū qui omne dicit nil excludit, ad *tex.in l.iulianus* 66.*ff.de leg.*3. *l.à procuratore* 13.*ff.commodati Rol.à valle cons.*85. *num.*49.*vol.*4.*Bar.in l.generali, §.vxori num.*1.*ff.de vsufr.leg.* Florian. *de S. Petro disput.*2. *vers. veniamus num.* 1. per dictionem, licèt, voluit augere vim prærogatiuæ, et in expressam hypothecam, derogando priorum iuriū dispositionibus in *l.quoties* 109. *ff.de regul.iur.in l.*2.*ff.qui pot.in pig.hab.* & in *l.*4. *C.eod.* ita *Paulus de Maqueda Hispanus* in alias citata *leg. priuilegia de priuileg.credit.*

Tertiò ex solida ratione, & clara sanctione *tex.in §. his consequens, auth. de æqual.dot. in l.in rebus* 30. *C. de iure dotium, in auth.quo iure, C.qui pot. in pignore hab.* & in *nouell.*343.*de priuileg. dotis, fol. mihi* 159. ex quibus mulier præfertur pro sua dote mutuanti viro pecuniam ad rem reficiendam, sed sic est, quod iste mutuans præfertur creditoribus specialis hypothecę: dicendum est cum Sceuola in *l.de accessionibus* 14.*ff.de diuersis, & tēpor.præscription.* quod si vinco vincentem te, eo fortius, vinco te, quam opinionem, tanquam magis iuri consonam, ex his, & alijs, sectati sunt DD. cōmunitèr in *d.l.assiduis*, vbi *gl. Martini glosatoris, Iacob.de Arena, Petr. de Bella pertica*, & *Guid.de Suza.Fach.* qui hæc omnia ponderauit *lib.*3. *controu. iur.cap.*99.*Baldui.de Pignor.& hypoth. cap.*19.*col.*1.*fol.*204.*Bal.nou.de dote p.* 10.*priuil.*1.*num.*2.*Neguf.de Pignor. & hypoth.*2. *membro quinta partis nu.* 16. *Couar.var.resol.lib.*1. *cap.*7. *à num.* 2. *vsque ad* 4.*Bal.in §.actionum num.*12. *&* 13.*inst.de action.Rodriq. de concursu creditorum art.*1.*à n.*6.*ad* 11.*part.*1. *Maqueda vbi supra à num.* 51. *ad* 65. *Franc.de Leon.decis.Valentia* 175. *lib.* 2.*de Affl.decis.*306. *num.*5. *Reg. Merl. to.*1.*controu.for. cap.*26. *Ludouic.decis. perus.*66. *num.* 28. & sic decisum per *Cam.imperialem* referunt *Gaill. lib.*2. *obseru.*25.& *Mynsing.centur.*4.*obs.*23.

quam

quam in iudicando sequuta est nostra M.C.V. in causa Martij Barletta cum hæredibus Andreæ de Marino; in qua concurrentibus creditoribus super pretio cuiusdã domus vẽditæ dicti Andreæ, inter quos erat Pompeus de Autura, qui mutauerat pecunias ad refectionem domus prædictæ, & Ioanna Palmerio vxore præfati Andreæ, pro suarum dotium recuperatione: fuit dictum, quod liberetur depositum dictæ Ioannæ cum cautione in forma, sub die 15. Ianuarij 1645. fol. 166. in processu: existentibus tunc ipsius M.C.V. iudicibus Antiquera, & D. Andrea de Torres nunc meritissimo consiliario, & fisci patrono in Senatu Italiæ apud Cæsaream Maiestatem, actuario Anastasio, nunc Marco Salerno, à quo decreto, cum fuisset prius dictum de nullitate, die 4. Aprelis eiusdem anni, fuit prouisum, nullitates non obstare fol. 179. de quibus omnibus facto deindè verbo in S.R.C. sub die 17. nuper indicati mẽsis fol. 182. fuit remissa causa eidem M.C. quo ad nullitates, & citra præiudiciũ executionis, reassũptis actis, quo ad reliqua iustitiam faceret.

Quam sententiam nos vti mulieribus fauorabiliorem amplectendo, vt firmior remaneat, contraria eijcienda ducimus vi responsionis.

Ad primum dicimus, non procedere absoluiè verum: nempè, fiscum, & mulierem esse paritèr priuilegiatos, dũ hoc habet locũ in vtroque iure claro, non autem in re dubia, in qua mulier est magis priuilegiata: in dubio enim semper interpetratio fit ad eius fauorem, ita *Bal. nouell. de dote parte 10. priuilegio 1. num. 2.* sed ponamus pro vera dispositionem *d. l. 2. & d. l. dotis tua*, illa locum sibi vendicant, quando concurrunt inter se, secus cum alijs, cum mulieris sit magis amplum priuilegium, secundùm *Rodriq. d. art. 1. num. 11.* nisi voluerimus dicere, etiam si inter se concurrant cum *Capycio decis. 129. num. 12.* proùt videmus in successionibus, quod fisco, & muliere concurrentibus, fisco præfertur ex *leg. 1. unde vir, & uxor, Pasch. de patria potestate, parte 2. cap. 1. num. 62.*

Ad secundum, concessa maiori, minorem negamus, quod videtur recessum à regula prioraris in habenribus expressam hypothecam, cum constet per argumentum pro secunda opinione adductum ex dispositione *legit assiduis*, mulierem indistinctè præferri cunctis creditoribus, & sic *tex. in d. l. 2. l. qui balneum, & l. Claudius, videtur limitati*, dum iam contrarium cauetur.

Ad tertium respondemus, non posse dici ius quæsitum tertio, ex contractu, quando ex aliqua iusta causa remouetur *l. 1. ff. sol. matr. l. 1. §. & generaliter ff. de ventre in poss. mitt.* quæ vt nos iam diximus semper, & vbiq; præcipua esse debet; & dato quæsitũ esset ius parti, potuit illo iustè priuari; & præferri dos anterioribus creditoribus, propter publicam vtilitatem, cui ius priuatorum cedere debet, *l. 1. C. de condit. ex lege, l. vtilitas 3. C. de Primipilo lib. 12.* ita in terminis *Rodriq. d. num. 11.* & *Maqueda vbi supra num. 62.* ac ipse ita strenuè sustinui in lectura vespertina ad *tit. de priuil. credit. l. 2. §. si sponsa.*

Solutis his, erit amplianda nostra decisio, etiam in bonis per virum postea quæsitis ex *Baldo in d. l. assiduis num. 11.*

Quod priuilegium non dùm in bonis mulieris assignatis in dotem procedit, cum sua semper sint, & maritus in eis aliud non habet, nisi commoditatem, & fructus, pro subeundis matrimonij oneribus *leg. dotis fructus 8. ff. de iure dot. gl. in §. 1. ver. ipsius sit quib. al. licèt vel non instit. c. salubriter 16. de vsur. Maxilla ad consuet. barensi in rub. si mulier mulieri num. 5. & 6. fol. 103. à t. Staib. to. 2. resol. 154. à nu. 24. ad 29.* & sic debet intelligi *tex. in l. dece ancilla 9. C. de rei vend.* & alia iu-

iura adducta supra *in cap. 2. num. 39.*
quæ dicunt, maritum esse dominum
dotis, & *tex. in l. sciendum est* 15. *§. si*
fundus, ff. quæ sat. cog. vbi legitur, quod
si fundus in dotem datus sit, tam
vxor, quam maritus propter possessio-
nem eius fundi possessores intelli-
guntur, nam maritus dicitur posside-
re, quoad perceptionem fructuum, &
vxor pro retentione dominij, & pro-
prietatis; nam videmus, quod mari-
tus in fundo dotali seruitutem con-
stituere non potest *l. iulianus* 5. *cum*
seq. ff. de fun. dotali Bal. in l. & in pro-
uinciali C. *de seruitut.* & est videnda
optima *gloss. additionata in dicto*
§. 1. inst. quib. al. licet, vel non supra lit.
E. sed in bonis ipsius mariti, quibus
tanquam pro dote tacitè hypothe-
catis prælationem habet, secundùm
DD. supracitatos, etiam si sumus, in
dote, & matrimonio putatiuo *l. si cum*
dotem 23. *§. fin. ff. sol. matrim. Oin. in §.*
fuerat de act. num. 42. est ratio, quia
dos putatiua, habet priuilegia veræ
dotis ita *gl. marginalis in l. 2. §. si sponsa*
ff. de Priuil. credit. vnde si euenerit ca-
sus restitutionis sunt creditores ab
hac prætentione obrasi, sed tantum-
modò vti poterunt beneficio iuris
68 offerendi ex traditis per *Cyn. in l. cū*
tibi 10. vbi etiam *Bal. C. qui pot. in pig.*
hab. Bal. nou. de dote parte 3. *priuil.* 24.
& 27 latissimè *Marta voto* 36. & *Ce-*
polla superius citata cautela 124. *num.*
3. & vide *Matth. de Affl. decis.* 199. *nu.*
2. dummodò mulier assentiat, etenim
ipsa potest, si vult retinere bona, &
creditoribus restituere creditum in
pecunia, & sic eos excludere à reme-
dio iuris offerendi iuxta *tex. in l. 1.* vbi
Bal. & gl. C. nuper citato tit. & dixit *de*
Affl. ac addentes ad eum *decis.* 259.
attamen ista tunc procedunt quan-
do constat, reuera, dotem traditam
esse, nam licèt verum sit, vt supra di-
ximus hypothecam pro dote contra-
hi etiam ex simplici promissione, ni-
hilominus in tantum sortitur effectū,
69 in quantum creditum ob dotis obli-
gnationem concurrat, nec si legitime
non constiterit, datam esse, mariti cō-
fessio, cam recipisse poterit mulieri
prodesse, cum sapiat speciem, & na-
turam donationis ex *Couar. lib. 1. var.*
resol. to. 2. cap. 7. num. 4. ver. primum fol.
40. quæ inter coniuges iure interdi-
tur, sic in terminis docet curiosè vi-
dendus idem *Bal. nou. de dote parte*
10. *priuil. 1. Gaill. d. lib. 1. obseruat.* 81.
& ante habetur etiam ex *Bal. in l. cū*
aliquis 21. *num.* 8. *C. de iure delib. in ter.*
Iaf. in §. fuerat de action. num. 90. *&* 91.
Flam. Chart. decis. 133. *à num.* 7. *vsque*
ad 11. & latiùs infra *cap. 4. num.* 103.
de Affl. de iure prothomis, §. 4. *num* 12.
qui cum satis accuratè hoc tractent,
aliquid aliud addere nō putaui neces-
sarium, & in isto casu, si dos non erit
soluta, & vir defunctus erit, ac etiam
his, qui dotem promiserit poterit be-
nè mulier agere pro suarum dotium
exhibitione contra promissoris hære-
70 des secundùm adducta per *Vinc. de*
Anna allegat. 129. imò poterit conue-
nire vnum ex hæredibus, si plures
sint pro dotis satisfactione, vt singu-
lariter docet *Bar. in l. cum ab vno* 53.
in libro suo ff. de leg. 2.

Sed an hoc priuilegium præla-
tionis, & hypothecæ mulieri compe-
tens pro dote, possit alteri cedi? est
hæc quidem ardua quæstio inter
71 *DD.* vt poterit videri apud *Visconti*
vbi supra ver. mulier an possit fol. 191.
col. 1. quē adeas in hoc *Bar. in l. 1. ff. so-*
luto matr. num. 2. 3. *&* 4. & *de Affl. dicta*
decis. 306. *num.* 6. & an facta cessione,
cessionarius possit vti priuilegio ce-
72 dentis; abunde scripsit *Feller. super*
constit. statuimus num. 78. *de magistro*
iustitiar. qui videtur inclinare in par-
tem affirmatiuam, quando tamen
cessionarius est persona miserabilis,
(& ipse addo Ecclesiam, quæ in hoc
non debet esse minus priuilegiata
si fuerit cessionaria,) alias non, est
tamen verum, quod hoc priuilegium
transit ad hæredes suos, sed non ex-
traneos; sui enim vtuntur potius iu-
re

re filiationis, ex quo fiunt necessarij, & continuati hæredes,& successores, quam iure hæreditario, & propterea non egreditur fines eorum, ita gloss.in legge vnica C. de priuileg. dotis, ver. ad haredes, & in §. fuerat de act, ver.sam ipsa, vbi etiam Oin. num. 68. & Iaf.num.94.& 122.& gl.additionata Bar.in l.1.quem DD.sequuntur ff. soluto matr. Ripa in l.priuilegia de priu. credit.n.47.& sic resolutũ refert Chardetis.Genua 124. in nu.5. gl.in l.4. §.si quis cum tutor, ver.non habent, ff.citato tit.de priuil.credit. Ant.de Amato to.1. resol.3.nu.28.& Gom. ad l.Tau.50.51. & seq.num.45. Et licèt Roder. de concursu cred.ar.1.p.par. num.16. contrarium sentire videatur, & Soccinus in d.l.1 ff.soluto matr.num.3.fol.100. sũt tamen in eorum indistincta locutione intelligendi, non de suis hæredibus, sed de extraneis, iuxtà supra traditam distinctionem; ad quos priuilegium hoc transire minimè poterit, ex quo priuilegio dotis, & prælationis, mulierem posse similitèr auocare pecuniam per virum solutam creditori posteriori dato sit, consumpta docet Couar pract.quæst.to.2.lib.vnico, cap.29 supra num.1. col.2. fol. 543. & sic à fortiori agere contra pecunias suas forsan depositatas, iuxtà notata per Iulium Caponum primarium in regijs studijs vespertinũ lectorẽ,meritissimũ & in S.C.causarum patronũ in tractatu Soluto matrimonio q.5. num. 17. ver. quinta ratio est fol.51 col.2.

Cumque secundùm concurrẽtem matereri.m ad meas peruenissent manus quædam allegationes factæ in causa Marci Antonij, & aliorum de Sanctacruce, quæ discussa in S. C. fuit sollennitèr decisa ad relationem Dom. D.Gaspatis R.de Soto resolendæ memoriæ virtutibus prædicti integritate animi singularitèr decorati,& legibus iuris, & amicitiæ valdè fulciti, nec vnquam ad fatuitatem hucvsque laudati eas trascribere vtilitèr putaui, dũ tractatur de materia,& dispositione tex.in l. si extraneus 34.ff.de iur.dot.iuxtà termin.l.vnica.§.& vt plen.C.de reinx.act.

Prætendebant enim creditores ob matrimonium contractum per Lucretiam Palatuccio cum Petro Sanctacruce citra dotale instrumentum, sed cum simplici promissione dotis
73 ducatorum 4000. soluendorum viro intra certum tempus, & interim curreret interesse, nullum ius, nullamqne actionẽ filijs d.Petri cõpetere potuisse, pro dote ĩ patrimonio patris dc fũcti, sed agere cõtra dotis promissores.

At in cõtrariũ validiores fuerunt cõsiderationes, & iura filiorũ d Petri, quod facto casu restitutionis dotium per eius mortem, dicebant ex duabus rationibus, precipuè pro materna dote ius, & actionem ipsis competere super bonis paternis. Prima, vel quia dictus eorum pater, habuit dotem promissam dictorum ducatorũ 4000. & in hoc vllum caderet dubium. Secũda, vel quia cũ potuerit illã habere non curauit, satis putando pro dote singulis annis interesse percipere iuxta promissionem sibi factam in albarano inuicem subscripto.

Propterea vt cautius procederẽt, quia in hac nostra Ciuitate adest cõsuetudo, quæ incipit dos, & quarta sub tit.de iure quarta, qua disponitur dotem, & quartam haud peti posse absque instrumento dotali, secundùm
74 notata ibi per Neapodanum num. 97, quæ idem est, quod antefatum, & donum propter nuptias, vt infra num. 84. in vno eodemmet libello instituunt pro confectione instrumenti dotalis,& pro adiudicatione,& interim, ea pendente pro manutentione possessionis paternorum bonorum, producendo dictum albaranum, alio vocabulo, dictum, capituli matrimoniales (vt facere quasi omnes vxorati consueuerunt; & hodiè etiam practicatur) firmati per ambas partes, & publico tabellioni traditi pro eorum conseruatione de quo vide gl. A. de Alex. in d.consue dot. & 4 f 264.

Ex

Ex quibus oriri actionem, dariq; hypothecam pro dotis recuperatione, & eius restitutione probatur per *tex.*
75 *in d.* §. *& vt plenius*, vbi idem procedere à fortiori patet, etiam ex simplici tantum permissione, cuius verba clare demonstrant, scilicet siuè *ipse principales personæ dotes dederint, vel promiserint, siue alia pro his*, comprobat, *Negus. de Pignor membro 4.2. partis princip. num.* 25. qui postmodum in *nu.* 3. voluit hanc actionem transire, non dum ad filios, verum etiam ad omnes alios, ad quos dotem recuperare pertinebit: cum dos promissa, vera dos dicatur per *Gratia. decis.* 235. *num.* 5. quod propterea benè dixit de *Affl. decis.* 61. promissionẽ de dote constituenda habere eundem effectum, ac si esset constituta. Contracta igitur ex huiusmodi dotis promissione hypotheca, vt tenet etiam *D. Præs. de Franch. decis.* 677. *in pr.* & *D. Reg. Sanfel. s. fracitan.* quamuis cõtrarium alij dixerunt, vt à die veræ solutionis, d. hypotheca prodat, vt ex *Gom. ad l. tauri* 50. *num.* 38. sequitur; quod dos præfertur cunctis alijs creditoribus; etiam attentis terminis Neapolitanæ consuetudinis, vt post multos testatur, *Pater Molfes. parte* 6. *de iure dot. quæst.* 2. *num.* 16. & tantò magis, quod in prænarratis capitulis matrimonialibus, aderat iuramentũ cum clausula in fine apponi solita, cũ obligatione omnium bonorum, quo in casu, etiam, quo ad feudalia hypothecariam dari actionem, (& si in alijs casibus sit necessaria expressa, & specials obligatio) pluries decisum refert *Regens Sanfelyc. decis.* 99. & vt vnico verbo omne totum dicã, scias quod si ex promissione dotis factæ, competit mulieri actio ex stipulatu,
76 quæ est personalis; vt in *d.* §. *sed vt plenius*. ista secum retrottahit hypothecariam, sicut corpus vmbrã, quia est apud eam pedissequa ex speciali mulieris priuilegio, vt optimè fundat *Io. Andr. de Giorgio*, omninò videndus *allegat.* 41. *per tot.*

Et vnus aduocatorum ad fauorem dictorum filiorum de Sanctacruce, hæc in suis allegationibus adduxit.

Quod autẽ actio mulieri, siue eius hæredibus tributa ex dispositione *tex. in l. si extraneus, ff. de iure dot.* contra virum, eiusque bona sit directa, promissore inope effecto, non est dubitandum, sufficeret enim doctissimũ, *Io. Baptistam Costam in eius celebri tractatu de remedijs subsidiarijs*, hoc remedium non graduasse, ad fundandũ illud non subsidiarium, sed directum esse, cum argumentum ab exemplo doctoris scribentis dicatur probabi-
77 le, vt probat *Eucrardus in eius topica in loco de authoritate, seu ab exemplo maiorum*, nihilominus, id ratione fundari aperta iura demonstrant.

Nam si maritus eo casu dotis promissionis ad dotem restituendam tenetur, ac si illam exigisset, vt clara
78 sunt verba *Pauli Castr. in l. nupta*, §. *quoties, ff. sol. matr.* ab omnibus communiter sectati, qua ratione, ne dum ad dotem restituendam tenetur, sed etiam ad lucrum ipsius dotis, siue antefatum præstandum, tanquam si verè, & realiter dotem ipsam exigisset; in terminis dicta *l. si extraneus* dixerunt præ cæteris *Surd. de Alim. tit.* 1. *quæst.* 42. *num.* 55. *Vrsill. ad Affl. decis.* 242. *num.* 2. *& decis.* 333. *num.* 2. *& in fine Pater Molfes. parte* 1. *quæst.* 6. *num.* 7. 8. *& 9.*

Sequitur ex hoc, quod huic actioni ad instar omnium aliarum, mulieri competentium ad recuperandas,
79 siue ad exigendas dotes à debitoribus illarum, & præcipuè à viro competat hypotheca originalis, & directa introducta per *tex. in l.* 1. *C. de reiuxor. act.* ibi *sancimus omnes dotes pro ex stipulatu, actionem exigi, siue scripta fuerit stipulatio, siue non.* Si itaque omnibus dotibus exigendis, petendis, vel recuperandis, vt explicat *gl.* ibidem in verbo, *exigi* competit actio ex stipulatu, & exinde hypotheca, vt latius de-

declaratur in §. *&, vt plenius allegata l.1.C.de rei vxor.act.*& ad dotem exactam repetendam actio est directa, idem erit iudicandum in actione ad dotem exigendam, siuè repetendam, ad quam restituendam vti exactam, maritum teneri præcipit. Idem enim operari debet fictio in casu ficto, quod veritas incasu vero, §. *si verò*
80 *constante, cum gloss. in authentica de Sanctissimis Episcopis, Baldus de præscription.quæstion. 3. principali num.*4. *Felin. in c.at si clerici de Iudic. Medic. de compensat. quæst.*25. *num.*18. & ne desit punctualis, & peregrina decisio; id in terminis docuit clarissimis verbis *subtilissimus faber in suo C.lib.*5 *tit.* 7.*diffin.*9. in qua determinat, quod si frater sororis nomine, marito dotem promiserat, quæ in assignata die non exegerat, maritū, eiusque hæredes à sorore, siuè eius hæredibus conueniri posse, ne dum si frater defectus sit facultatibus, cum hoc casu indubitatè procedat, quod scriptum est in *dict.a lege si extraneus*, sed tantum abest, quod hæc actio sit subsidiaria, vt etiam fratre soluendo existente, eandem actionem contra virū mulieri tribui subiūgit, quia nimirum pro exacta habetur dos, quæ ne exacta sit per maritum iam stetit. In omnibus enim causis pro facto acci-
81 pitur id, in quo per aliū mora fit, quo minus adimpleatur, allegat *tex.in l.in omnibus causis* 39. *ff de regul.iur. l.iura ciuili* 24 *ff.de cō l.& dem.l.in executione* 85.§ *fin.ff de verb.oblig.& l.qui operas* 41.*ff.locati.*

Et in terminis nostris, quod dos habeatur pro soluta, quando maritus fuerit negligens ad illius recuperationem tenet *Surdus de alim. l.*1. *q.*42.*num.*55.*Rolan.à Valle in tract.de lucro dotis q.*7.*num.*5.Pater Molfes.*ad consuet.Neap.par.*7.*q.*6. *n.*9. R.Capyc. *Latro consultat.*37.*nu.* 38. & *Marcell. Marcianus tom.*2.*consil.*58.*num.*14. vbi etiam ait, non dum ad dotem, sed etiam ad eius antefatum teneri, *Vrsill.ad Matth.de Affl.decis.*333. vbi vide idem esse, quando fuerit data dilatio pro dote, & interim vir decesserit, tamen si non fuerit in mora post dictam dilationem exigendi dotes, non debetur antefatum, secundūm eundem *Vrs.ibid.*vide Borr.*to.*3. *summa decis.de donat. propter nupt.nu.* 34. *&* 35.& de hac materia, aliquid aliud dicemus intra *c.* 5. Hypotheca postmodum, quo die competat pro dote, vel à die promissionis, vel contracti matrimonij, vide *Sanfel. decis.* 129. adeò, quod neque iura cedendo maritus liberetur, & rationem tradit his verbis. *Si ideò dumtaxat mulieri, aut eius hæredibus teneretur, quod actionem contra fratrem haberet, vtique liberaretur præstando actiones, ex eleganti, nec ignota iuris regula, verum quia non ob id tenetur, quod actionem habeat, sed potius, quod dotem non exegerit, quam exigere debuit magis est, vt sola actionis cessione non liberetur tanquam, qui ex propria culpa sua, & negligentia conueniatur argumento l.si plures* 38. *in fine,ff.de administr.tut.*

Ex quibus remanet absolutus articulus, omnem post habitam dubietatem, fratribus de Sanctacruce, vti filijs, & hæredibus quondam Lucretiæ Palatuccio, competiisse, & competere contra Petrum eorum patrem vtilem hypothecariam, directamque actionem pro dote per ipsum sua culpa non exacta.

Vnde per hæc, & alia nostrum S.C. sic decreuit per formalia verba hic à processu transcripta *Die* 7. *Mensis Iunij* 1649. *Declaramus, & definitiuè sententiamus, licere, & licitum esse supradictis Marco Antonio, Clericis Fabritio, & Carolo, Iulię, Ioanne, & Lauræ Sanctacruce fratribus, & sororibus Honofrij, & Francisci Sanctacruce eorum fratrum, similiter filiorum, & hæredum, dictę Lucretiæ, nominibus prædictis retinere ex bonis in præsenti iudicio deductis tot bona ascendentia ad valorem ducat.* 4000. *pro dotibus dictæ q. Lucretię Pa-*

latuccio eorum matris, mediãte appretio, deductis quantitatibus dictis fratribus legitimè solutis, in qua deductione habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit, de prætenso interesse supradictorum ducat. 4000. *per dictos fratres de Sanctacruce, cessis iuribus pro supradictis quantitatibus, per ipsos fratres de Sanctacruce in beneficium creditorum Petri Sanctacruce contra promissores dotium dictæ q.* Lucretiæ, *& contra alias, quas decet. Spera actorum magist. fol.* 611. *in processu.* Sed vt redeamus ad nos, & nostros labores prosequamur; est videndum, an ista prælatio, vt indicauimus su-
82 pra *num.* 66. reuera mulieribus detur, non dum pro dote, sed etiam pro iuribus dotalibus, nempè quarta, alio vocabulo dicta antefatum. Et nõnulli tenent partem affirmatiuam, Et nõnulli negatiuam: Prima opinio probatur sequentibus iuribus, & rationibus, nempè deriuatiuum æquiualere positiuo, *de Franch. decis.* 537. *nu.* 9. per vmbram sequi corpus, & per partum sequi matrem *l. partum* 7. *C. de rei vendic. leg. huiusmodi* 86. *§. legatum est,* vbi *gl. lit. K. ff. de leg.* 1. facit *tex. in l. lucius* 19. *ff. qui pot. in pign. hab.* sed sic est; q antefatũ oritur ex dote, dum sine dote non datur; nec vltra dotis merita *§. illud quoque auth. de non elig.*
83 2. *nub. Tasson. de antefato ver.* 4. *obseru.* 4. *num.* 1. 2. *& seq. de Affl. decis.* 242. & idem *de Franch. decis.* 689. *per tot.* ergo idem, quod de dote dictum est priuilegium retinere debet, proùt optimè *Theodor. alleg.* 67. *n.* 9. *D. Præs. Merl. lib* 2. *controu. for. cap.* 60. *num.* 2. etenim lex, vel statutum de dote loquens, cõpræhendit etiam augmentum, vt per
84 plures tenet *Io. Baptista Bonius de statutaria Vrbis præscriptione, gl.* 3. *nu.* 17. ac optimè *Bal. in l.* 2. *num.* 2. *C. de iure fisci lib.* 10. & satis apertè probat mihi *tex. in d. §. illud quoque,* & in *l. vbi adhuc* 29. *C. de iure dot.* ac facit optimè *tex. in auth. res, quæ C. commun. de leg. l. vbi adhuc.* 29. *C. de iure dot.* & clarius *in auth. æqualitas C. de pact. conuen.* Ibi *Æqualitas omnimodè seruanda est in dote, & donatione ante nuptiali,* vbi gl. ait, *quod debent esse æqualia, & in augmẽto, & in omnibus, Nicas. in §. est, & aliud genus num.* 4. *&* 5. *inst. de donat. Mynsing. in §. fuerat nu.* 21. *&* 22. *de action. ac Thesaur. decis.* 45. *nu.* 2. vbi dicit, dotem, & donationem propter nuptias à pari procedere, & *Anton. de Amato to.* 1. *resol.* 49. *num.* 21. eandem anni dilationem datam à lege pro dotis restitutione, secundùm terminos alibi positos, pro antefato competere, affirmauit, & in hanc partem inclinare videtur idem *de Franch. allegata superius decis.* 689. *num.* 2. dicens. *Posse antefatum in casibus à iure permissis, sicut dotem peti,* quod clarius voluit *Tasson. d. tract. de antef. eod. ver.* 4. *obseru.* 4. *num.* 54. & *Theodor. allegat.* 13. *num.* 2. (licèt quo ad prælationem creditoribus, qui ad rem emendam, vel reficiendam pecuniam dederunt iuxta tradita *num.* 66. *per tex. in §. his consequens de æqual. dotis;* nisi sit anterior, non posse præferri pro antefato sicut pro dote sustineat *Merlin. supra citato c.* 26. *vol.* 1. *n.* 12. *&* 22.) ita quod vxor ob delictum viri, non tantum dotem, sed quartam etiam recuperabit à fisco, vt dictum est *supra num.* 48. cum hac tamen moderatione, quod viuente vxore habebit, vsumfructum dictæ quartæ, ea postmodum defuncta; omnia spectant ad fiscum, nec redeunt ad filios, quamuis superstint; qui maximè si agitur de crimine læsæ maiestatis semper debent esse egentes, & pauperes iuxta *tex. in l.* 5. *C. ad l. iul. maiest.* proùt decisum refert *D. R. Don. Ant. de Mar. lib.* 1. *quotidian. resol. cap.* 15. *num.* 4. *et lib.* 2. *cap.* 22. *nu:* 2. *et per totum,* & in terminis præ manibus habui causam in Regia Camera summariæ pro defensione Illustris Marchionis Terræ Baselicis D. Caroli Rinuicini dignissimi Equitis Florentini, nunc vigilantissimi legati magni Ducis Etruriæ ad S. Pontificẽ nostrum Alex. VII. authoris lauda-

ti

ti per Baronem Castriueteris in causa mota, & lite intentata per regium fiscum, qui prętendebat antefati proprietatem D. Beatricis Carrafæ vxoris quondam D. Alberici Carrafæ intinti macula rebellionis, ob quã eiusdem (sunt plura lustra) omnia fuerunt confiscata, cumque articulus non sit hodie præcipuè disputabilis, per varias diligentias perquirimus veritatem indagare, & antefati prædicti satisfactionem, & restitutionem ostendere, sed in dubio contemnentibus fisco, & muliere, semper, ꝙ de tẽporis anterioritate, non constat, iuxtà *tex. in l. dotis tua 9. C. de iure dot.* vel altera peculiari prærogatiua, ista pro dote, ille pro iuribus suis, mulier semper
85 præfertur, vt præter tradita supra *nu. 47.* fundat *Balduin. citato loco*, & *Rodriq. de priu. cred. par. 1. cap. 2. num. 4.* & tantò magis si erit fiscus Episcopi, de
86 quo per *Abb. in cap. 5. de concessione pręben.* qui verè fiscus dici non potest, & non habet nec tacitam hypothecam, nec aliud priuilegium, vnde si vir cotrahat cum Episcopo ipsius cõtrahentis viri bona non subiacent tacitæ obligationi, ita quod non potest prætendere prælationem aduersus
87 vxorem dotes petentem *Bal. in rubr. C. de priuil. fisci num. 4.* nec obstant dicta eiusdem *Bal. in alias adducta l. assiduis num. 10. C. qui pot in pign. hab.* & in *§. actionum num. 12. inst. de act. Azo. in summa C. qui pot. in pign. hab. nu. 12. per tex. in l. quamuis, C. de iure fisci*, & *Gizzar. d. decis. 1. num. 2.* qui dicunt, quod fiscus paribus passibus ambulat cum dote, quod etiam adnotauit *Tiraq. de priuil. pia causæ priuil. 111.* dum hoc intelligitur in vtroque iure claro, non in re dubia, in qua magis priuilegiata est mulier, in cuius fauorem est interpetratio facienda, ita *Bald. nouell. de dote par. 10. priuil. 1. num. 2.*

Opinio verò secunda fundatur in clara dispositione iuris in supracitata *l. assiduis*, vbi *Salyc. §. hac autem C. qui potior. in pign. hab.* Ibi. *Hęc autem tantum ad dotem sancimus; non ad antè nuptias donationem, quam suo tempori seruire disponimus.* & hanc sequuti sũt *Vrsill. ad decis. de Affl. 291. num. 3. Gratian. discep. for. cap. 53. Mynsf. centur. 6. obseruat. 45. gl. in §. fuerat de action. ver. cum ipsa. Rodriq. de concursu creditorum cap. 1. nu. 21. Gait. de credito cap. 4. quęsito 11. num. 1667.* addentes ad *Om. in §. est, & aliud genus lit. C. inst. de donatio.* & omissis alijs *Baldax. de Angelis ad Consil. Gizzar. decis. 1. num. 7.*

Ratio diuersitatis inter primum, & secundum casum; quod ibi tractatur de damno euitando; hic de lucro captando, ita *DD. in d. l. assiduis*, sicut etiã non dari pro bonis paraphernalibus secundùm *tex. in l. fin. C. de pactis conuent.* & *l. vbi adhuc. 29.* vbi *gl. & scribentes, C. de iure dot.* de quo latiùs infra *cap. 5. circa num. 63.* dum ex hacmet ratione præfertur mulier fisco, quia agit de damno euitando in dotis recuperatione ex *tex. in l. si minor 35.* vbi *Bar. ff. de minor.* quæ ratio cum cesset in alijs rebus contra statutam dotem, debet cessare quoque prælatio, *l. adigere 6. §. quamuis nulla, ff. de iure patron.* & *l. quod edictum 33. ff. de pactis.*

Ad iura verò, quæ contraria videtur respondemus, cum *gl. in d. §. hac autem, ver. suo tempori*; procedere, & locum habere, quo ad reliquos effectus, nempè, quo ad hypothecam, & similes, nõ quo ad prælationem, prout docet etiam *gl. in d. §. fuerat*, vbi etiam *Mynsf. num. 22.*

88 In feudalibus verò tacitam per vxorem contrahi hypothecam pro suarum dotium securitate, haud firmant DD. Ratio est, quia in feudalibus ius mulieris extinguitur, soluto statim iure mariti, secũdùm *Gaill. lib. 2. obs. 33. n. 4.* & circa illud, ꝙ inferiùs dicemus de iure retẽtionis in *n. 115:* intelligi debet, si in specie sint p dote feuda obligata, & assẽsu corroborata, & sufficiant pro mille, dum non est, qui contradicat, cum pro communi

opi-

opinione reputetur, quam vidisse obseruatam, & executam per Cameram Imperialem testatur *Mynf.cent.6.singularium obserationum, obseruat.45.n.4.et 5.* quod etiam comprobat *Camp. de dote parte 3.q.185.* & nonnulli alij, licèt contrarium teneat *Sanfel. decis. 99.num.23.*

Sed quid si concurrant duæ vxores super bonis viri, quæ sit earum
89 præferenda? & in hoc cum sint paritèr priuilegiatæ, & non possint vti rationibus potioritatis, est attendenda temporis prioritas, vt prior, posteriori præferatur iuxta terminos *l. 2. ff. qui pot.in pignore hab.* cum concordãtibus, quod procedit etiam contra fiscum, dũ si priuatus prior est, ei præ-
90 fertur *l.si pignus 8.ff.eod.* & vendicat sibi locum adhuc in speciali obligatione, dum prior cum generali clausula præualet, vt in *d.l.2.* & est *tex.* reputatus singularis per *DD. in l.si generaliter 6.* vbi *Bal.* & *Salyc. C.qui pot. in pig.hab.* & propterea, cum vtreque sint vxores, & priuilegia inter ipsas corruant, prior præfertur, prout in terminis eueniente casu fuisse decisum per Imperatorem Iustinianum, probat *tex.in tit.auth. vt exactione instante dotis prima, et secunda in princip.* vbi sic sũmat *Angel.in dote data repetenda ab hæredibus viri filÿ primę vxoris, et cateri descendentes, at etiam prima mulier praponuntur vxori secunda, et eius filÿs.leg.assiduis 12.§.duabus cum authentica ibi posita si quid, C. superius citato tit:* vbi *gl. Hieronym. Ferdinandez misc.iur. disput.2.nu.2.* sic notauit *Frãciscus Balduinus de pignor.et hypot.c.19. ver.qui pot.in pign. hab.fol. mihi 204. col.1. in medio*, & originalitèr docuit *Bar.in d.l.assiduis num.4.* vbi adducit similitudinem, quod non est vnum altare discoperiendum, vt alterum operiamus, ex *tex.in l.verũ 12. §.pen. ff.de minorib.* qua sentẽtia in similibus vtitur etiam *Marsil.singul.99.* & *Cravetta conf.6.num.86.*

Attamen hoc fallit, quando extarent aliqua bona secundæ vxoris data in dotem, tunc enim cum sua sint,
91 & non mariti iuxta terminos *l. in rebus C.de iure dot.* prima vxor nullum ius in eis habebit, ita *Neguſ. de Pign. 2.membro 5.par.num.27.fol. mihi 84.*

Fallit etiam secundùm *Orat.Viscon. in suis conclus. ver. vxor secunda habẽs fol. 291.* in bonis posteà quæsitis, in quibus ipse tenet secundam vxorem præferendam esse; quod ego pro nunc non approbo, nec reprobo, nam si *Visconti* dicta essent vera sequæretur absurdum, quod generalitas actionis, quæ datur primæ vxori pro dotis securitate, non extenderetur ad bona viri futura, sed tantum præsentia, ad quod tuum sit iudicium, si iuribus sententia ista consona appareat.

Circa restitutionem sciendum est, quod soluto matrimonio efficitur ca-
92 sus restitutionis, vt per *Præs.de Franchis decis.312. num.2.* & attento iure digestorum, fiebat annua bima prima die, sed secundùm ius C. infra annum in rebus mobilibus, vel se mouentibus, & in incorporalibus, vt sunt nomina debitorum. In rebus verò stabilibus illicò restitutio præcipitur per *tex.in l.vnica, §.exactio autem,* vbi *Azo num.3.C.de rei vxor.act.* de quibus latissimè *Anton. de Amato to.1. resol.49. num.20.& seq.* secundùm quem scire est, vt alibi diximus, quod circa hanc restitutionem in dictis diebus, à lege statutis, non constituuntur hæredes mariti in mora, *Gomes ad l. 50. Tauri, num.40. Capyc.decis.24. num.4. Vrsill. ad Mat.de Affl.decis.359. nu.5.* & *Reuerendissimus Sperell. Episcop.Eugub.to. 2.decis.176.num.20. Gizz.ad decis. D. Capyc.Latro obseruat.64.nu.8. Alphon. Olea de cessione iur. tit. 8. q. 12. num. 29. Carleual.de iud.to.1.lib.1.tit.3.sect. 4 fol. 185.* De consuetudine autem Vrbis Romæ, vt in *lib.1. statutorũ cap. 133.* non potest peti dos, nisi post sex menses à die obitus viri, & interim debentur alimenta, si tamen in pecunia consistat, si in rebus stabilibus, vel

mo-

mobilibus existentibus, statim repetenda venit. In Catalonia est alia particularis obseruantia, vt intra annum luctus censeatur vxor omnia viri bona possidere, vt de bonis ipsius prouideat omnia sibi necessaria; post annũ verò luctus, fructus suos facit, donec dos restituatur, *Fontan. de pact. nupt. claus. 7. gl. 3. par. 1. in principio*, & in hac nostra Ciuitate, secundum consuetudinem Neapolitanam incipientem *viro mortuo*, & secundum aliam *heredesque mariti, & cons. ita quod sub. rub. de iure dot.* si dos consistat, in stabilibus, statim, si in pecunia, restituitur intra annum à die mortis viri, & existentibus filijs pro lucro dotis in illo anno tenentur ad alimenta pro primis sex mensibus tantùm: postmodũ verò ad tarenum vnum pro qualibet vncia, (ex quibus patet non benè dixisse *Soci. sen. in l. diuortio 8. num. 17. ff. sol. matrim.* vt hæredes extranei ad dicta alimenta teneantur, quando vxor est pauper, cum pro dotis interesse dentur,) & sic continuare anno elapso, vsque dum dos fuerit restituta, etenim ait *Fabr. in suo C. lib. 5. tit. 8. de rei vxor act. defin. 5.* quod tam maritus, quàm eius hæredes tenentur ad vsuras dotis non restitutæ, licèt *Ludouis. decis. 404. num. 38.* non sic de facili illas concedi dicat, vndè tarenus iste datur pro dictis vsuris, etiam si lis super restitutione penderet, & fuerit per hæredes à sententia reclamatum, dum tractatur de alimentis,
93 ita *de Affl. decisum refert decis. 92.* in proprijs terminis dictæ consuetudinis, nam alias non deberetur, vt dicit ibi *Vrsill.* qui tarenus vnus, si vxor decedat ad suos transit hæredes, qui petere possunt ipsis solui, vna cum dote per *decis. Pres. de Franch. 338.* De iure autèm communi, pendente dotis restitutione, an alimenta debeantur, variant DD. & non reperiri determinatum articulum tempore suo, ait *Mynsi. singul. obseruat. cent. 6. obseru. 31.* sed apud *Matth. de Affl.* inuenitur decisus ad fauorem mulieris, vt in *decis. 10. per tot.* cum quo concurrit *Thes. decis. 43.* & *Grat. discep. for. to. 1. cap. 34. num. 47.* vbi ait tunc prædicta non procedere, quando post annum luctus non institerit pro dotis restitutione, cum sibi imputetur, quare eam reddi non procurauit, idem *Thes. dec. 44.* & vide *Pres. de Franch. decis. 489.* quæ omnia locum habent de iure in casu, quo maritus non disponat, vel disponendo, nullam faciat de dote mensionem, sed si eam leget, vlla mora protracta, restituenda est secundum eundem *de Affl. dec. 359. in fine* per *tex. in l. 1. ver. verum est ff. de dote praleg.* quia, & si legatum dotis sit rei propriæ vxoris, & nihil prodesse iudicetur, iuuat tamèn pro celeri dotium restitutione, non expectato tempore iuris, cum qua opinione transierunt *Roder. de Ann. redit. lib. 3. q. 7. num. 16. Rolan. à Valle vol. 1. cons. 10. num. 19. Sesse decis. 68. nu. 55.* & alij relati per *Leotard. de vsur. q. 30. num. 40.* qui dicunt, vel deberi alimenta, vel certam annuam esse assignandam quantitatem, quæ alimenta non excedat.

Sequitur ex hoc, quod, dùm ex matrimonij solutione fit dotium restitutio, si ex aliquo accidenti, legitima occasione præmissa detur thori separatio, siuè diuortium, adhuc dos restituenda venit, ita in terminis portat decisum *Vincen. de Franch. decis. 512.* & est *tex. in l. cum in fundo 31. §. si fundus communis, ver. diuortio autem, ff. de iure dot.* & probat idem *de Franch. decis. 244.*

De iure verò municipali Ianuensium in casu dissolutionis matrimonij, est statutum, vt intra annum dotis restitutio non petatur, vt in *lib. 5. cap. 4. ver. mortuo viro*, sed alimonia deberi, vt in *lib. 6. cap. 11. fol. mihi 204.* per hæc verba. *Cum mulier petit solutionem dotis, et antefati in bonis mariti præmortui, vel eius, quod esset obligatus, et hæredes mariti, vel ille obligatus, aut hæredes contradixerint magistratus pen-*

dente lite mulieri patenti dari faciat victum, & vestitum in bonis mariti, vel obligati, tam pro ipsa uxore, quam familia, secundum facultatem mariti, seu eius, qui ab ipsa diceretur obligatus, dũmodò ipsa mulier promittat, & idoneam fideiussionem præstet de restituendo illud, quod sibi datum fuisset occasione dictorũ alimentorum, si sententia contra eam lata fuerit; Et meliùs supra *lib. 5. statutorum cap. 8.* disponitur, Ibi, *Mulier si mortuo marito, non exegerit dotes in totum, seù pro parte debeat pro non exactis, & vsquequò steterit ad exigendum habere alimenta dotium:* quæ Genuensium dispositio cõformis videtur iuri communi, dum lite pendente cuique sunt alimonia præstanda, qui pro se habet legis præsumptionem, vt post multos probat *Vrsill. ad dictum Matt. de Affl. decis. 16. num. 3.* & circa hoc notat *Paul. de Castro in l. 1. C. de legatis*, quod cum ista alimenta debeantur ex dispositione legali, mulier tenetur habitare, cum hæredibus, qui extra domum eam alere non tenentur, quia si manducabit laborabit quoque, dum tenetur facere seruitia necessaria, sicut esset viuus vir, nempè filare, texere, & similia, idem *Paul. in leg. diuortio 8. sub num. 9 ff. sol. matr. gl. in l. sicut 48. ver. esse debet, ff. de oper. libr.* & si alij nonnulli dixerint, vt *Bal. consil. 174. num 4.* tunc hoc esse quando fructus dotis non sufficiant, quod mihi non displicet, secus autem si alimenta relinquerentur, à testatore, iuxta tradita supra in *num. 39. 40. & seq.* quia si testator non præciperet habitationem, non tenetur legatarius, cũ hærede habitare, & si præcepit, & cõmodè hoc sequi non possit, vel quia erit hæres absens, vel rixosus, dum per legatarium non venit defectus, adhuc, secundum eundem *Paulum* hic citatum legatum alimentorum debetur.

Est tamen aduertendum ad illud, quod diximus; dotem scilicèt restitui
94 debere etiam in casu dissolutionis matrimonij per diuortium, de quo latiùs alibi, hoc intelligendum esse iuxta dispositionem *tex. in §. item si de dote, inst. de action.* vbi *DD.* quo cautũ est, vt si maritus commodè dotes restituere non possit, non teneatur, nisi in quantum facere potest ex *l. maritũ 13.* vbi *gl.* & *Bar. l. etiam 19.* & *l. si ma-*
95 *ritus 44. ff. sol. matr. cum l. & si fideiussor 24. §. si maritus, ff. de re iud. Hubert. Gifan. de diuers. regul. iur. lib. 2. cap. 16. propè finem*, quod habet locum à fortiori in antefato, vt per Io. *Castagn.* latissimè *in tract. de beneficio deductione egeat. q. 1. num. 5.* excepto tamen loco huius nostræ Ciuitatis Neapolitanæ, in qua hoc beneficium non admittitur, sed insolidum tam maritus, quàm hæredes tenentur ad dotis restitutionem, vt in *consuetudine vbi don. de iure dot.* super qua *Neapol.* ait, litteram in hoc satis esse claram, de quo etiam meminit *Castagna ubi supra num. 4.* de iure autem communi, ad hæredes, nec minus beneficium extendi, ne teneantur ad dotem restituendam, si non poterunt, probatur *in d. §. si maritus* supracitatæ *l. etsi fideiussor* [illegible]

Et eodem modo vxorem, quæ viro dotem promiserit, si non habeat suppetentes vires ad illius traditionem, eodem beneficio gaudere, ne vltra teneatur probat in [illegible] *in l. non tantum 20 in fi.* [illegible] *ff. de re iudic.* [illegible] *ex diuortio 18. ff. sol. matr.* vbi *gl. l. si ex causa 19. in* [illegible] *ff. de minorib.* & in *l. 3. ff. de bon. poss.* [illegible] *in summa, C. si aduersus dot.* & *Grat. discep. forens. cap. 107. num. 9.* & licèt *Costa de* [illegible] *cent. 2. dist. 32. num. 9.* dicat, hoc non procedere, quando dolo plus quam potuisset promisit ad decipiendum sponsum, ipse non intelligo suum assumptum, cum propriæ ipsius incuriæ imputandum sit, quare vires non fuit perscrutatus, si verbis respondebant, sed dato leges decepto viro fauerent, si mulier non habet vnde promissa adimplere, actio redditur inana per de-

debitoris inopiam ex vulgatis iuribus, nec potest ipsam carceratam detrudere in aliquam domum honestã iuxta notata per *Musc. lib. 2. sua prax. gl. detinebatur num. 128. fol. 106.* dum iam in proprijs edibus restrictam retinet vinculo coniugali, & sic frustra petit, quod intus habet, vndè potius essent ei relaxandæ libertatis habenæ, vt ab eo discederet, nisi obstarent quæ diximus supra in *1 cap. à n. 119. vsque ad numer. 122.* ante fatum verò non lucrabitur, cum ex matre dotis oriri non possit, *Boer. decis. 22. num. 16.*

In tertio verò dotẽ ꝑmittẽte, siuè cõsãguineus siuè extraneus sit, pfata locũ habere nõ possũt, sed præcisè ad debitũm satisfaciendum tenẽtur pro integra quantitate, *d. l. maritum*, & *de Affl. decis. 222. nu. 2.* sed in socru procedit idem, quod de marito, vel muliere diximus, per *tex. in l. pen. ff. de iure dot. & l ex diuerso 18. ff. soluto matr.* & per *DD.* latissimè in *§. Item si de dote inst. de action.*

Sed an facta restitutio, & immissa muliere in possessionem bonorum pro quantitate dotali, fructus, quos
96 percepit dotem minuant? & *Bald. in auth. & qui iurat num. 39. C. de bonis auth. iudic. possid.* dicit, quod non.

Cumque dos, vt plurimum assignetur super certis corporibus, & potest esse æstimata, & inæstimata, quæ æstimatio dupliciter fieri potest, vel ad dignoscendum rei valorem, vel ad inducendam emptionem, nempè si promittantur mille, & pro illis detur inde fundus æstimatus non habens promissor præ manibus pecunias, se-
97 cundum *Grat. discept. for. lib. 5. c. 932. num. 1. & 2. Surd. consil. 1. num. 102. & seq. Menoch. lib. 3 præsump. 74. num. 6. Alex. Trentacinq. lib. 3. resolutionum in tit. de iure dot. resol. 1. num. 3. Couar. lib. vnico practicab quæst. cap. 28. nu. 1. ver. Secundo apparet, Ludouis. dec. Rota 194. à num. 1. ad 19. & Oliuer. ad eundẽ dec.* 537. *num. 16.* vel si à principio detur fundus æstimatus pro mille *l. æstimatis 51. cum l. seq ff. sol. matr. l. cum fundus 3. ff. loc. Abb. in c. 1. num. 23 de commoda. to. Cremens. sing. 19. & Anna sing. 697.* Ex quo notandum est, quod sub specie dotis operitur contractus venditionis *l. quoties 5. C. de iure dot.* & prodest in casu statutorum pro soluendo datio Curiæ ex qualibet emptione, vt vigent in diuersis Ciuitatibus Italiæ. In dubio tamen, quando de modo æstimationis non constat, semper intelligendum esse de eo, qui emptionẽ inducit probatur per *gl. & Bal. in l. si inter 21. n. 1. C. de iure dot. & Ang. inst. Quib. alien. licèt, vel non num. 3.* Et præter casum statuti, hæ aliæ percipiuntur vtilitates ex hac distinctione, si æstimata, vel non æstimata data sit dos, de quibus *Rol. à Valle cons. 92. volum. 2.*

Prima est, quæ desumitur ex *tex. in l. plerumque 11. ff. de iure dot.* scilicèt, quod si res detur æstimata, vt inducatur emptio periculum perditionis,
98 & deteriorationis erit viri, *l. 1. §. & cum lex. C. de rei vx. act. §. 1. vbi gl. & DD. inst. quib. alien. licèt, vel non, Socci. iun in l. 1. num. 234 ff. soluto matr* ita, & talitèr, quod si chasm... te pereat, vt in Prouincijs Calabriæ, & Apeliæ euenit, vel cremetur incendio, vt miserrimè experti sunt terrarum habitatores, propè Vesuuianum Montem ex eius bituminoso igne, vel tempore ex alio accidenti minuatur, vt modò experientia docet cum per contagium deficientibus hominibus, non est, qui culturam sequitur, & rura, & possessiones ferè nemora deuenerunt, & sic semper ad prætium, & rei valorem in casu restitutionis tenentur maritus, eiusque hæredes, *l. maritus sue causa. 54. § res in dotem ff. de donat. inter vir. & vx.* qua de re possumus dicere, cum *Iasone in rubr. inst. Quib. al. licèt, vel non à num. 2. ad finem*, quod stante dicta æstimatione, maritus potest alienare bona dotalia *d. l. quoties*

Iaf in tract. de actio. §. actionum num. 84. *Alphonf. Olea de cessione iurium tit.* 5. *q.* 12. *num.* 4. & ratio est, quia dominium dicitur translatum in virum, vt in *d. l. quoties, & l. cum dotem* 10. *C. de iure dot. leg. cum post,* 70. *§. in dotem, ff. de iure dot. Pin. in repet. l.* 1. *C. de bonis mater. in 3 parte num.* 15, *de Afflict. decis.* 247. *num.* 4. & *Gizzar. decis.* 1. *nu.* 40 non obstante *tex. in l.* 1. *C. de fundo dotali*, dum loquitur de æstimatione, quæ non facit emptionem, quo in casu futurus damni, vel lucri euentus, vxoris semper erit, vt in *d. l. cum dotem*, prout sub hac pactione ipse nuptias contraxi, non obstantibus suasionibus, & consilijs mihi datis in contrarium ab vnquam ad saturitatem laudato D. Io. Baptista Filingerio equite dignissimo, Regio Consiliario meritissimo, omni virtute, ac animi integritate ornatissimo, ipse enim dicebat, quod poteram facere meliorationes, & dos parua in magnam mutari, ego namque aliam rationem fouebam, & est, quod tempore meo expertus fui, & experior declinare ætatem, Mundumque paulatim accedere ad occasum, & cuncta semper deteriora vnquam meliora deuenire, dum in hac parua 42. annorum in circa ætate, & ruinas terremotus audiui, & incendio crematas vrbes, & diluuio, vt in hoc anno bisestili oppida inundata, & reuolutione depopulatas Ciuitates inspexi, & fame inde orbatos vita homines vidi, & ex peste desolatas Ciuitates, & Prouincias deploraui, vnde aliud non superest, nisi vniuersale iudiciũ, & propterea semper credebam res pretio fore minorandas, & sic euenit, dum nouem mille aurei mihi in dotem dati instabilibus pro mediatate, nec minus possent appretiari, vndè coniugis esset decrementum in casu restitutionis, vt ex *d. l. plerũque*, cuius verba sunt. *Si prædictis inæstimatis aliquid accesserit hoc ad compendium mulieris pertinet, si aliquid decesserit, mulieris damnum est*, & Bal. *in d. l. si inter virum per totam*, vbi distinguit, quod aut prædium diminuitur temporis mutatione, aut desidia, & negligentia viri: primo casu per terminos adductos, damnum erit mulieris, Secundo

99 viri, ac docet idem *Azo in sum. C. eo. tit. de iure dot. num.* 21. *& seq.* quem videre ne omittas circa euictionem, & circa dicta reliqua *à num.* 20. *vsque ad* 22. dum maritus, non solum in re dotali tenetur de damno sua incuria obuento in rebus datis in dotem ad sciendum rei valorem, verum etiam de dolo, lata, & leui culpa, & quandoque etiam de leuissima, iuxta tradita per *Decium in regula contractus* 23. *nu.* 36. *de reg. iur. fol.* 212. actio verò quæ competit vxori, danti dotem æstimatam pro eius recuperatione,

100 reuendicatio est, ita *Bar. in l. in rebus* 30. *C. de dot. promiss.* & ex hoc dixit *Campag. in cap. item statuimus* 112. *ordine suo num.* 5. *de adiutorijs à vassallis petendis*, & meminit *Reg. Tap. to.* 6. *su: iuris Regni super constitutione, quã plurimum, eod. tit. de adiut. col.* 1. *f.* 169. *vers. amplia* 3. quod si maritus à prima vxorem habuit feudum æstimatum, æstimatione, quæ facit emptionem, si hac prima mortua, secundam ducat, & cum ipsa filiam procreauerit, eamque nubere voluerit, tenen-

101 tur vassalli præstare adiutorium, quod memoria dignum est, ratio patet, quia ex æstimatione feudum factum est viri, est tamen verum, quod cum nubat mulier, feudum debet dare viro inæstimatum, ne sibi præiudicet iuxta *decis. Surdi* 278. relatã per *Rec. coll.* 2 149. at hæc reuẽdicatio, cum ipsa muliere extingitur, & non transit ad suos hæredes, vt optimè fundauit *Angel. in rub. inst. quib. alien. licet vel non num.* 8.

Secunda vtilitas registratur in *d. l. in rebus*, qua sancitum constat in suo

102 *§. volumus*, vsucapionẽ, & præscriptionem in rebus dotalibus dari non posse, & hic est notandum; quod si

ces

res dotalis æstimata pro emptione facienda, reperiatur alienata speciali mulierum fauore introductum est; quando super alijs viri bonis non potest habere regressum, vt contra tertium possessorem actione in rem vtatur, & sic quando sunt in patrimonio mariti exercet hypothecariā, quando distracta, reiuenditionem, vt ex *Bal. nouello de dote parte 8. priuil 7.*
103 sed meliùs dixit *Neguf. de pignor. 2. membro 1. partis, num. 19. fol. 11.* quod si maritus non esset idoneus in alijs suis bonis, tunc ipso iure dictarum æstimatarum rerum dominium trāsfertur in vxorem.

Erit tamen aduertendum, quod si dos restituenda esset per hæredes, & non extaret pecunia, sicut forsan fuit data, tenetur mulier eam recipere in tota bonis hæreditarijs æstimatis, si pro habendo pretio, non possunt vēdi ob defectum emptorum iuxta tradita per *Præsid. de Franch decis 81. & 82.* quia cum circa hoc non reperiatur in specie priuilegiata non fouebit maiores prorogatiuas, quam vti ordinarius creditor, quādo nō est renunciatū beneficio *auth. hoc nisi, C. de solutio.* ita in specie probat, & tenet *Grat. discept. forens. capite 116. nu. 14. to. 1.* quamuis in contrarium videatur *tex. in l. si æstimetis 51. in vltimo verbo, ff. sol. matr.* nempè non posse uariari dando rem etiam non deterioratam inuita muliere, quia esset dare aliud pro alio ita *Leotard. de vsur. q. 9. num. 53. fol. 522.*

Sed unum singulare in hoc nota, quod si deberetur gabella ex quouis lucro, proùt est apud Ianuenses, & Florentinos, ubi soluitur certum datium ob hæreditatem delatam, legatum alicui factum, dotem acquisitam,
104 &c. si uir nubat, & dotem accipiat, soluitur gabella, at si eo prædefuncto, mulieri dos restituatur, alia gabella non debetur, quia non est ius nouitèr acquisitum, sed reintegrata tantùm administratio, quam habebat maritus, cum uiueret, sic probat mihi *tex. in d. l. in rebus supra §. 1.* ibi *Cum eadem res, & ab initio vxoris fuerint, & naturalitèr in eius permāserint dominio. Non enim, quod legum subtilitate transitus earum in patrimonium mariti videantur fieri, ideo rei veritas delata, vel confusa est Surd. d. decis. 278. num. 6.* & ad nostrum propositum, non frustra adduco *gl. nouā in l. quoties 17.* loquentem de gabellis pro dotibus, *ff. de iure dot.* proùt in simili dixit *Port. in §. sed aliquando inst. de vsucap. num. 19.* ut disponente statuto, quid solui de qualibet hæreditate, nō debetur de hereditate, quę uenit ad suos hæres, dum non dicuntur de nouo acquirere, sed acquisitum continuare, ac faciunt optimè notata per *Mangrell. ad Bar. in l. dies cautinis in princ ff. de damno inf* ubi dicit, quod si esset statutum, dictans, de
105 omni cōpromisso, gabellam soluendam esse, si compromissum semel factum, cum facultate prorogandi intra certum tempus, si tunc prorogatio fiat, non dicitur nouus actus, sed idem primus, & per consequens unica gabella, sic etiam de dotè, quæ cum nō sit nouus actus lucrifationis, uel acquisitionis, non debetur noua gabella, quādo redit ad mulierem, sed sufficit illa soluta à uiro tēpore nuptiarum, & dotis consignationis, ita *Bal. in l. cum dotem num. 25. C. de iure dot.*

Tertia utilitas, quod si maritus paciscatur cum uxore de soluendo onus tertiarum, uel censuum ex fundo in dotem dato, nulla soluto matrimonio competit actio hæredibus mariti, quia non est datus æstimatus, secus autem si æstimatio interuenisset pro emptione, nam tūc daretur actio exempto *tex. est,* & ibi *gl. in l. ex con-*
106 *uentione 11. C. de pactis*, nec obstat *tex. in l. 1. C. sine censu, vel reliquis*, ex quo colligitur contrarium, quod nulla oriatur scilicet actio, etenim *gl.* ibi concordando hæc iura, dicit non interuenisse in ista *leg. 1.* æstimationem,

pem; quæ facit emptionem.

Quarta vtilitas colligitur ex *text. in d.l.1.* super qua est *gl. Bal. & Salyc.* 307 qui dicunt, quod si vir promisit creditoribus tributa fundi in dotem dati soluere, soluto matrimonio, cum æstimatus pro emptione datus non sit, & fundus redeat mulieri pro restitutione dotis, hæredes viri non tenetur ad onus tributi stipulati, quia non interest amplius stipulatoris.

Tertium priuilegium, est ius retentionis, quod habet mulier super bonis viri, donec sibi dos restituatur, *Menoch. de recup. poss. remedio 5. num. 32. gl. in leg. vnica, C. etiam ob chirogra. pec. Mynsing. obseru 82 cent. 6.* & ante *obser. 45. in fine Rodriq. de priuil. cred. par. 1. ar. 1. n. 8. fol. 3. 1. Gram. dec. 58 n. 3. D Consil. Rou. cent. 1. si resp. 44. n. 24. fol. 109.* ratio desumitur ex præcedentibus, nempè ob hypothecam super illis contractam, per quam ferè possunt sua dici mulieris, & ideo non mirum si vsquequo restituitur dos, tanquam propria retineat; vt colli- 308 gitur ex *Bar. in leg. filio fam. 29.* sed in *tex. meo incipit si filiofamilias, ff sol. matr. Bal. in l. vnica in fine, C. de rei ux. act. Neguf. de Pign. 4. membro 5. partis, num. 2 fol. 109.* latissimè *Musc. lib. 2. p. 3. gl. adiudicantur, num. 68.* qui ponit infrà in *num. seq.* quomodò, & quando talis retētio practicari possit: *Mynsf. centuria 6. & obseruatione 45. in fine, & obseru. 92. in principio Ludou decis. perus. 12. num. 18 Gram. decis. 58. num. 3. Gizzar.* & ibi *de Angel.* latissimè *decis. 44.* & *Fontan. de pactis nupt. tom. 2. claus. 7. gl. 3. parte 1. per tot.* quod amplia procedere etiam pro interesse dotis, tanquam accessorium suo principali, cuius eandem retinet naturam, & venit iure cuiusdam tacitæ obligationis, etenim iudicium dotis vniuer- 309 sale est, secundùm *Bal. in auth. etiam qui iurat num. 39. C. de bonis, auth. iud. poss. Facchin. lib. 10. controu. iur. c. 31.* & vendicant sibi locum, dato, quod per creditores, vel hæredes apponatur exceptio expilatæ hæreditatis, vel reditionis computorum ob administratam tutelam, secundùm *Baldax. de Angel. ad dictam decis. Gizz. 44. n. 7.* aduersus, quam retentionem, possessionem, & restitutionem, aliquam haud posse opponi compensationem ad impediendam dotis recuperatio- 310 nem docuit *Bar. in d. l. filiofam.* & *Bal. nouel. l. cum addent. ad eum parte 8. priuil 1. per tot.* sed benè ipsa mulier poterit vti compensatione aduersus virum, & eius hæredes ab ea aliquid perentes causa consumptionis, vel destructionis alicuius rei, tunc enim excipiet, quod cum dote compensabit prætensa, vt præter cæteros tenet idem *Neguf. vbi supra num. 5.* est ratio, quia non posse hæredes mariti compensare, est introductum in fauorem mulieris; qui fauor, in eius odium non debet retorqueri ne, & ipsa compensare quoque valeret, ita *Bal. nou.* 311 *vbi supra priu. 1. sub num. 3. ver. tertio limita in fine*, excepto tamen casu impensarum factarum in rebus dotalibus, quia pro his habet maritus 312 retentionem, *§ item si de dote, vers. nam ob. inst. de action. leg. quod dictur 5 ff de imp. in rebus dotal fact.* quæ impensæ si mariuo marito repenantur ab hærede, restitui, & dari, haud debent, quando dotem vxori reliquit, tūc. n. videtur integra dos legata, remissis expensis *l. 1 ff. de dote prælegata l. me ra 44 § si à me* vbi *Bar. ff de leg. 2. Matth de Affl. deci. f 359.* pro qua retētione dixit idem *Bal. de dote d. parte 8. priuil. 6. nu. 21.* quod mulier sua propria authoritate, non dùm retinere bona viri, vt dictum est, & confirmat *Cassan. ad consuetud burg. rubr. 4. §. 17. num. 11.* verum etiam bonorum possessionem appræhendere, vt dotem recuperet. *Bal. tamen in l. dotis actione 9. num. 2. C. soluto matr.* tenet contrarium, scilicèt non posse hoc fieri absque iudicis authoritate, quod licèt intelligi possit in casu veræ restitutionis, nihilominus idem mihi vide-

113 detur debere practicari, imò a fortiori in casu retentionis, cum sit maioris præiudicij, & propterea iudicis authoritas exposcenda est, prout colligitur etiam ex *Azon. in summa, C. Ne pro dote mul. per totum*, & ità intelligi debet consuetudo nostra Neap. quæ incipit. *Itaquod de iure dot.* dum dicit *Quinimò auctoritate propria potest ipsa capere, quandoque* Reg. verò *de Marin. lib. 2. to. 2. quotid. resol. cap. 242.* distinguit, aut in capitulis adest clausula constituti, & præcarij, & potest propria authoritate ingredi possessionē bonorum pro suis dotibus, aut habet simplicem tantùm hypothecam, & procedit secunda opinio pro fructibus tamen dotis sibi hypothecatis, non nisi, quo ad condecētiam sui interesse retentionem dari tenet *Gra-*
114 *tian. discep. for. to. 4. cap. 70. num. 52.*

Et est notandum, quod ex hoc iure saluatur mulier si conueniretur tanquam hæres instituta, quia se imiscuit in hereditate, & stetit in possessione ipsius bonorum, dum potest dicere, iure retentionis possedisse, & non hæredes, vt ex citatis per *Rosch. de patr. a pot. parte 4. cap. 1. num. 29.* & *Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 12. num. 4.*

Et hoc ius retentionis etiam in feudalibus procedere posse, voluit
115 *Vinc. de Anna alleg. 136. num. 6. &* *13. Rou. vbi supra num. 25.* sed tamen *Baldax. de Angel. in supracitata decis. Gizzar. 44. num. 4* dicit, quod quandò ob delictum, & contumaciam viri veniret feudum confiscandum, si fiscus mulieri pro dotibus, & iuribus dotalibus offerat, vbi satisfieri possit, non habebit ius retentionis, & signātèr super iurisditione, & hoc pro fauore publico, vt delicta puniantur *Frecc. de subfeud. lib. 2. ver. Vigesima nona num. 22. fol. 162. in vltima impressione*, non offerente igitur fisco alibi satisfactionem vxori, iure retensionis non posse feudo priuari remanet resolutus articulus; prout in facti contingentia mortuo D. Comite stabile Columnensi in bello, ad fauorem D. Margaritæ de Aragonia superstitæ vxoris, in Regio Collaterali consilio ad relationem spectabilis D. Regentis Zufia, patrocinante eruditissimo primariorum, tunc primo causarum patrono D. Antonio Caracciolo postmodum Regente, & Sancti Sebastiani Marchione, fuisse practicatum patet ex actis apud à mandatis *Scribam Franciscum Anastasium in anno 1643.*

Quæ determinatio, & prærogatiua satis quidem æqua videtur, ac mulieribus valdè fauorabilis, & non est omittenda in alijs casibus, cum parū præiudicij fisci esse possit retentio feudi, donec dos soluatur, at de rigore, alias dici posset, etenim retentio non potest dari, nisi in casu contractæ hypothecæ, vt fundauit idem
116 *Vinc. de Anna alleg. 80. nu. 9* sed sic est, quod in feudalibus non contrahitur hypotheca, vt diximus supra *num. 88.* ergo non potest dari reten-
117 tio, prout decreuit *Regia Camera Summariæ anno 1650. contra vxorem D. Ducis Nuceriæ* quæ fuit exclusa ab opposito iure retentionis, pro dotibus suis, vsque dum satisfieret super statu, & feudis viri præ defuncti ad relationem *D. Præsidentis Consiliarij, actuarie Constantino*, & aduocatis magnifico Petro Carauita, & magnifico Fabricio Bonito solertissimis; quam decisionem veram, & iustam puto in casu tacitæ hypothecæ, quæ reuera pro dote non datur in feudalibus, & proindè non potest practicari retentio, secus autem si feuda essent expræssè obligata tempore dotationis, regio assensu interueniente, vel citrà assensum in feudis, qui obligationibus subijci patiuntur, relinquo tamē distinctionem hanc maturius considerandam peritissimis feudistis, & interim vide *Modest. Pisto. lib. 3. quæst. illustr. quæst. 122.* & *Sanfel. decis. 311.*

Quartum priuilegium est lucrifa-

cio.

cionis super cæteris alijs maximum;
dum paruus, haud censendus est fa-
uor, vt post immoderatos sumptus
per virũ factos in vxoris seruitium,
innumerabiles erogatas expensas ad
nouos semper luxus faciendos in
gemmis, vestibus, & domus mobili-
bus, & multi sunt, qui ad hæc cõplen-
dum indignitates patrant, & pro-
priam animam offendunt, euenientē
casu mortis habeant restituere dotē,
& lucrum: legem quidem nescio si
dicam æquam, vel iniquam; si enim
dos data est, vt ex eius fructibus one-
ra matrimonij sustineantur *l. pro one-*
118 *ribus* 20. *C. de iure dot.* & *Ludouis. de-*
cis. Rota 63. *num.* 5. & *decis.* 458. *num.* 3.
Leotard. de vsur. q. 71. *num.* 33. *gl. in §.*
est, & aliud genus lit. R. instit. de donat.
qui hodie non sufficiunt, nec minus
ad tupporum ligamina, & faciei fu-
cationem; quare ex dote lucrifacio-
nem permittere: & si dos necessaria
est, & non datur sinè matrimonio *leg.*
3. *ff. de iure dot. leg. incesta nuptiæ* 52.
ff. de ritu nupt. & idem *Ludouis. decis.*
346. *num.* 4. quare igitur huic neces-
sariæ doti concedere donationem
propter nuptias, siuè antefatum, quod
119 idem est, secundùm *Pratum discep.*
for. to. 2. *cap.* 36. *num.* 5. & 9. & *de Frã-*
chis decis. 577. *num.* 10. vbi dicit, quod
antefata sunt ipsa iura dotalia, idem
Merlin. controu. to. 1. *cap.* 26. *num.* 19.
qui ait, antefatum esse vsuram, siuè
lucrum dotis, & quandoque quarta
solet appellari, vt *in consuetudine; si*
tamen contingat de communi diui-
dendo fol. 383. & *consu. mulier de alim.*
prast. fol. 213. vndè affatus *Merl. in lib.*
2. *contr. cap.* 14. *in princ.* ea sinonima
appellauit, vnam tantùm adducunt
eorum mente DD. rationem, vt ha-
betur apud *Prasf. de Franch. decis.* 182.
num. 9. *Tasson. de antef. ver.* 4. *obseru.* 4.
num. 2. & *Masull. ad Capyc. decis.* 65.
num. 2. s. hoc esse permissum in retri-
butionem virginitatis amissæ, qua de
re pretium sanguinis illud vocauit
Mostrill. decis. 73. *num.* 13. *Merl. d. lib.*
2. *cap.* 28. & *Vrsill. ad Affl. decis.* 333. *nu.*
2. sed mihi parum satisfacit; dum an-
120 tefatum, secundùm eundem *Tasso.*
ibid. num. 24. debetur etiam viduis;
prout per nostram pragmaticam pri-
mam *de donat. propter nupt.* statutum
est, ergo non datur in virginitatis
præmium, prout etiam *Pratus vbi su-*
pra optimè ponderauit, *num.* 1. alterā
rationem affert *Costa de facti scientia,*
(licèt in verbis diminuta) *centur.* 1.
dist. 37. *num.* 96. nempè, vt faciliùs in-
de cum viduæ fiant, quæ non sic de
facili maritos inueniunt, nubere pos-
sint cum dotis augmẽto, & hæc mihi
magis placet, quod augmentum de-
betur mulieri superuiuenti viro, se-
cus autem si prius decedat, quod ra-
rò accidit, tunc enim non datur an-
tefatum, cum deficiat persona, cuius
contemplatione statutum fuit, vnde
oportet, quod in vita remaneat, vt
lucrum faciat, ita *Costa vbi supra d.*
num. 96.

Est tamen verum, quod attento
iure C. non erat necesse viro, aliquā
donationem facere vxori, eique do-
tarium, siue antefatum constituere,
sed per ius authent. necessarium pu-
121 tatur id complere, vt in *auth. dos da-*
ta, vbi *gl. C. de donat. ante nupt.* imò, vt
ait *Gomes. ad legem tauri* 53. *num.* 9.
vxoris erat dicta donatio durante
matrimonio, eo verò soluto reuerte-
batur ad virum; circa quam donatio-
nem non reperio generalem aliquā
legis sanctionem, nisi illam in *d. auth.*
dos data, quam non esse in vsu, testa-
tur *Clar. in §. donatio quæst.* 11. sed tã-
tùm particulares mores regionum
moribus introductos, vt dos secum
lucrum trahat; & diuersimodè serua-
tur, & in hoc dixit *Bal. in auth. siue à*
me, C. ad sen. cons. vell. num. 12. quod
122 nõ interueniente pacto de lucran-
do, post solutum matrimonium, ipso
iure desinit mulier, dominam esse do-
nationis propter nuptias, dum non
debetur, sine matrimonio, secundùm
Reg. Salernitanum, decis. 2. *in fine,* & ni-

si

si fuerit constitutum antefatum, vel promissum constitui, secundum *Glos. in dicta num. 2. Masull. ubi supra nu. 5. Gram. decis. 97. num. 3. & 4. Affl. super const. licentiam num. 4. de datarijs* optimè *D. Reg. Marcian. 1. disp. 42. nu. 2.* in qua disputatione plenissimè discurrit, si legatum [illegible] uxoris debeat compensari, cum interesse dicti antefati, est ratio, quia ex aliqua iuris dispositione hoc non cauetur, & propterea si regionis vsus, non est mirum, si ianuenses tanquam in omnibus oculatissimi fecerunt statutum, ut ita vir, sicut mulier, quæ superuixerit hoc lucrum habeat, ut in *lib. 5. statutorum lib. 9. de antefato*; est ratio, quia non est necessaria, sententia iudicis priuatiua, quando lex priuat, secundum *d. Bal. in leg. unica num. 2.*

123 *C. si 2. nupserit mulier.* Quod pactum de lucrando, quia est arbitrarium, &

124 4 dicitur donatio, etiam sine dote stipulari potest, dum nulla legis dispositio contradicit ita *Artman Pistor. lib. 1. quæst. iur. q. 5. nu. 8.* Obseruatur itaque

125 5 in alma vrbe, ut legitur *lib. 1. statutorum cap. 131. Quod si uxor*, (& sunt propria verba statuti) *post consumatum matrimonium marito superstite, liberis extantibus decedat, maritus totā dotem lucretur, quam tamen secundum iuris dispositionem liberis communis matrimonij reseruare tenetur, liberis autem non extantibus, maritus quartam partē dotis ad vsumfructum, & proprietatem lucretur: si verò maritus uxore superstite cum liberis decedat, uxor quantum est quarta pars dotis pro donatione propter nuptias ad vsumfructum tantum de bonis mariti lucretur, pro qua cauere teneatur, quod vsufructu finito illam restituet, quibus de iure restitui debet, liberis verò non extantibus, dictam donationem, tam quoad vsumfructum, quam quo ad proprietatem lucretur: huius autē donationis propter nuptias, seu dotalis lucri pactum semper in instrumentis dotalibus describitur appositum, & stipulatum, nisi expressè de partium contrahentium voluntate fuerit remissum, aut aliter conuentum.*

In Regno verò nostro de iure vniuersali statutum est, vt tunc vxor antefatum lucretur, quando maritus

126 præmoritur, *de Franch. decis. 182. nu. 14.* & abolita veteri obseruantia, quod mulier etiam, quoad proprietatem lucrabatur antefatum per *tex. in §. quia verò mulieres, auth. vt fratrū filij auth. habentes, & auth. si tamen, C. de secundis nuptijs, cap. Regni mulier dotarium de datarijs mulierum*, vbi *Campanensis & Anna cons. 74. num. 12. & sequ. ver. Secundo arguo*, hodie tantùm vsufructuaria est illius, vt per eundem *de Franch. ubi supra*, [illegible] *citata num. 15. Reg. Dom. Anton. de Marinis* [illegible] *cap. 15.* & *D. Pres.* [illegible] 3. & in [illegible] quātitate, dū [illegible] excessus [illegible] familiæ, vt legitur in *prag. unica* [illegible] *propter nuptias*, quæ distinguit, quomodò sit obseruandum in paruis, & quomodò in magnis dotibus, quomodò in primo nubentibus, & quomodò in viduis, & facto casu dissolutionis matrimonij ob viri obitum, superstes coniux tenetur de antefato facere cautam emptionem, si recipiat illud in pecunia, vt post eius obitum ad hæredes reuertatur. *Tassone ubi supra num. 15.* cum statim vidua decedente finiatur, secundum *Artman. Pistor. lib. 1. quæst. iur. quæst. 4. num. 1.* quando verò non adest pecunia, parati solet, vt soluatur sibi interesse, quod, secundum *Vrsill. ad Matth. de Affl. decis. 391. nu. 5.* est ducatorum quinque pro quolibet centenario confirmat [illegible] & *Masull. ad Capyc. decis. 69. num.* [illegible] & anteà voluit idem *Consil. de Bottis ad consuetud. Neapol.* [illegible] *de iure dot. lit. G. fol. 243.* vbi dixit, quod communiter practicamus dari carolenos tres singulis annis, pro qualibet vncia, qui in calculo faciunt ducatos quinque pro centenario, vt di-

ctum est *Conf. Recc. centur. 2. responso 39. num. 1. & 17. fol. 127. & 129.* & hoc de iure vniuersali, sed secundum cõsuetudinem Neapolitanam, vt dixit *Gram. decis. 103. num. 100. & seq.* debentur sex aurei, dracma duo, asses sex, & octo stipites, tamen veritas facti huius est ad diuersitatem euadendam, quod vt melius inter se partes poterunt concordari, soluitur interesse antefati, quod extenditur vsque ad septem aureos pro centenario, prout ipse soluere meæ coniugis matri, sui conuentione, & condenientia

127 coactus, secundùm *quam consuetudinem, 4. autem. de iure quarta, & Neapol. ibi*, sciendum est, antefatum esse diuersimodè ab indicato constitutum mulieribus, dum soluto matrimonio (loquendo inter ordinarios, non autem more nobilium, & magnatum, de quibus infra *num. 140.*) liberis non extantibus, propria authoritate deducto ære alieno potest appræhendere quartam bonorum partem existentium tempore mortis miri, quo ad vsumfructum, & proprietatem; filijs extantibus, quo ad vsumfructum tantùm, *de Franch. decis. 106.* & alia citata *decis. 182. num. 14.* vt post eius mortem consolidetur, cum proprietate in beneficium liberorum, secundùm eundem *de Franch. decis. 689.* & ita legatur *gl. inst. in §. est, & aliud genus, tit.* R, apparebit, quod prius constituta donatione propter nuptias vxori per virum, soluto matrimonio, dicta dos reuertebatur ad maritum, quod indè comprobauit *Nicol. ibid. nu. 5.* in qua quarta, filij succedunt, vt filij, non vti hæredes *de Affl. decis. 37. propè finem, & campagna in cap. Rengi mulieris dotarium num. 92. de dotarijs mul.* de iure tñ cõmuni, secus consuetudinario huius ciuitatis, secundùm eundem *de Franch. d. decis. 182. eod. num. 14.* cõtra quem hodie per tabelliones expressè apponitur, & declaratur in capitulis matrimonialibus, quod in dicta quarta succedant filij, vt filij, &c. quæ declaratio fuit introducta, & passim practicata propter quandam *decis. S. C.* in contrarium factam, teste *Reg. de Ponte de potestate proreg. tit. 9. de succ. mul. num. 25.* quod ponderauit etiam *Reg. Donat. Anton. de Marinis quotid. resol. to. 2. cap. 23. num. 3.* facit *tex. in auth. hæres, C. de 2. nup.* & ante diffusè fundauit *Vrs. ad Mat. de Affl. decis. 314. num. 1.* vbi etiam dicit per *tex. in d. aut. si tamen*, quod si mater se abstinebat à secundis nuptijs, in dicta donatione habebat portionem, pro numero liberorum, sed hoc hodie potest dici ex *d. prag. Ducis Ossuna*, de matrimonijs postmodum contractis, non autem ante, vt ibi habetur, & optima ratione, quia edictum, sicut extenditur ad tempus futurum ita non comprehendit præteritum *c. 2. de constitut. l. leges 7. C. de legib. cons. Giori. alleg. 7. num. 25. Reg. Cap. Latro decis. 33. num. 3. & 4. to. 1. Tasson. verò de antefato*, post omnes alt *vers. 4. obseru. 4. n. 76. fol. 313.* quartam istam sub antefato comprehendi; & ita seruatur, dum omnes hodie in hac Ciuitate mulieres non habent, nisi antefatum.

Sed *D. Præs. Merl. d. cap. 16.* sua solita eruditione, fundando, non posse per vxorem prætendi antefatum in pecunia, sed tantùm interesse peti ad rationem melius visam, & magis rationabilem, docet diuersimodè seruari, attenta diuersorum iurium dispositione, quod dixit etiam idẽ *Reg. de Marinis d. to. 2. cap. 25. à num. 3. vsque ad finem*; & ipse in meis instrumẽtis dotalibus expræsè pactus fui ad lites posteris euitandas, non ad illud

128 teneri, nisi pro quantitatibus verè receptis, cum hodie de communi notariorum stylo, qui apponũt clausulam, antefatum deberi habito respectu ad dotes, & ad alias iustas causas, si deficiant dotes, non cessant aliæ iustæ causæ tacitè stipulatæ, nempè affectionis, & similium, & proindè integrum debetur antefatum iuxta do-

tium

tium promissionem, prout post *Ang. Pisanel.in addit.ad Neapod.in consuetud.4.autem, ver.noto ex ista gl.f.*252. & *Io. Andr. de Giorgio allegatione* 45. *num.*18.& 19.practicatum,&decisum refert *Consiliarius Scipio Theodorus in causa Baronis Pappasideri alleg.* 13. *in fine Cons.*Marcell.Marc.*to.*2.*cons.*58. *num.*7.*cum seq.*& Franc.Maria *Pratus to.*2. *discep.for.cap.*36. *num.*10. vbi sic etiam decisum asserunt contra *Reg. Donat.Anton de* Marin.*to.*2.*quot.resolut.cap.*24.*num.*6.*& Reg.Rou.to.*2.*cons.* 50. Deficiente igitur clausula ista, certum est, quod antefatum non debetur,nisi pro quantitate dotium solutarum,vt dictum est supra *num.*83. & est *tex.in authent.sed qua nihil,C.de pactis conuen.auth.dos data,C.de donat. propter nupt.Reg.Rou.to.*2.*d.cons.*50.*n.* 10.*Reg.Capyc.Latro to.*1.*decis.*63.*n.*7. *& to.*1.*consult.*124.*num.*49.*& Reg. D. Anton.de Mar.in d.cap.*24.*num.*1.*Bor. summa decis.to.*3.*de donat.propter nup. num.*38.*de Afl.decis.*242.vbi *Vrs. nu.* 1. *Gram. decis.*97. *Fach.controu. iuris cap.*68.*Petra,& Mafull.ad d.decis.Capyc.*63.*nu.*9.contra *Neapod. super consuetud.dos,& quarta n.*95.vndè si vlla dos promissa,fuerit soluta,vllū debetur antefatum *Gram.dec.*97. *à n.*1.*ad* 5. dummodò tamen solutio non sit forsan facta, quia tempus solutionis in pactis adiectum non aduenerat, secundùm *eundem ibid.*& dicemus infra *cap.* 5. *num.* 13. ita per multas tenuit *Campagna in d. cap.mulieris dotarium num* 86. vbi dicit paulò supra, quid si mulier decedat de ratafru-
129 ctuum,vel interesse maturati, tunc temporis potest disponere, vt ipsi libebit,sed non totius anni,ex quibus magis confutanda venit superius adducta ratio eorum, qui dixerunt antefatum deberi ob virgininitatem amissam, quia si esset vera ista sententia; parum curaretur de dotis cōsignatatione, &si integra, vel diminuta sit data, si attenderetur defloratio, vndè absolutè est dicendum abusiuè ex dote dari lucrum, est ta-
130 men verum, quod quando dos fuit promissa,& eam maritus sua incuria nō recuperauit,sibi imputari debet, & in casu dissolutionis matrimonij integrum antefatum est dandum, sicut tenetur ad integram dotis restitutionem, cum accessorium sequatur principalem *cap. accessorium* 42. *de regul. iur. in* 6. de quibus sit tibi Auriga *Campagna vbi supra, qui in n.* 6.7.8.86.87.*& seq.* diffusè multa in hac materia discurrit,& declarat,se-
131 cundùm quam iuris communis dispositionem in Alma vrbe particulare statutum vigere in consimilibus prænarratis patet ex eius uerbis posi. tis in *d.lib.*1.*statutorum cap.*132. quæ sunt *Et si dos simpliciter per mulierem, vel alium per eam promissa fuerit, & promissori ad soluendum dilatio data, si ea dilatione pendente huiusmodi matrimonium per obitum viri, vel vxoris soluatur, lucrum prædictum superstiti acquiritur* ratio est,quia de dote ad certam diem promissa si habita fuit fides de solutione habetur pro soluta,dum dies illa in utilitatem mulieris uidetur apposita, quæ non debet postmodum in eius detrimentum retorqueri,ut per *Campagnam vbi supra num.*90.uide *Toffon.citato loco à num.* 47.& *Reg. de Marinis to.*1. *quot. resol. cap.*14.*per tot.* & *Gram.d.num.*5.

Sed an dotarium siue antefatum hoc possit constitui super feudo, uel fructibus feudi, uide eundem *Campagna,vbi supra num.*13.& *Taff de antefato,ver.*4.*obseruat.*4. *in allegationibus,D.Fabritij Brancatij ibi positis, nu.* 34.*&* 35 *fol.*320.

Et quid si mulier uidua secundo nubat, & dedit in secundam dotem antefatum primi uiri(proùt fecit mea
132 socrus);puta prima dos erat ducatorum centum;secundo nupsit,& dedit illa centum,cum alijs 30.pro antefato habito in augmentum dotium secundo uiro, an si denuò uidua fiat, debeatur de sua dote dotarium do-

tarij, siuè antefatum antefati, & puto, quod sic, quia dos, non dum consistere potest in rebus proprietarijs pleno iure spectantibus ad vxorem, sed etiam in alijs, in quibus habet tantũ commoditatem, vel vsumfructum, vt
133 ex *tex. in l. 4. quæ incipit si proprietati*, vbi *Bart. ff. de iure dot. l. dotis fructus* 8. *§. si vsusfructus*, vbi *Bal. leg. si vsusfructus* 67. & *l. cum in fundo* 81. *ff. eod* & *l. vsufructu* 58. *ff. soluto matrimonio*, & tanto magis, quod maritus ipso viuente fuit dominus dotis, sic datæ secundùm *tex. in supracitata l. doce ancillam* 9 *C. de retuend.* nempè quoad vsumfructum iuxta terminos *d. l. dotis fructus*, cum tam de dote vera, quam de dicto antefato in dotem dato dũ vixit, fructus habuerit, & illis ad sui libitũ vsusfuerit, & propterea cũ, eo decedente, omne totũ vxoris sit, non videtur aliqua in contrarium ratio dictans, quod in restitutione dotis, non ipsi debeatur antefatũ antefati post viri obitum, eoque fortius, quando sumus in locis, in quibus communis dispositio attẽditur, quod dotarium lucratur mulier in morte viri, quoad proprietatem, & quoad vsumfructum, quo in casu à principio poterat dici absoluta domina, & tamquam proprium in totum, & pro toto dari ad vtendum, & fruendum viro.

Apud Ianuenses verò circa antefatum hoc, alias dispositum est *in libro 5. statutorum capite 9. de antefatis*,
134 vt in sequentibus, nempè, *Quod præmortua vxore, maritus ipso facto lucretur de dotibus quantum ipse constituisset pro antefato vxoris, & pariter præmortuo marito vxor lucretur ipso facto de bonis mariti antefatum constitutum. Quod si antefatum non fuerit constitutum, lucretur ad inuicem quantum fuerit medietas dotium, si fuerint de libris ducentis, & abinde infra, si verò fuerit supra libras ducentas antefatum sit, & intelligatur esse de libris centum, & non vltra. Et hac locum habeant si maritus vxorem trasduxerit ad nuptias vel cum ea in habitu matrimonij steterit, vel habitauerit. Antefatum sic lucratum, mortuo lucrante reuertatur ad filios ex eodem matrimonio natos, qui ab intestato remansissent hæredes, & eis deficientibus remaneat hæredibus lucrantis etiam si vxor transisset ad secundas nuptias. Possit vxor viro præmortuo habere vltra prædicta de bonis mariti pro faciendis vestibus vsque ad libras 25. in Ciuitate Genuæ, & vsque ad libras quinque in dominio.* quæ dispositio, quod lucretur maritus, sicut vxor mihi valdè placet, cum sit reciproca, nam proptereà dicitur antefatum, quia super quem prius cadit fatum siuè sors tenetur subiacere lucro, vel eius damno; non minus enim debet esse prærogatiua mulierum, quam virorum, imò fauorabilior semper istorum censenda esset, ob onera matrimonij, quę sustinerunt in seruiendo mulieribus, & quia ipsa republica habet oculos ad publicam vtilitatem, & non ad priuatum commodum, voluit lucrum esse supraiuuentium pro subueniendo Reip. occurrentijs, quod plus mares, quam fœminæ peragere valent. & circa hoc nota, quod si mulier fecerit legatum viro, præsumitur id fecisse animo compensandi in portionem lucrandam, vt in specie dixit *Bar. in l. si cum dotem* 23. *§. si pater in fine; ff. sol. matr.* & sic seruatur regionũ consuetudo, proùt meminit *Tasson. de antef. ver. 4. obseru. 4. num.* 71. & indicauimus *supra num.* 121.

Sed quæritur, quid si vir non sit mortuus, sed foriudicatus, quem ciuilitèr defunctum esse, non dubitamus, & adeò, quod naturali læetho co-
135 hæret, vt dixi *in meo Florilegio in rubr. de contum. ex delictis reorum*, an possit antefatum per vxorem peti? &
136 prima facie videtur negatiua responsio, etenim semper, quod de morte fit mensio, de naturali intelligendum est, tam si fiat à lege, quam
137 à Principe, quam à testatore Reg.

Reu.

Ron. ad prag. 2. de iurisd. inuic. non turb. in alleg. Regij Consiliarij Cæsaris Freccia num. 76. quod etiam dixit *Reg. de Marinis to. 1. quot. resol. cap. 166. nu. 7.* sed sic est, quod antefatum debetur ob mortem viri, vt probatum fuit supra *num.* 126. ergò naturalis occasus expectandus est, imò iniquium videretur debitum ante vitæ extremum persoluere. Attamen contrarium verum esse fateor ex iurium claritate, & mulierum priuilegio, & probatur ex supratraditis *num.* 48. vbi habetur, quod si ob viri delictum veniant cōfiscanda bona, mulier, & dotem, & dotarium habere debet, vndè non dispar militat ratio, vt eo foriudicato, prædicta consequatur, & tantò magis, quod in isto casu ciuilis mors
138 comparatur naturali per *tex. in l. gallus 29. §. & quod si tantum, ff. de lib. & posthum. leg. si decesserit 4. ff. qui satisd. cog. & leg. actione 65. §. publicatione, ff. pro socio*, comprobatur hoc ex effectu, dum foriudicatus reputatur mortuus, cum ab omnibus interfici
139 possit, ut in *constitutione regni pænarum de foriudicatis* vbi *de Bottis*, & *Math. de Affl* ibi *nu.* 71. & quia mortuus desideratur à iustitia, dato, quod innocens sit, nemo ad eius defensionem admittitur, secundùm *Caranat. super prag. 1. de Exul. num.* 110. & *Reg. Ron. super rubr. de sent. foriud. n. 7.* (non loquendo de casu, quando regij officiales concedunt guidaticum, & posteà indultum, cum ex gratia fiat, & non implicat mortis ueritati, cum etiam ad furcas damnatus possit per Principem indugeri, prout faciunt hic Proreges, quando ipsis in itinere condemnatus occurrit exclamantibus omnibus, Gratia, gratia,) & in terminis, ut antefatum debeatur uxori ob uiri foriudicationem, tenet *Taffon. d. ver. 4. obseruat. 4. num. 26. 53. & 54 fol. 302. & 309.* & euenien-te casu priusquā in hoc consules, uel decidas, uide *dicta Præs. de Franch. decis. 562. & 689.* ubi addentes.

In Ciuitate postmodum hac nostra Neapolitana de iure consuetudinario ipsius, circa antefati constitutionem inter magnatos, (ut indicauimus supra *nu.* 127.) & nobiles, alitèr seruatur, recedendo à dispositio-
140 ne *prædictæ prag. Ill. Ducis Ossunæ*, dum secundùm morem nobilium Capuanæ, & Nidi, dotarium, siuè antefatum est medietas dotium, & secundùm morem magnatum, est tertia pars, ut in consuetud. *In primis secundum morem, & in consuetud. seq. de success. ab intest. de Franch. decis. 617. num. 1.* quæ in consuetudines plures casus ponunt, & distingunt, quando adsunt, uel non adsunt filij, ut ibi poteris uidere cum Doctoribus glosantibus, quos si uellem summatim adducere esset danda trascriptio, & corrigenda prolipsitas, sinè operis fructu, sed uide *P. Layn. to. 1. p. 2. trac. 11. fol.* 225. & elegantissimas allegationes *D. Fabritij Brancacij*, adductas per *Tasson. de antef. d. ver. 4. obseru. 4. fol. 315. & seq.* ubi inter cætera dicit *num. 26. & 27.* quod licèt iure communi, nil lucretur uxor, si non adsit pactum de lucrando, tamen more magnatum in Ciuitate Neap. aliter est, dum ex ipsa lege, sine pacto ali-quo, lucrum datur est tamē aduertē-dum, quod ad hoc, ut hæ consuetudines locum habeant, est necesse, ut in pactis dotalibus de eis fiat expræssa mensio, quod contrahunt, uel more magnatum, uel ad usum Capuanæ, & Nidi, quorum usum differentias, tradit *Reg. Ron. vol. 1. conf. 98. à num. 13. ad 16.* prout expressa est mensio facienda de ipsomet dotario, etsi cōtrarium sentijsset *d. Brancacius*, ut indicauimus; dum antefatum non constitutum, nec promissum constitui secundùm mores Regionum non debetur, cū, ut indicatū fuit abusiuè sit introductū *de Affl. super const. Regni licentiā num. 3. de dotarijs, Gram. decis. 97. à nu. 1. ad 3. Capyc. decis. 65. num. 7. & Staib. de interesse lib. 2. tit. 4. q. 1. num. 18. fol.* 149.

140. & ita obseruamus in contractibus in dies,& in omnibus instrumentis dotalibus, in quibus tabelliones faciunt expressam mensionem de modo,quo coniuges contrahunt, secundum quas consuetudines, & mores possunt omnes ciuilitèr viuentes contrahere,dato,quod non sint equites, vel nobiles sedilium dicti Capuani,& Nidi,alias enim vlla declaratione interueniente censetur matrimonium contractum (alla vecchia
141 maniera)dum ius nouum,tunc derogat vetus, quando de eo expressam faciat mensionem, cum ius commune difficilius tollatur,vt ex *Matth.de Affl.de iure prothom.§.9. supra nu. 16.* & quilibet præsumitur potius stipulari,secundùm ius vetus, & commune,quam nouum,& speciale nonnullorum,nisi expresse ipsi non submittatur *Rou.vbi supra d.num.* 18.

Et tandem pro coronide huius materiæ nota,quod antefati interesse non debetur,nisi post annum luctus, ita *Anton.de Amata to.1.resol.49.num.* 21.

Secundum priuilegium est velleiani benificium, quo & si omnes mu-
142 lieres tueantur,secundùm *Pref. de Franch decis.623.nu.8.*& *Bald.de Angelis ad decis.4. Gizzar.num.*11. principalitèr vxoribus succurritur,quia facilius possunt per viros maritali affectione ad obligandum induci, vt dixit *gl.in rub.quib.alien.licet, vel non inst.num.60.*& *Tasson.d.ver.4. obseru. 2.à num.*148.*vsque ad* 152.*tex.* est de priuilegio isto in *leg. si sine voluntate* 5. vbi *gl. C. ad senat.consul. velleian.* quo tamen hac limitatione disputatur, quod si patientiam vxor præstitit, vt quasi suas res maritus obligaret, vt sic contrahentem deciperet, ei non succurritur senatus consul. velleiano, cum dolus faciat cessare
143 beneficium,ita *tex.cum gl.* vbi etiam *Bal.*& *Sal.in l.mulier* 10.*C.de distract. pignor.* proùt similitèr si virili veste induta ad aliquem decipiendum,tamquam vir fideiusserit non iuuabitur, hoc velleiano *leg.si dicipiendi* 30. vbi *Bar.ff.ad velleia.leg.feminis* 18.*C.eod.* vel si pro fideiussione aliquod receperit *auth.antiqua.iurisdictionis* 23. *C.eod.ad velleia. Tiraq.de leg. connub. gl.8.num.*135 *fol.*157. est ratio secùdùm *Consil.Staib.to.2.resol.*179.*n.*11. & iura per eum adducta, quod hoc beneficium conceditur mulieri deceptæ,nòn decipienti,vndè *d.gl.notat*
144 *in lit.A.*hoc vnum singulare, scilicèt,plus operari, quandoque tacitũ, quam expressum consensum, dum quando expressè mulier in obligatione consenrit, obligatio non tenet, proùt de pari, licèt contrarij effectus similitudine videmus, quod mulier si alienet fundũ dotalẽ, quæ alienatio, nulla est ex legis dispositione, ut ex *Mauritio de Alesio de renunciationibus cap. 3. num.* 3. ita quod unum trans-
145 fert dominium,obligatur, tamen ipsa personalitèr adinteresse,si tamẽ emptor ignorantèr emerit dotis prædium, secus si scientèr, quia uoluit emere, quod non poterat, & sic plus prodest ignorantia, quam scientia,ita *Bal.in l.si prædium* 23.*nu.* 6. *C.de iure dotium*, & in *l. sed si ego* 4. *ff.ad sen.consul.vell.*ac faciunt dicta *Gomes ad leg.79.tauri num.*4. quam propositionem amplia, ut obligatio mulieris nulla sit, dato quod blandis uerbis allecta se obligauerit, uel renunciauerit beneficio dicti senatus consul. quia renunciatio non tenet,
146 secundum *Iacob.de Rau.Petrum*, & *Cyn.in leg.si quis in conscribendo, C.de Episc.& Cler.*contra *gl. in leg.* 1.*ff. ad velleia.* & *leg. fin. C.eod.* tenet idem *Abb.*& ibi addentes in *cap. si diligenti num.9.de foro compet.*& uide *Grat.discep for.cap.*108 *nu.*14. & *Gaill lib.2. obseru.77.Gom.var.resol.to.2. cap.*13. *num.*17.*fol.* 339. & ex optima ratione, quia sumus in prohibitiuis, ne mulier renunciat, non autem in permissiuis,ut uirgo,uel pupillus possent eligere forũ ita in terminis *id.Mauritius*

ritius de Alesio in suo tractatu de renũciationibus cap. 3. quod est memoria dignum, sed inclinat *Facchin. cum opinione glosarum ad d. leg. si quis,* & *d. l. 2. in lib. 2. contrau. iur. cap. 60. per totũ,* tu tamen vide *Bal. in l. 1. n. 7. & 8. C. ad senat. consul. velleia.* quæ opinio *Iacobi de Rauenna,* tanquam magis mulieribus fauorabilis locum sibi vendicat, signanter in Regno nostro *per prag. vnciam sub rub. de senat. cons. vel.* ex qua est absolutum, quod mulier non potest renunciare velleiano *Amend. ad Pres. de Franch. decis. 477. num. 6.* imò procedit, dato, quod mulier renunciando iurauerit, quia iuramentum in hoc non ligat, est prima ratio, nam eadem fragilitas, quæ concurrit in se obligando, militat etiam in iurando, vt latè differit sup.

147 per *ead. prag. vnich.* Reg. *Rou. circa primum Facch. d. cap. 60. & 61. per totum,* & faciunt optima dicta *Angeli in §. alia nu. 6. inst. de donat. Consiliar. Rocc. centu. 2. responso 53. num. 26. fol. 190. de Franc. dec. 237.* sublata *quæst. gl. in l. 1. ff. ad vellejan.* & aliorum dicentium virtute iuramenti non posse mulierem gaudere beneficio velleiani, vt per *Thes. diffusè decis. 223.* & tenuit *Greg. Lopez parte 5. tit. 11. leg. 3. ver. sabidora gl. in cap. ex rescripto 9. §. fin. ver. & vxorem de iure iurando,* sed quod plus est, si voluerit mulier iurata vti beneficio dicti senatuscõsulti non indiget absolutione à iura-

148 mento, secundum *Anton. Amat. var. resol. lib. 2. resol. fin. num. 21.* & *Nouarr. de dat. in solut. sectio. 3. q. 2. in fin.* alteram rationem assignat *Bal. in d. l. si prædium num. 5.* quod iuramentum non obligat, quando interuenit in actu, qui à lege prohibetur, vt est mu-

149 lieris alienatio rei dotalis *per tex. in eadem leg. si prædium,* quod est contra *tex. in cap. cum contingat 28. de iure iur. cap. 2. eod. tit. in 6.* ibiq; *gl.* & tenuit *gl. additionata inst. quib. alien. licet vel non, supra ver. inuita muliere,* & latissimè *Ias. ibid. num. 6.* vbi concordando cum *gl. prædicta num. 7.* tradunt cautelam pro muliere, ne possit alienare, vel alienando valeat contrauenire, quod tempore nuptiarum iuret de non alienando bona dotalia, nam si alienauerit, quia esset per iura, alienatio non tenet, vel intercessio eiusdem in fauorem alterius, à qua remanet exclusa per eundem senatusconsultum *Bal. in l. quidem paluit 290. ff. ad senatuscons. vell.* & est omnium *DD. communis sententia* optimè *de Alesio d. cap. 3. per totum,* dummodò tamen aliquid non sit versum in mulieris commodum, quia cum non sit prohibitum mulieri pro se ipsa contrahere *Reg. de Marinis to. 2. lib. 3. cap. 136. num. 7.* non potest vti præfato velleiani beneficio, vt in *auth. si qua mulier, C. ad velleian.* vbi *Bal. num. 1. leg. 1. §. ait prætor ff. de constit. pec. glos. in §. de constituta, ver. cum omnibus inst. de action.* §. *& illud auth. si qua mulier* in d. vbi habetur valere obligationem, si in mulieris vtilitatem appareat versam esse pecuniam *Tasso. de antefato ver. 4. obseru. 2. num. 9.* & quod idem confirmare videtur *Scacciu. Ben. in leg. de die 8. §. qui mulierem num. 12. ff. qui satisd. cog.* cum dicat, quod mulier, & minor sunt idonei fideiussores pro rebus eorum vide *D. consil. Rocc. centur. 1. respon. 40. num. 10. fol. 89. & responso 96. num. 17. fol. 320. Thes. vbi supra num. 15.* fertur tamen nouus casus ita nouissimè decisus, vt ex allegationibus in fine huius specalis insertis, vt si præcesserit dispensatio Principis, mulieris supplicationibus, vbi dicat, quod vult se obligare, renunciare beneficio velleiano, & iurare obligationẽ, non obstante pragmatica dictante cõtrarium, per verbum *liceat,* & deindè sequitur obligatio, illa tenet, dum qui facit legem, potest eam quoque destruere, quod ades fauorabile est mulieribus; vt si fuerit intentatum contra eas iudicium, compilatus processus, & ex tali inualida obligatione mulier condem-

damnata adhuc poterit se tueri, &
opponere exceptionem senatuscon-
151 sul. velleiani per eundem *Bal. nuper
citatum num. 8.* dummodò ante sen-
tentiam non proposuerit exceptio-
nem prædictam, & fuerit reiecta,
quia semel exclusa, amplius non ad-
mittitur, cum obstet exceptio rei iu-
dicatæ *Nevan. decis. 96.* ex his igitur
colligo, quod cum mulier non possit
renunciare beneficio velleiani etiam
per iuramentum, iuxta terminos su-
prapositos, per *Thesaur. ubi supra* da-
ri limitationem ad *tex. in l. pen. quæ in-
cipit, si quis in conscribendo 29. C. de
pact. & in cap. ad apostolicam 16. de re-
gul. & transeunt ad religionem* dispo-
nentes, non posse favoribus proprijs
renunciari, de quibus vide eundem
152 *Bal. in l. si mulier 32. §. item si mulier
ff. ad Velleianum*, ubi dicit, quod si mu-
lier renunciaret coram potestate,
apud acta, ob iudiciariam authorita-
tem valeret renunciatio.

Sed hic quæritur, quid si maritus,
vel uxor obligaverint rem dotalem,
& postmodum, quia dotalis est, evin-
catur, an ipsi de evictione teneantur
153 iuxta terminos *l. tenetur 6. §. si tibi
ff. de act. empti leg. 8. quæ incipit si ven-
ditor, ff. de evict. & leg. non dubitatur 6.
C. eod.* quorum iurium, duæ dantur
præcipue declarationes; nempè, aut
pactum est de evictione teneri; aut
non, si pactum est, & sciebat emptor,
rem esse inalienabilem, vel alteri
obligatam, & comparavit scientèr;
vigore pacti tenetur venditor de evi-
ctione, *tex.* est notabilis secundum *Bal.
in leg. si fundum 27. C. de evict.* & sic
debet intelligi *Gallupp. parte 2. sua
praxis cap. 15. num. 34.* quæ alias, nisi
expresse pactum esset de evictione
teneri, non veniret danda tanquam
tacitè insita de natura contractus;
secundum dispositionem *tex. in d. leg.
non dubitatur*, undè est unus casus
iste memoria dignus pro eo; quod
dixi in *meo Florilegio conclus. 8. sub n.*
34. nempè plus operari in contracti-
bus evictionem expressè promissam
partium consensu, quam tacitam
subintellectam legis dispositione; si
pactum non est de evictione vendi-
torem teneri, & emendo scientèr, quis
rem male affectam, non poterit uti
actione exempto adversus vendito-
rem vigore tacitæ evictionis; sic ali-
tèr subiungimus contrario casu,
quod si bona fide emptor emit, & vē-
ditor sciebat rem esse alteri obliga-
154 tam, & pactum est expressè de evi-
ctione non teneri, pacto non obstan-
te, si evincatur tenebitur venditor
ex eius dolo malo, *ut in d. leg. tenetur
§. fin.* ubi *gl. & Bar. ff. de act. empti.*

Non sic erit in obligatione uxo-
ris alienantis rem dotalem, nam sive
scientèr, sive ignorantèr hoc faciat,
& sive ipsa, sive maritus, pro ea rem
obligatam vendicare voluerit, non
obstabit ei *tex. exceptio in l. vendican-
155 tem 17. ff. de evict. gl. inst. quib. alien.
licèt vel non, ver. utrique num. 60. col. 1.*
est patens ratio, nam si hoc agere
prohiberetur uxor, & pro evictione
posset conveniri, ullum ex dispositio-
ne senatuscons. haberet privilegium,
quo non minus reip. quam mulieri-
bus iuvatur, cōtra cuius interdictū,
eum stipulatum sit, emptoris, semper
damnum erit, ut per *Tiraq. cum quā-
pluribus per eum adductis de retract. Li-
gnag. §. 12. gl. 1. num. 12.* & sic offende-
retur lex, dum favore publ. utilitatis
introductum est, quod mulieres non
possint se obligare *glos. inst. dicto tit.
quibus alien. licet vel non numer. 60.*
parum quidem interesset, si nullo de-
clarato contractu mulieris obligatæ,
ex altero evictionis capite tenere-
tur, secus autèm de viro dicendum
est, nam si ipse rem uxoris alienave-
rit re evicta, de evictione conveni-
tur, ut colligitur ex verbis *Bar. in leg.
cum vir 42. num. 1.* ubi dicit valere
venditionem in præiudicium viri, *ff.
de usucap.* sic expressè tenuit *Io. Fab.
instit. supracitata rubr. quibus alien. licèt
vel non, num. 7. Immola in d. l. cum vir.*
ubi

ubi de communi testatur *Propositus in cap. imperialem* §. *callidis de prohib. feud. alien. per* Feder. & Bal. *nouel. de do: te parte* 7. *priuil.* 1. *num.* 15. Ratio diuersitatis est, quia alienandi prohibitio fuit introducta in fauorem mulierum, & non uirorum, & propterea ipsis subuenitur, ut post contractam obligationem ad nihil teneantur, ac si non spopondissent, & hoc adeò uerum est, quod si uir fundum dotalem alienauerit, & postmodum succederet hæreditati uxoris defunctæ per *tex. in d. leg. vendicantem*, illum uendicare non poterit, ut ponderatè te-
156 net Bar. *in d. leg. cum vir nu.* 13. sed hæc in nostra Ciuitate Neap. uidētur cessare, cum res dotalis alienata per uxorem cum uiro, uel ipsius uiri pro dote obligata, non poterit amplius per mulierem pro sua dote, & iuribus uindicari, ut in *consuetudine, sed si mulier vna de contract. inter virum, & vxorem.*

Est tamen uerum, quod prædicta in multis casibus limitātur, de quibus *Anton. Solae ad consuet. subaud. rub. de alienat. bonor. minor. &c. gl.* 4. *num.* 22. *fol.* 583.

Primò famis necessitate, impium enim esset, si lex prohibendo mulieris obligationem, illam perire per-
157 mitteret, ita *Io. Fab. ubi supra num.* 3. *D. Reg. Donat. Ant. de Marinis quot. resol. to.* 1. *resol.* 275. *in fine*, *Vrs. ad Affl. decis.* 10. *num.* 12.

Secundò fauore dotis, potest enim mulier pro alteri dote constituenda se obligare, & intercedere *leg si do-*
158 *tare* 12. *& leg. fin. C. ad Velleian. Ric. coll. decisionum* 3365. *D. Consil. Rocc. cent.* 1. *respons.* 68. *num.* 35. *& seq. fol.* 203. addentes ad *Thes. vbi sup. Borr. summa dec. to.* 3. *tit.* 4. *num.* 18. *fol.* 105. ut diximus etiam de filio familias *supra cap.* 1. *supra num.* 54. & sic idem erit pro antefato, dum non impar dotis retinet priuilegium *Theod. allegat.* 13. *num.* 1. *&* 2. *Baldax. de Angelis ad decis. Gizzar.* 4. *num.* 13. *& seq.* ac *Pras. Merl. infra cit. cap.* 56. *per tot.* quod procedit etiam si nudo pacto intercesserit Bal. *in l. fin. C. ad senatusconsult. velleian.* ad quod uideas ante omnes *Vincent. de Franch. decis.* 182. *ex professo*, sic etiam inspicimus casum pariter priuilegiatum de prohibita rerum alienatione per testantem statuta in perpetuum fideicommissum, quæ tamen
159 pro dote dari possunt, §. *quamobrē auth. de restitutionibus, auth. res, quæ, C. commun. de leg. leg. qui liberos* 19. *ff. de ritu nupt. Menoch. de arbitr. iud. casu* 181. *num.* 68. *&* 69. & *Petra ad Capyc. decis.* 65. latissimè dixi in *Florilegio concl.* 16. nec hoc est admirationis, nam si ibi lex mandat dotem non posse alienari, & ideò bona dotalia regulariter sunt alienabilia, *vt in l.* 1. §. *& cum lex, C. de reiux. actio.* & in §. 1. *& seq. inst. quib. alie. licet, vel non*, & non solum per maritum, uerum etiam, & uxore consentiente §. *est, & aliud genus lit. R. inst de donat. &* §. *cū enim eod. tit. quib. alien. licet vel non*, ubi uideas *gl. et Angel.* in quibus casibus alienatio sit permissa latissimè; imò nec etiam pignorare, secundū *Ias. in d. rub. quib. al. licet, uel non num.* 1. inter quos casus *idem* Ang. adducit illum necessitatis iuxta *tex. in leg.* 1. *ff. de fundo dotali*, qui est pulcherrimus: testator hic præcipit suum patrimonium saluum seruari, quod idē est, dum, & ipse in rebus suis legem
160 condendi potestatem habet, §. *disponas auth. de nupt.* cum rerum suarum quisque sit moderator, & arbi-
161 trer *l. in re mandata* 21. C. *mandati Grillan. de sortileg uer. Septimo quaro, num.* 21.

Tertiò fauore piæ causæ, ut extendit *Tiraq. de Priuil. piæ causa priu.* 113. *Aret. inst. de except.* §. *item si num.* 31. *Io. Franc. de Ponte de pot. proreg. tit.* 10. *num.* 30. *de Angel. ad Gizzar. ubi supra num.* 2. & *Prat. to.* 2. *discep. for. cap.* 46. *num.* 17. *de Franch. decis.* 237. *num.* 2. *et* 178. *num.* 8.

Quarto fauore libertatis, puta pro

excarcerando viro *Pasch. de patria pot. parte 6. cap. 3. à num. 13. vsque ad 17. de Franch. d. decis. 237. & 2 9. nu. 6:* in quo præter mulieris commodũ in eum habendo, concurrit etiam opus misericordiæ; & naturalis ratio, dum coniux particeps esse debet, nõ dum commodi, sed etiam viri calamitatum, & mel cum felle degustare *Surd. consilio* 420. *vol. 3.* ante *Bal. in l. vbi adhuc, num. 20. C. de iure dot.* ac *Ludou. decis. luc. 22. num. 6.* & propterea permittit lex ipsam in hoc casu in ercedere posse absque velleiani iuvamine *Thesau. decis. 123. num. 6 de Angel. vbi supra num. 4. Grat. d. c. 108. à num. 2. ad 34. Capyc. Latro decis. 148. lib. 2.* & sic decisum refert *Sanfel. dec. 133. nu. 5.* quod si facere poterat pro seruo à seruitute illum redimendo, per *tex. in l. pen.* vbi *Bal. C. ad velleian.* à fortiori pro marito hoc permittẽdum est à vinculis eum liberando *de Franch. dec. 237. in fine*, maior enim libertatis priuatio est carceratorum, quam seruorum, quid non miseri pa-
162 tiãtur, quam inopiã, miseriam, infelicitatem, & angustiam non sentiant? adumbrantur tenebris, & celi lumine rarò fruuntur, subijciunt infamis custodibus, qui sunt de illorum ge-
163 mine, de quibus dixit *Sanctus martyr Ignatius in sua Epistola*, vt in fine huius operis, *Et his cum benefeceris peiores fiunt*, ad quorum libitum habent viuere necesse, si aliquid possident excoriantur, si pauperes non audiuntur præcando, nec inspiciuntur orando; Iure igitur pro excarceratione viri non semel, sed millies sit obligata mulier, ipsius namque libertas pretio non comparatur, ipse quidem est domus sustentaculum, vxoris propugnaculum, & totius familiæ gaudium, plena satietas, abundantia, & pax, & vbi non est vir, inspicitur desolatum ædificium, & extinctum focularium, vt per *Bal. in l. si aduersarius num. 1. C. ad velleia. de Ponte vbi supra num. 29.* vndè secundum me maritus debet dici à mare .i. oceano, & sic à plenitudine consolationum, & non à mare idest masculo, vt dixit *Neap.*
164 *ad consuet. haredesque mariti de iure dot. num. 74. fol. 244.* & vide *Tiraq. de leg. connub. lege 16. gl. 8. num. 285.* vbi idem posse procedere tenet in filio
165 pro libertate patris, latè *Presid. de Franch. d. decis. 279. & 578. Reg. Rou.* qui alios refert *ad prag. vnicam de senatusc. consl. velleia. num. 7.* ex abundãti *Pres. Merlin. to. 1. controu. for. cap. 56. & Reg. de Mar. resol. 275. vol. 1. consil. Rou. cent. 1. resp. 40. nu. 1. & 2. fol. 89.* quod vendicat sibi locum, non dum pro liberando viro à præsenti carceratione, sed etiam à futura vexatione, nempè ab eximendo eum ab obligatione, si forsan ex aliquo instrumento liquido tenebatur, per quod poterat carcerari, prout post *Pasch. vbi supra d. num. 17.* decisum
166 refert *Carolus Antonius Moc. in sua sylua capit. 44. in fine, Regens Capyc. Latro dicta decision. 148. numer. 3.* sicut etiam ante de uidua intercedente pro filio, ne carcerarentur, dum erant aduersus eum expeditæ literæ executoriales docuit *Sanfelic. d. dec. 133.* & tandem nota, quod licet regulariter, vt dictum est prohibitum sit mulieri intercedere etiam pro viro, excepto casu liberationis, licèt contrarium dicat *Gregor. Lopez d. p. 5. tit. 12. leg. 3. ver. renunciando fol. 73.* quod fideiubendo etiam, pro marito non iuuatur velleiano, nihilominus potest renunciare hypothecæ, quam forsan habet in aliqua re, dum sub velleiano, ista renunciatio non
167 comprehenditur, vt per *Frecc. de subfeud. lib. 2. ver. pluribus autem num. 25. f. 27. in vltima impressione de Frãc. decis. 84.* & nos habemus *consuet. sed si mulier de contract. inter virum, & uxor.* per quam habetur, quod si mulier simul cũ viro in instruméto aliquid vendiderit, perdit in illa re hypothecam, sed ista renunciatio nil proderit, dum quando vir non est sol-

uen-

uendo super alijs bonis, semper poterit aduersus tam venire, prout expresse tenet *Præs. de Franch. dec.* 477. *à num.* 9. *usque ad* 16. vbi optimè addentes, argumento *tex. in auth. hoc ita C. de duobus reis*, ex qua habetur, quod quamuis prius absque renunciatione correi non potuissent conueniri nisi quilibet, quod parte sua, nihilominus non habebat locum, quando alij non fuissent soluendo; vt latè scripsi institutionibus, quas modò habeo ad pennam in *lib.* 3. *ad rubr. de duobus reis*.

Et quãuis *Bar. Capell.* & *Bernar de*
168 *Bronzono*, relati per *Pratum tom.* 2. *discep. for. cap.* 33. *num.* 11. sint in contraria sententia, quod non possit se mulier obligare pro excarcerando viro, & quod præfata procederent, quando mulier soluerit pro viro, non autem si intercesserit, nihilominus salua eorum pace parum efficax est ipsorum interpetratio, dum soluere, & donare non est interdictum mulieri pro quocunque, vt latè dicemus infra *cap.* 4. *circa num.* 7. vbi etiam *Prati*, authoritate vtimur, quod si idē esset in viro carcerato non daretur casus priuilegiatus ad intercedendū pro eo, si soluere debuisset, cum sit commune pro omnibus, vndè à vera sentia non est recedendum, quod mulier possit pro viro carcerato, vel carcerando se obligare *Maresc. var. resol. lib.* 2. *cap.* 5. *in fine*.

Quintò pro administratione tutelę, pro qua velleiano nō iuuatur si exercendo tutelam filiorum remansit debitrix *Cassan. ad consuet. Burg. rubr.* 3. §. 13. *num.* 12. *fol.* 178. *ater.* In quibus autem alijs casibus absque velleiani suffragio possit mulier se obligare docet *gl. in l.* 1. *ff. ad velleia. et in leg. fin. C. eod. Butric. in cap. si diligenti col.* 6. *de foro comput. Aret. ubi supra eod. n.* 31. 32. *et seq. Reg. Sanfel. decis.* 134. & *Ricc. coll.* 3613. & nota, quod in quibus mulier potest se obligare, potest etiam, & à fortiori res dotales alienare, vt ex *Angel. in rub. inst.* vbi refert casus pro alienatione permissos *quib. alien. licet vel non*, dicit etiā *Mar. sua pract. crim.* 84. §. *secunda quæstio n.* 4. quod si in obligatione interueniret iuramentum teneretur mulier absque aliquo beneficio, & multos allegat DD. prout etiam dixit *Angel. inst. in* §. *hunc admonendi num.* 3. *quib. alienit. licet, vel non*, quod, & si alienare interdicatur minor, tamen si cū iuramento alienatio fit facta, tenet, tū hoc nō placet, qnia omnes stipulationes hodie iuratæ sunt, potest tamen saluari opinio ista, ut procedat non petita iuramenti absolutione, dùm ex eo omnes obligantur, vt in *auth. sacr. puberum, C. si aduers. uend.* secus tamen si postquam petita fuit, cum hoc iure permittitur ad finem agendi secundum *Couar. var. resol. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. quia absoluta, non est amplius obligata, vel enormitèr esset læsa, ita quod nil ei remaneret, secundum *Maresc. vbi supra*.

At licet prænarrata vera sint, & mulier in dictis casibus velleiano non iuuetur, nihilominus ad cautius
169 agendum vtere consilio *Præs. de Franch. decis.* 182. *num.* 19. *Pasch. de patria pot. parte* 2. *cap.* 6. *n.* 34. & *Staib. to.* 2. *resol.* 179. *num.* 40. *et* 41. *fol.* 340. dicentium procurandum esse regiū assensum, prout hodie indifferentèr seruatur, dum cum mulieribus vllo modo contrahitur, sine regia dispensatione, quod etiam illiterati intelligunt, vt cauti sint negotiando, & dixit *Giurba ad consuetudin. messana cap.* 14. *gl.* 4. *num.* 30.

Sextum priuilegium est contra
170 *Vulp. decretum lib.* 61. ad edictum. notatum in *l. pro hærede* 20. *ff. de acq. vel omi. hæred.* quod vult eum pro hęrede gerere, quod aliquid quasi hæres gerit, vnde si quis ministrando in hæreditate se imiscuit tamquam hæres, oneribus obligatus est, vt in *d. l.* habetur; etenim si à marito instituta hæres, in viridomo remansit post eius

obitum, vtendo bonis, & colendo agros, non præsumitur id facere sicut hæres, sed tamquam vxor pro iuribus dotalibus ex capite retentionis, vsque dum satisfiat sibi de dote, & eius lucris, vt dictum est supra *num. 108. & seq.* sic in terminis docet *Rober. Mar. in l. non potest num. 58. ff. de acqu. hered.* & post alios relatos di-
171 cit *Gizzar. decis. 44. num. 12.* hanc esse in præsenti articulo ad fauorem mulierum veriorem sententiam, quæ legibus consona est, nam cum hæreditas sit, quid facti, vt colligitur ex *d. l. pro herede* in principio, facta non
172 præsumuntur, nisi probentur *leg. in bello 12. § facta ff. de capt. & postlim. reuer.* & ideo cum ex alio capite possit mulier, (& si hæres instituta sit)
173 retinere bona viri, hæredis onus ab eius humeris tollendum est per ius retentionis, quod est validissima coniectura ad tollendam aditionis præsumptionem, secundum *Mar. vbi supra*, & probant verba *dicta leg. pro herede*, ibi *Ceterum si quid pietatis, si quid custodiæ causa fecit, si quid non quasi hæres egit, sed quasi alio iure domi nus apparet, non videri pro herede gessisse*, quod tu nota, quia dignum est memoria, prout adnotauit *Gail. de Tut. par. 2. ver. vtiliter agat. num. 52.*

Allegationes Domini Donati Antonij de Marinis, tunc Aduocati vigilantissimi, nunc Regentis meritissimi.

SVMMARIVM.

1 *MVlier renunciando velleiano cum iuramento, quando pro alijs intercedit, remanet efficaciter obligata.*

..Potest huic beneficio renunciare, dato, quod non sit de eo certionata.

2 *Mulier in Regno licet non possit renunciare velleiano, & nulla sit renunciatio, & si certioratio, & iuramentũ accesserit, limitatur quando in hoc à Principe dispensatur.*

3 *Dispensatio, quæ fit obligationibus mulierum, facta ab vno regente. In illis verbis, liceat, quia vidua, vel liceat maritata, dummodò non remaneat indotata, an valeat? & num. seq.*

4 *Mulier intercedendo, si enormiter lædatur etiam, quod renunciet, & iuret, non tenet obligatio, sed de qua muliere intelligatur.*

..Prag. vnica de Senat. consulto vell. intellectus.

..Verba dispensationis in obligationibus viduarum, LICEAT QVIA VIDVA, quomodo intelligantur.

IESVS. MARIA. IANVARIVS.



Eminatam obligationem côtractam per olim Principissam Verranæ Iuliam Farnesiam ad fauorem q. Ioannis Antonij Cortesij, alteram coram Notario, & testibus fol. 39. alteram verò penes acta Magnæ Curiæ; Instat hodie eius curator iacentis hæreditatis, nullam, inualidamque per S.C. declarari, ex eo, quod Principissa, lege resistente, contraxerat, nimirum alienam suscipiendo obligationem, sicque contendit esse locum in præsentiarum exceptioni amplissimi ordinis.

At ego, qui hæredum Ioannis Antonij iura tuor, onus assumo demonstrare, & facili quidem modo, quantum prætensio hæc sit futilis, vana, ac omni prorsus iuris fundamento destituta: Etenim concordamus in facto, Principissam non propriam, sed alie-

alienam, & sic Principis filij, tunc pupilli obligationem susceptisse, de cuius validitate, cū dubitari potuisset, quando demum voluisset illa, siue hæredes eius, ad Senatusconsulti beneficium recurrere, vt efficaciter esset obligata, curarunt contrahentes, vt huic legis auxilio certiorata Principissa, cum iuramento renunciaret. Quodque renunciatione hac concurrente, remanserit Principissa omni iure obligata, scripserunt.

Glosa in l. fin. §. finali, in verbo non vsuram ff. ad Senat. Cons. Velleianum, & in *l. fin. in verbo cessante, C. eodem*.

Bart. in d. l. finali, §. fin. in fine, vers. his tamen non obstantibus, vbi *Alex. in additione, ff. ad Senat. Consult. Vell.*

Fulgos. ibidem num. 3, vers. Glosar.

Albericus ibidem, vbi ait, totum Mūdum ita seruare, quod scilicet possit mulier huic beneficio renunciare.

Castrensis ibidem num. 8.

Azzo in summa, C. ad Sen. Cons. Vel.

Alex. in leg. sciendum, ff. de verb. oblig.

Iason in l. in repudianda, ff. de acquirend. hæred.

Zasius singul. respons. lib. 2. cap. 18.

Glos. in leg. ex rescripto, per illum tex. *in verbo, & vxorem, extra de iure iurando.*

Bald. ibidem num. 4.

Hostiens. in summa de fideiussorib. §. mulier.

Felinus in c. si diligenti, de foro compet.

Gregor. Lopez in l. 3. in verbo renūciando, tit. 12. par. 5. & in l. 4. in verbo en alas muzeres, tit. 7. par. 6.

Couarruuias in cap. quamuis pactum in 2. par. relectionis, §. 3. num. 5. de pactis in 6.

Thesaur. decis. 222.

Gayllus pract. obseru. lib. 2. obser. 77.

Buniacius lib. 20. obseruat. cap. 34.

Facchineus controu. iuris lib. 1. c. 60.

D. Præses de Franchis decis. 478. in fine.

Scaccia de sent. & reiudicata glos. 7. quæst. 3. limit. 4. num. 207.

Annibal. Troisius in pragm. 1. num. 7. de Sen. Cons. Velleian. vbi ait, ita semper in hoc Regno vbique seruatum, vsque ad tempus promulgationis huius pragmaticæ sanctionis de *Senat. Cons. Velleian.*

Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. 10. de diuers. prouisionib. num. 33. fol. mihi 339.

Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 669. num. 23.

Cardin. Tuscus practic. conclus. lit. M. *concl. 421. num. 21.*

Gutierrez de iuramento confirmatorio par. 1. cap. 20. num. 2.

Matthias Berlichius conclus. iuris, in tit. de Senat. Consult. Velleian. num. 24. & alij.

Imò plus voluerūt Doctores mox citandi, vt nec certioratio de hoc beneficio necessaria sit, vbi mulier cum iuramento fideiussionem complere promiserit, ita sanè scripserūt.

Romanus in l. sciendum, num. 30. ver. vltimo pro hac opinione, ff. de verb. obl.

Crotus ibid. num. 10.

Alex. num. 30.

Aufrerius omninò uidendus ad *Capellam Tholosanam dec. 37.*

Antonius de Padilla in l. ne passim, num. 12. C. de iur. & fact. ignorantia.

Boerius cons. 30. num. 12.

Ludouic. Bologninus in additionib. ad Ioannem de Anania cons. 100.

Gayllus practicar. obseru. lib. 2. obseruat. 77. num. 10.

Seraphinus de priuileg. iuram. priuil. 63. num. 3.

Mancinus in tract. de iuramento par. 4. effectu 1. q. 13. num. 21. versic. contraria autem opinio.

Surdus consil. 367. num. 12. lib. 3.

Thesaur. cit. decis. 222. à nu. 11. vbi, relatis DD. opinionibus pro vtraque parte, *in fine* per illum Senatum decisum refert, obligari mulierem iurantem, etiam si non renunciauit, nec etiam certiorata sit.

Molina tom. 2. de iust. & iure disput. 540.

540. *num.* 13. vbi notabilitèr ait, vt mulier à beneficio Senatus Consulti Velleiani excludatur, sat esse, quod cum iuramento promiserit, fideiussionem complere, quamuis beneficium illud ignorauerit, dummodò si illud sciuisset, adhuc iuramento se adstrinxisset, vt regularitèr euenit.

Caldas de empt. & vendit. in verbo emptionis, & vendit. cap 30. num. 10.

Grassis de except. in 27. except. à nu. 39.

Mastrill. decis. 51. num. 3. & 4. vbi dicit, quod licèt regularitèr mulieri ignoranti vires beneficij S.C. Velleiani, renunciatio nō noceat, attamē, si in ipsa renunciatione iuramentum interuenit, renūciatio valet, & tenet, quia ex iuramenti prærogatiua, necessaria præsumitur certioratio, sicq; per illum Siculum Consistorium decisum testatur.

Ant. Gomez. var. resol. to. 2. cap. 13. num. 17. sub illis verbis. *Secundò principalitèr prohibetur, præterquam si mulier fideiubens pro alio iurauerit, quia tunc non iuuatur Velleiano, nec adhuc tali casu requiritur certioratio.*

Nec dices, renunciationem hanc amplissimi ordinis, quamuis iuramento roborara m, lege nostra municipali attenta, nullius esse roboris,
2 & momenti, (vetat enim *pragm. sanctio, sub tit. de Senat. Consult. Velleian.* vt mulier huic beneficio renunciare possit,) nam respondetur, quod cum prohibitio hæc sit iuris municipalis, curarunt paritèr contrahentes, vt huic iuri prohibitiuo solueretur, sicque Principissa à Regis vices gerente obtinuit, vt potuisset se pro filio obligare, & Velleiano renunciare, pragmatica sanctione non obstante, Concurrente igitur hac dispensatione, non est, cur dubitari possit fieri locum conclusioni supra firmatæ, vt mulier renunciando cum iuramento Senatus Consulti beneficio, validè obligetur; illud autem, de quo hac in re apud nos dubitatum extitit, vel fuit, an dispensatio hæc sat sit, si producatur cum subscriptione vnius dumtaxat ex Dominis Regiam Cancellariam Regentibus; putauit enim *D. Regens de Ponte* in supracitato *tract. de potest Proregis tit. 10. de decretis collat. cons. super oblig. seu alienat. rerum dotalium*, aduersus *D. Præsidem de Franchis decis. 623.* insurgens dispensationem, quæ à muliere obtinetur, siuè nupta sit, siuè vidua, siuè in capillo, nullius roboris esse, si ab vno ex Dominis Regiam Cancellariam Regentibus, tantum subscripta afferretur; sed requiri omninò, vt ab omnibus ea subscribatur, & cum causæ cognitione.

At quod pro valida sit habenda dispensatio, quamuis appareat cum subscriptione vnius ex Dominis Regentibus contra opinionem *D. Reg. de Ponte* crebrius in S. C. tentū fuis-
3 se, non dubitamus, vt constat ex tot, tantisque decisionibus per me relatis *lib. 1. resolut. quotid. c. 276.* sic enim retuli, Sacrum Consilium, vnà cum Dominis Senatoribus trium aularum determinasse in causa Principis Melphiæ, cum Marchione Mariliani, referente Domino Marcello Marciano Regio Consiliario dignissimo, penès Figliola Sac. Consil. Actorum magistrum.

Secundò, Idem iudicatum ad relationem M. C. in causa filiorum Ferdinandi de Puteo, cum Alexandro Guadagno, penès Sclauum pro Bruno eiusdem M. C. Actorum magistrum.

Tertiò. Idem decretum ad fauorē Sacri Hospitalis Sanctissimæ Annunriatæ huius Ciuitatis vti hæredis quond. Marchionis Corati, cum hæredibus quond. D. Ioannæ de Capua. idque de mense Maij 1631. referente præstantissimo Domino Consiliario Petro Antonio Carauita, penès Ciosfum Sacri Regij Consilij Actorum magistrum,

Quar-

Quartò & tandem, sic decisum retuli sub die octaua Iulij eiusdem anni 1631. pro admodum Reuerendo Alexandro Saluio, contra Baronem Franciscum de Amato, referente Domino Consiliario Sapio, penès Strinam actorum magistrum, quocirca meritò dixi citato *cap.* 276. dubitari amplius de tot geminatis tanti Senatus decisionibus, dubitantem grauissima intellectus infirmitate elaborarare, idemque scripsi *capit.* 236. *lib.* 2. vbi sic paritèr attestatus sum fuisse per S. C. decisum pro Medico Paulo AEmelio Ferrillo, contra hæredes D. Beatricis de Aquino, ita vt fas sit modò dicere in uctam esse iam consuetudinem sic iudicandi.

Sed in hoc pro eo, quod ad casum nostrum pertinet non insisto, cum dispensatio à domina Principissa obtenta, subscripta appareat ab Excellentissimo tunc D. Prorege, & ab omnibus Dominis Regiam Cancellariam Regentibus, sicq; cessat prorsus omnis contentio, & amaritudo.

Necque obstat decisio, quæ processit in causa viduæ Antoniæ Gallo, quæ non obstante Regia dispensatione, cum subscriptione tamen vnius ex Dominis Regentibus, dictante, *liceat, quia vidua*, obtinuit in Sacro Consilio non esse molestandam à Io. Leonardo Battimello, ad eius beneficium, pro filio excarcerando se obligauerat, etenim decisio hæc sũma cum ratione prodijt in gradu reclamationis (nam in prima instantia contra mulierem ipsam iudicatum extiterat, sic attestante Domino Regente *Sanfelicio decis.* 133.) compertũ enim fuit, nullibi in instrumento, in quo pro filio se obligauerat mulier ista, velleiani beneficio fuisse renunciatum ergo nulluius roboris obligatio.

Hæc omnia supra iam dicta, sic communitèr à maioribus nostris Regni huius peritis, sine controuersia recepta, restrictionem aliquam non recipiunt, dum supponitur ex aduerso, ex obligationibus per Principissam contractis fuisse illam enormissimè læsam, ex eo, quod si coacta esset omnes dimittere filij creditores, ad quorum beneficium se obligauerat, indotata remansisset, quo casu velleiani renunciationem, quamuis
4 cum iuramento nullius ponderis cõsiderari, creditur indubitantèr ex

Thesauro decis. 223. *à num* 9. *ad* 13.

Surd. decis. 86. *in fine.*

Gratian. disput. forens. cap. 108. *à nu.* 8. *ad* 13.

Rota decis. 74. *inter collect. crim. Farinac.*

Paschal. de viribus patr. potest. par. 3. *cap.* 5. *num.* 17.

Tap. in cit. prag. 1. *in verbo præstitum iuramentum de Senat. Consult. Velleian.*

Marescott. var. resolut. lib. 2. *cap.* 5. *num.* 21.

Angel. ad Giz*zar. decis.* 4. *num.* 9.

Didaco de Mari ibidem nu. 44. & ex

Cauall. commun. contracommunes q. 727. *num.* 3.

Etenim huic vanæ oppositioni respondetur, dicta per Doctores modo citatos ad casum nostrum nullo modo applicari (vltra, quod aduersus eos insurrexerunt nonnulli relati à *Bardello conf.* 113. *nu.* 29. *lib.* 2. de quo meminit *Anton. de Amat. resol.* 100. *n.* 10.) omnes enim nemine excepto, loquuti sunt in muliere coniugata, quæ pro viro se obligauit; hæc enim multo strictius, & arctius pro marito se obligare prohibetur, idque (nota) propter suspicionem, quod blanditijs, seu minis ad se obligandum inducatur, vndè nulla opposita velleiani exceptione, eius obligationem ipso iure censeri, & esse nullam, cautũ est in *auth. si qua mulier, C. ad Senatum Consult. Velleian.* in cuius terminis *Doctores* prædicti ab aduersario allegati ratiocinantur, id, quod perperã considerari potest in obligatione, quę fit à muliere vidua; & quod hoc sit verum ponderetur, quæso verba nostræ

puber. C.si aduersus vendit. vbi *Corn. num.3. et Alciat. in d.cap. cum contigat num.29.* & ibi *Abb num.5. Imol.num.36.* cùm nequis periurus sit satis esse constat eum, cuius fauorem principalitèr lex respexerit eidem tacitè vel expressè renunciasse ergo, cum iuramento Principissa renunciationem illam generalem confirmasset *Senatus Consulti*, beneficium omnìnò pro renunciato habendum erit.

Verum cum iuramentum apud mulierem habeat vim certæ scientiæ huius beneficij, vt scripserunt *Bart. in l. si quis num. 11.ff.de fideiuss. et in auth.sacramenta puberum*, vbi etiam *Angel. et Paul. Abb. Imol.* & *Felin. in c. ex rescripto extra de iure iurando.* qui etiam *in cap. si diligenti de foro competenti Alex et Ias. in l. repudianda, ff. de acquirēda hæreditate* meritò beneficio *Senatus Consulti* mulier certiorari non oportere tenent *Roman. et Alex. in l sciendum, ff. de verborū obligationibus Ant. Burgens. in cap. penult. nu.36. de emptione, & venditione Alex. cons.27. lib.1. col.3. Curt. Iun. cons.47. col. vlt.* & innumeri relati ex *Tiraqu. vbi supra num.136. et in ll connub. gl. 5. num.148.*

Sed reuera nec ipsam generalem renunciationem oportere habemus *ex cap. ex rescripto, §. ideoque, extra de iure iurando*, illis verbis, (*et vxorem ipsius monere curetis, vt sicut iurarunt eandem conuentionem faciant adimpleri,*)& ibi *gl. ver. vxorem in fin.* fundat *Alex. cons. 146. lib.7. per totum*, & ita semper seruari in senatu Pedemontano fatetur *Thesaur. dec.222. num. 11. addicens innumeros DD.*

Et quamuis *Couar. in cap. quamuis pactum in 2. p. relec. §.3. num.5. de pact. in 6.* in contrariam inclinet sententiam licet allegatatam conclusionē communissimam fateatur, attamen respondendo *d. cap. ex rescripto dixit in textu ibi* mulierem, vel expressè S.C. beneficium renunciasse, vel de ipsius auxilio certam fuisse.

Habemus igitur certam *Senatus Consulti* scientiam propter iuramentum supplere S.C.V. beneficij renūciationem, quod expressè voluit *Guttierez. de iuram. cap.20. nu.2.* quam opinionem sequuntur *Gomez. de restitut. minorum num.26. ver. quinto infertur. Gregor. Lopez. ex Alex. in l.3. tit.12. p.5. gl. sabidora in 1. limitat.* & conclusionem communem appellat *Ant. Padill. in l. fin. num.12. C. de iuris, et facti ignorantia Menche de success. creat. §.28. num.6.* & hunc esse communem intellectum illius *text.* affirmat *Marc. Ant. de iuramenti viribus num.31. vol.5. in tractatibus diuersorum DD. fol.20. in fine.*

Et hæc forsan est certioratio, quā voluit *gl. in l. fin. §. fin ff ad Vell. vt per mulierem Senatus Consulti beneficium renunciatum habeatur.*

Certiorationem autem siuè certam *Senatus Consulti* scientiam, Principissam habuisse ex pluribus demonstratur.

Cum in regijs dispensationibus pluries de *Senatus consulti* beneficio renunciatione mentionem faciat.

Quod etiam habetur ex eo, quod in cōtractu Illustris Marchionis Rotundorum expressè de beneficio certiorata illud ipsum renūciauit, quod satis esse apertè dixit *Bort. in l. fin. in antiqua lectura nu.5. in fin. C. ad vell.* illis verbis (*Puto posse renunciare indistinctè per clausulam generalem leg si quis in conscribendo, C. de pactis, sed gl. in l. fin. §. penul. ff. ad vell. dicit oportere certiorationem, tu dic sufficere si in*
6 *alio contractu fuerit certiorata arg. tex. in l. item veniunt, §. à quo, ff. de petitione hæreditatis, et in l. si quis stipulatur in fin de vsuris*) Quod etiam probari posset eo, quod certioratus non est amplius certiorandus per *tex. in l.1. §. fin. de dote prælegata.*

Ex quibus omninò habes validitatem Principissæ obligationum, siuè intercessionum cæterum, vbi expressè S.C.V. beneficio renunciauit

non erit amplius curandum an fuiſ-
ſet certiorata, præcipuè propter iu-
ramentum, quo obligationes Princi-
piſſa confirmauit ſecundum commu-
niſſimam DD. ſententiam, qui ita in
practica ſeruari teſtimonium præ-
bent latè fundat *Tiraq. in d. leg. ſi un-
quam in princ. num. 136. Couar. in cap.
quamuis pactum in 2. p. relect. §. 3. num.
5. Gomet. To. 2. tit. 13. num. 17. Guttie-
rez. d. c. 20. num. 2. Seraphin. de priuil.
iuramenti priu. l. 63. num. 3. Hodierna
ad Surd. dec. 86. num. 6. Tapp. in prag. 1.
ad velleianum verſ. propter vulgarem
renunciationem.*

Nam licet ex aduerſo allegatis
habeantur varij DD. qui in contra-
rium abierunt ſententiam, ferè ta-
men omnes. locuti fuere in mulie-
rum renunciationibus, quæ non fue-
runt iuramento confirmatæ, vt opti-
mè diſtingunt *Theſaur. d. deciſ. 222.
num. 10. & 11. & Gayll. ab aduerſario
tanquam Achilles adducti cap. 77. num.
10. lib. 2. pract. obſeruat. & Guttierez
d. cap. 20. per totum, & omnes ſcribentes.*

Quod ſi notarius de certioratio-
ne fidem faciat, ipſi omninò creden-
7 dum erit, vt habes ex *Theſaur. dict.
deciſ. 222. num. 7. & Alciat. de præſum-
ption. reg. 3. præſumpt. 13. Lopez. in leg.
3. par. 3. tit. 12. gloſ. Sabidora in 2. limit.*
nec opus erit certiorationis formam
in contractu deſcribi, nec tenorem
eius, quod *Senatus conſulti* beneficiũ
continet ſecundum communiſſimam
DD. ſententiam relatam ex *Guttie-
rez d. cap. 20. num. 4. in fin. qui num. 3.
in fin.* ita continuò practicatum vi-
diſſe teſtatur.

Hinc quam vana, & aerea ſit Prin-
cipiſſæ propoſita exceptio iam vide-
tur ſapientiſſimi Senatores, vnde pro
validitate obligationum pronuuciã-
dum omninò ſpero:

Hæc omnia, quæ ita proculdubio
procedunt obtinẽt ſibi locum etiam
in Regno cum regias diſpenſationes
ad 1. *pragm. de vell.* partes obtinue-
rint, vt optimè ſuper dictis obliga-
tionibus fuerunt impetratæ per ver-
ba liceat, quia vidua.

De validitate verò diſpenſatio-
num, quidquid ex aduerſo allegetur,
non erit amplius dubitandum cum
ſententia *Dom. Reg. de Ponte conſ. 40.
8 vol. 2. & de poteſtae. proregis in rubr. de
decret. Collat. Conſ ſuper obligat. rerum
dotal. num. 4. et 5.* contra opinionem
Dom. Præſ. de Franch. deciſ. 623. iam
abierit in deſuetudinem, & diſpen-
ſationes, ſiuè ab vno, ſiuè ab omni-
bus ſpectabilibus Regiam Cancel-
lariam Regentibus fuerint ſubſcrip-
tæ, cum nomine S.E. fuerit diſpenſa-
tum, ritè proceſſerunt, vt ex ſtylo in-
troducto iudicandi liquidò habemus
apud *Marin. reſol. quot. lib. 1. cap. 276.
et lib. 2. cap. 236. & Sanfelic. deciſ. 133.
to. 1. et deciſ. iunctis Dom. Conſiliarijs
trium aularum affert Hodier. ad Surd.
deciſ. 86. num. 29.* & ſecundum hanc
opinionam in dies iudicari videmus.

Nec ommitto in caſu noſtro di-
ſpenſationes ferè omnes ab omnibus
ſpectabilibus Regentibus, ac etiam
ab ipſo Excellẽtiſſimo Domino Pro-
rege fuiſſe ſubſcriptas præterquam-
quod in contractu Anelli de Marti-
no, nullatenus diſpenſatione indige-
batur, ſed illa fuit ex abundantia ob-
tenta cum Principiſſa à prælato A-
nello mutuo accepiſſet pecuniam ad
finem ſatisfaciendi dotes Ill. Duciſſæ
Barreæ, & fauore dotium etiam pro
extranea valide mulier obligatur,
9 nec beneficio *Senatus conſulti* iuuatur
per *tex. in l. ſi dotare 12. et leg fin. C. ad
vell. DD.* communitèr penes *Theodor.
allegat. 13. nu. 1. et ſeq. Molph. p. 7. q. 3.
num. 18. Scagl. in d. prag. ad vell. num.
34. Barboſ. in 4. p. l. 1. num. 17. ff ſoluto
matrim. Borrell. to. 3. tit. de priuil. dotal.
num. 15. et 255. Franch. deciſ. 282. Ca-
mill. de Medic. conſ. 13. num. 46. Theſ.
q. forenſ. lib. 4. q. 8. Natt. conſ. 51. num.
15. vol. 1.*

Quod etiam probari poſſet ex eo,
quod mulier pro cauſa pia validè
10 obligatur per *tex. in l. penultim. in fin.
C. ad*

C.ad vell. Franch.decis.237. Lopez in l.3.p.5.tit.12.communiter DD. at cũ validè argumentetur de dote ad piã causam, & conuerso de pia causa ad dotem iusta Euerard in locis topicis loc de dote ad piam causam, imò cũ ipsa dos sit pia causa iusta tradita per Ricc.collect.87.& 177.& decis. Archiepiscopali 217 p.2. Bott.dec.44. Nouar. in collect.in dict.prag.83.n.1. & Gait. de credito cap 4 q.7.num.937.Calcanet. cons.31.Surd.decis.86. atque adeò dispensatione non indigebat cum Reg. nouell.prag.nec diminuat, nec augeat casus de iure expressos, iusta tradita per Montan.d.contr.4.num.15.

Nec dicas Principissam post constitutam dotem obligationi accessisse, quod de iure concessum non re-
11 peritu, nã facile occurritur cũ Barb. in d.l.1.p.1.num.17.respondendo hoc ipsum fuisse introductum per d.l fin. nam alias hanc nouam constitutionem emanari non oportuisset, cum dotare aliquam propriè dicatur donatio per tex in l.vn.§.accedit, C. de rei vxoriæ act.& mulier aduersus donationem non iuuatur velleiano per tex.in l.4.C.ad vell.

Verùm cum omnes creditores regias dispensationes obtinuerint, quibus omne iuris obstaculum tollitur testibus Hodier.vbi sup.n.3.& Mont. d. contr.4. num.20. Principissæ intercessiones, & obligationes omninò
12 manuteneri debent, nam cum non adsint iuris prohibitiones, quibus mulieris fideiussiones prohibentur remanet in suo robore dispositio tex. in l.3.ff. de fideiussoribus, qua validè omnes fideiubent, quibus obligari est permissum.

Nec vltimo poterit ex aduerso allegari dolus, quem reipsa haberi cẽsetur eo, quod propter innumeras, ac exuberantes Principissæ intercessiones prorsus remaneret indotata, atque adeò propter enormissimam lesionem ritè suis obligationibus licet iuratis contrauenire posset.

Ad quod respõdendum meminisse vos oportet Senatores dotes Principissæ ascendisse ad summam duc. 25.mil. quorum pro quindecim mille per Principem eius virum receptis sibi super eiusdem Principis patrimonio vnacum alijs duc.8000.pro antefato petijt satisfieri super quibus duc. 15.mil. & alijs duc. 8.mil. antefati ex iuribus Principissæ validè obligatę petijt Illustris Marinus Cortesius pro eius credito satisfieri, vnde ipsa iudicium instituit aduersus omnes eius creditores ad finem, vt obligationes, quas susceperit, tanquam simplices intercessiones, ac metu celebratæ inualidè declarentur.

Et quidem, quod attinet ad ducat. 8.mil.pro antefato certi iuris est, lesionem nullatenus considerari posse, vt pro indubitabili tradit Partis Achilles Thesau.decis.123.num.11.

Quo verò ad duc. 15.mil. dotium super quibus petierunt creditores ipsos esse satisfaciendos lesio cõsiderari, nec poterit, nisi pro summa duc. 3500. cum pro reliquis duc. 11500. medietate dotium Principissa validè se obligauerit cum vsque ad medietem nulla possit, secundum omnes DD.dari lesio, nam licet contractus longè maiorem summam contineant in totum rescindi siuè inualidari non poterunt, sed in suo robore, quoad medietatem substinentur, quod idẽ fatetur, & latè fundat, & si vnico contractu, & vnica fuerit contracta obligatio, quæ dotem excederet, Thesaur. filius cap. 65. lib.2. per totam quæstionum forensium.

Verum cum obligationes Principissæ, vt benè ex aduerso distinguitur fuerint duobus diebus omnes contractæ aliquæ, scilicèt sub die 10.Nouembris 1615, & postremæ sub die 20. Nouembris 1616. hinc cum creditores anteriores, quibus Principissa se obligauerit, fuerint omnes iam satisfacti, præterquamquod Marinus Cortesius, qui adhuc remanet creditor

non erit amplius curandum an fuisset certiorata, præcipuè propter iuramentum, quo obligationes Principissa confirmauit secundum communissimam DD. sententiam, qui ita in practica seruari testimonium præbent latè fundat *Tiraq. in d. leg. si unquam in princ. num.* 136. *Couar. in cap. quamuis pactum in* 2. *p. relect.* §. 3. *num.* 5. *Gomes. To.* 2. *tit.* 13. *num.* 17. *Guttierez. d. c.* 20. *num.* 2. *Seraphin. de priuil. iuramenti priu l.* 63. *num.* 3. *Hodierna ad Surd. dec.* 86. *num.* 6. *Tapp. in prag.* 1. *ad velleianum vers. propter vulgarem renunciationem.*

Nam licet ex aduerso allegatis habeantur varij DD. qui in contrarium abierunt sententiam, ferè tamen omnes locuti fuere in mulierum renunciationibus, quæ non fuerunt iuramento confirmatæ, vt optimè distingunt *Thesaur. d. decis.* 222. *num.* 10. & 11. & *Gayll. ab aduersario tanquam Achilles adducti cap.* 77. *num.* 10. *lib.* 2. *pract. obseruat.* & *Guttierez d. cap.* 20. *per totum, & omnes scribentes.*

Quod si notarius de certioratione fidem faciat, ipsi omninò credendum erit, vt habes ex *Thesaur. dict.* 7
decis. 222. *num.* 7. & *Alciat. de præsumption. reg.* 3. *præsumpt.* 13. *Lopez. in leg.* 3. *par.* 3. *tit.* 12. *glos. Sabidora in* 2. *limit.* nec opus erit certiorationis formam in contractu describi, nec tenorem eius, quod *Senatus consulti* beneficiū continet secundum communissimam DD. sententiam relatam ex *Guttierez d. cap.* 20. *num.* 4. *in fin. qui num.* 3. *in fin.* ita continuò practicatum vidisse testatur.

Hinc quam vana, & aerea sit Principissæ proposita exceptio iam videtur sapientissimi Senatores, vnde pro validitate obligationum pronuuciādum omninò spero:

Hæc omnia, quæ ita proculdubio procedunt obtinēt sibi locum etiam in Regno cum regias dispensationes ad 1. *pragm de vell.* partes obtinuerint, vt optimè super dictis obligationibus fuerunt impetratæ per verba liceat, quia vidua.

De validitate verò dispensationum, quidquid ex aduerso allegetur, non erit amplius dubitandum cum sententia *Dom. Reg. de Ponte cons.* 40.
8 *vol.* 2. & *de potestat. proregis in rubr. de decret. Collat. Cons super obligat. rerum dotal. num.* 4. *et* 5. contra opinionem *Dom. Præs. de Franch. decis.* 623. iam abierit in desuetudinem, & dispensationes, siuè ab vno, siuè ab omnibus spectabilibus Regiam Cancellariam Regentibus fuerint subscriptæ, cum nomine S. E. fuerit dispensatum, ritè processerunt, vt ex stylo introducto iudicandi liquidò habemus apud *Marin. resol. quot. lib.* 1. *cap.* 276. *et lib.* 2. *cap.* 236. & *Sanfelic. decis.* 133. *to.* 1. *et decis. iunctis Dom. Consiliarijs trium aularum affert Hodier. ad Surd. decis.* 86. *num.* 29. & secundum hanc opinionam in dies iudicari videmus.

Nec ommitto in casu nostro dispensationes ferè omnes ab omnibus spectabilibus Regentibus, ac etiam ab ipso Excellētissimo Domino Prorege fuisse subscriptas præterquamquod in contractu Anelli de Martino, nullatenus dispensatione indigebatur, sed illa fuit ex abundantia obtenta cum Principissa à præfato Anello mutuo accepisset pecuniam ad finem satisfaciendi dotes Ill. Ducissæ Barreæ, & fauore dotium etiam pro extranea valide mulier obligatur,
9 nec beneficio *Senatus consulti* iuuatur per *tex. in l. si dotare* 12. *et leg fin. C. ad vell. DD.* communitèr penes *Theodor. allegat.* 13. *nu.* 1. *et seq. Molph. p.* 7. *q.* 3. *num.* 18. *Scagl. in d. prag. ad vell. num.* 34. *Barbos. in* 4. *p. l.* 1. *num.* 17. *ff soluto matrim. Borrell. to.* 3 *tit. de priuil. dotal. num.* 15. *et* 255. *Franch. decis.* 282. *Camill. de Medic. cons.* 13. *num.* 46. *Thes. q. forens. lib.* 4. *q.* 8. *Natt. cons.* 51. *num.* 15. *vol.* 1.

Quod etiam probari posset ex eo, quod mulier pro causa pia validè
10 obligatur per *tex. in l. penultim. in fin. C. ad*

C. ad vell. Franch. decis. 237. Lopez in l. 3. p. 5. tit. 12. communiter DD. at cũ validè argumentetur de dote ad piã causam, & conuerso de pia causa ad dotem iusta Euerard in locis topicis loc de dote ad piam causam, imò cũ ipsa dos sit pia causa iusta tradita per Ricc. collect. 87. & 177. & decis. Archiepiscopali 217 p. 2. Boer. dec. 44. Nouar. in collect. in dict. prag. 83. n. 1. & Gait. de credito cap 4 q. 7. num. 937. Calcanet. cons. 31. Surd. decis. 86. atque adeò dispensatione non indigebat cum Reg. nouell. prag. nec diminuat, nec augeat casus de iure expressos, iusta tradita per Montan. d. contr. 4. num. 15.

Nec dicas Principissam post constitutam dotem obligationi accessisse, quod de iure concessum non re-
11 peritur, nã facile occurritur cũ Barb. in d. l. 1. p. 1. num. 17. respondendo hoc ipsum fuisse introductum per d. l fin. nam alias hanc nouam constitutionem emanari non oportuisset, cum dotare aliquam propriè dicatur donatio per tex in l. vn. §. accedit, C. de rei vxoriæ act. & mulier aduersus donationem non iuuatur velleiano per tex. in l. 4. C. ad vell.

Verùm cum omnes creditores regias dispensationes obtinuerint, quibus omne iuris obstaculum tollitur testibus Hodier. vbi sup. n. 31. & Mont. d. contr. 4. num. 20. Principissæ intercessiones, & obligationes omninò
12 manuteneri debent, nam cum non adsint iuris prohibitiones, quibus mulieris fideiussiones prohibentur remanet in suo robore dispositio tex. in l. 3. ff. de fideiussoribus, qua validè omnes fideiubent, quibus obligari est permissum.

Nec vltimo poterit ex aduerso allegari dolus, quem reipsa haberi censetur eo, quod propter innumeras, ac exuberantes Principissæ intercessiones prorsus remaneret indotata, atque adeò propter enormissimam lesionem ritè suis obligationibus licet iuratis contrauenire posset.

Ad quod respõdendum meminisse vos oportet Senatores dotes Principissæ ascendisse ad summam duc. 25. mil. quorum pro quindecim mille per Principem eius virum receptis sibi super eiusdem Principis patrimonio vnacum alijs duc. 8000. pro antefato petijt satisfieri super quibus duc. 15. mil. & alijs duc. 8. mil. antefati ex iuribus Principissæ validè obligatę petijt Illustris Marinus Cortesius pro eius credito satisfieri, vnde ipsa iudicium instituit aduersus omnes eius creditores ad finem, vt obligationes, quas susceperit, tanquam simplices intercessiones, ac metu celebratæ inualidè declarentur.

Et quidem, quod attinet ad ducat. 8. mil. pro antefato certi iuris est, lesionem nullatenus considerari posse, vt pro indubitabili tradit Partis Achilles Thesau. decis. 223. num. 11.

Quo verò ad duc. 15. mil. dotium super quibus petierunt creditores ipsos esse satisfaciendos lesio cõsiderari, nec poterit, nisi pro summa duc. 2500. cum pro reliquis duc. 12500. medietate dotium Principissa, validè se obligauerit cum vsque ad medietem nulla possit, secundum omnes DD. dari lesio, nam licet contractus longè maiorem summam contineant in totum rescindi siuè inualidari non poterunt, sed in suo robore, quoad medietatem substinentur, quod idẽ fatetur, & latè fundat, & si vnico contractu, & vnica fuerit contracta obligatio, quæ dotem excederet, Thesaur. filius cap. 65. lib. 2. per totam quæstionum forensium.

Verum cum obligationes Principissæ, vt benè ex aduerso distinguitur fuerint duobus diebus omnes contractæ aliquæ, scilicèt sub die 20. Nouembris 1615. & postremæ sub die 20. Nouembris 1616. hinc cum creditores anteriores, quibus Principissa se obligauerit, fuerint omnes iam satisfacti, præterquamquod Marinus Cortesius, qui adhuc remanet creditor

& in puncto mulierum obligationes propter læsionem, licèt enormissimã, non rescindi exceptione S. C. V. si mortuo viro illas mulier contraxerit dixit *Tondutus resolut. ciuil. cap. 45. à n. 8. vsque ad 11.*

Et hæc est ratio, quare DD. articulum læsionis, siuè rescissionis contractus pertractantes, non solum continuè locuti fuere in muliere nupta, verùm neque articulum excitent in vidua, cum videamus hoc ipsum, sępè sæpiùs in viduis accidere, in ipsis enim nunquam potest considerari metus, qui causam rescissionis præbet, vt supra fundauimus.

Verùm si constantèr affirmares, quod non spero, (esset enim contra veros terminos iuri consonos) contractus propter læsionem Principissæ esse omninò rescindendos, illos ex
5 actione, ex *tex. in l. 2. C. de rescindenda vendit.* rescindi affirmare coactus eris; hinc cum per *tex.* ibi non reuocerur in totum contractus, sed in eo, quod defuit respectiuè ad iustum pretium, cum electione emptori reseruata, vt suppleat, vel rem restituat, necessario opinio *Gaspar. Anton. Thesauri q. 65. lib. 2.* in suo robore remanere debet; scilicèt, mulieris obligationes rescindi, vsque ad medietatẽ dotis, quam opinionem licèt impugnet *Nugeron. loco cit. num. 182. illam ex Fontanell. vbi sup. num. 34.* Reprobat ex eo, quod actio, quod metus causa totum annullat contractum, quia, vt diximus, tunc deficit mulieris consensus, atque adeò non potest pro parte sustineri, hinc cum ralis actio hoc casu deficiat, & ad actionem legis secundæ recurras omninò fateri debes contractus vsque ad dotis medietatem rescindi optimè probasse *Thesaurum*.

Sed cum Principissa obligationes omnes vna eademque die susceperit eas tamen successiuè contraxit, & licet primam nesciamus, attamen ex *Peregrin. de iure fisci, lib. 6. tit. 6. nu. 58.* & ex quampluribus alijs ab ipso relatis, habes anterioritatem ex ordine protocolli. Vndè cum expresśè in iure cautum habeatur, primas obligationes medietatem dotis non excedentes valere, licèt secundæ rescindantur, teste *Fontanell. tom. 1. clauf. 4. glos. 23. num. 21. & 10. 2. clauf. 3. gl. 2. p. 6. num. 9.* Necessariò sequitur, non omnes obligationes Principissæ rescindi posse, sed ad maius secundasque dotis medietatem excedant.

Hic ramen aduertendum est læsionem considerari, vel tempore contractus, iusta opinionem *Barbos. in l. 1. ff. solut. matrim. p. 5. num. 50.* vel tẽpore solutionis dotis, iuxta opinionẽ *Fontanell. vbi sup. num. 17.* Si tempore contractus Princeps, pro quo intercessit erat nimis soluendo, & sic non potest considerari læsio, secundum allegatam opinionem *Fontanell. d. n. 12. & Nugeron. num. 103.* Si verò tempore dotis restitutionis reperies multos Principissæ credirores iam satisfactos, atque adeò de ipsis non erit habenda ratio, sed tantùm de illis, qui pro satisfactione vrgent.

Hęc ex abundanti dixi, nam actione dictæ legis secũdæ, Principissam, vel eius hæredes, nullatenus experiri posse supra retulimus.



Allegationes Do. Angeli Collicelli causarum patroni peritissimi.

1 *Mulierum consilium inualidum est, & contra propria commoda, vt plurimum laborat. Sexus incautus, & mollis.*

2 *Mulieribus obligatis Senatus C. V. succurritur, & sub num. 5. & per tot.*

 Ve-

..*Vetitum est pro alijs intercedere.*

3 *Mulieribus pro alijs intercedentibus, succurritur, quandoque ope exceptionis, quandoque replicationis, & quandoque conditionis.*

4 Mulieres *pro alijs intercedentes, nec etiam in conscientia tenentur.*

5 Mulieres *contrauenienda intercessionibus iuratis, non indigent absolutione à iuramento, nec incurrunt periurium quod si apertè apponatur semper possunt absolui.*

6 Pragm. 1. *de Senatus Consulto Velleiano ad fauorem mulierum plura continet, & declaratur sub num.* 12.

7 *Mulieres iuuantur velleiano, cuiuscumque conditionis sint, siue virgines, siue maritata; siue vidua existant, & pro quocumque obligentur, etiam si coniuncta sint persona, & sub num.* 12. *ver. reliqua.*

8 *Contractus ipso iure nullus est, in quo mulieres se obligant.*

9 Mater *fideiubendo, vel se obligando pro filio, obligatio non tenet, & pracipuè si ex ea enormissimè lædatur.*

10 *Mulier an sit verum, quod non possit venire aduersus renunciationem beneficij* Senatus Consulti Velleiani, *quando in ea interuenerit iuramentum.*

..*Decisio de Affl.* 311. *declaratur.*

..*Iuramentum contra bonos mores non est obligatorium.*

11 *Verba dispensationis in obligationibus mulierum,* LICEAT, QVIA VIDVA *declarantur.*

12 *Dispensationes, qua fiunt à collaterali in obligationibus mulierum, varijs modis fiunt iuxta statum fœminarum.*

13 *Dispensationes istæ an sint valida facta ab vno ex Regentibus.*

14 *Regens de Ponte ad fauorem mulierum renunciãtium beneficio Velleiani pluries diffusè scripsit.*

15 *Dictio,* QVIA *importat causam finalem.*

..*Interpetratio pragm. vnic. de Senat. Consult. Velleian. in dubio debet fieri ad fauorem mulierum.*

16 *Decisiones contra decisiones in causis, quandoque interponuntur?*

17 *Dispensationes pro obligatione mulierum, quomodò obtinenda.*

18 *Renunciatio velleiani, etiam cum iuramento non tenet.*

19 *Causa plures sunt, propter quas dispensatur mulieribus, qua possint pro alijs intercedere.*

20 Cessante *causa dispensationis, cessat dispensatio, & si causa asserta sit falsa, nulla est.*

21 *Vidua intercedenti pro liberando filio à carceribus velleiani beneficio non succurritur.*

22 *Renunciatio, qua fit per mulieres velleiano, in specie, non autem in genere facienda est.*

23 Mulier *etiam certiorata, quare velleiano renunciare non possit?*

24 *Glosa opinio in* l. fin § si ff. ad vell. & in l. fin. C. eod. confutatur per Bar: *quod mulieris certiorata de velleiano, valeat obligatio, sed de qua certioratione intelligitur.*

25 *Mulier præsumitur ignorare iura ad eius fauorem facientia, & consequenter non videtur illis renunciare, nisi axactè certioretur.*

..*Iuramentum appositum in actu, in quo consensus deficit, nihil operatur.*

..*Iuramentum tres comites habere debet iudicium, iustitiam, & veritatem.*

26 Mulier *in dubio de iuribus suis non præsumitur certiorata.*

27 *Certioratio iurium, an requiratur, quando mulier renunciet cum iuramento?*

28 *Mulier se obligando pro viri excarceratione si ex obligatione remaneret indotata, non tenet obligatio, etiam pracedente superioris ordine.*

29 *Mulier renunciando cum iuramento, quando se obligat iuribus suis, renunciatio non tenet si remaneat indotata.*

30 *mulier indotata dicitur etiam si vidua sit, si ex obligatione dotem perdit.*

..*Dos est proprium mulieris patrimonium.*

Exi-

IESVS, MARIA, IOSEPH.

Existante debitore Ill. Principe Auetrana Io. Antonio Alberitio infrascriptis personis, ex varijs infrascriptis causis, scilicet.

Quondam Anello de Martino in an. duc. mille, & quatuorcentum pro capitali duc. 20. mil. receptorum vinculatorum pro illis soluendis D. Michaeli de Afflicto, & Francescha Alberitia coniugibus Ducibus Barrea incompotum ducat. 50. mil. legatorum per quondam Io. Antonium Alberitium seniorem Marchionem Salicis sui Patris, & Aui Principis, vt ex fide instrumenti.

Monti de Trenta cessionario Montis Casarei in an. duc. 240. pro capitali duc. 3200. receptorum, pro soluendis Regia Curia, incompotum releuij debiti per Principem, pro bonis feudalibus remansis in hareditate Principis pradecessoris Ioannis Alberitij, sui patris, vt ex copia instrumenti crediti Montis Cesarei, fide instrumenti cessionis facta Monti de Trenta per Montem Cesareum, & assensu regio.

Aloysio de Leone in an. duc. 700. pro capitali ducator. 10. mil. ad quos Princeps tenebatur pro pretio Terra Sanctę Susannę per ipsum Principem empta à Francisco Dormio, cum onere satisfaciendi creditoribus ipsius Dormij, inter quos erat Aloysius de Leone cum regio assensu.

D. Anna Gomes in an. duc. 364. 1. 8. pro capitali duc. 4024. 2. 10. receptorum per Principem, pro illis soluendis Regia Curia, vt ex fide instrumenti, reductorum postea ad ann. ducatos 339. 0. 12. cum regio assensu.

Quondam D. Aloysia Capycio, & D. Ramundetta Palagana coniugibus, & consequentèr D. Lutio Capycio filio, & heredi in an. duc. 1160. pro capitali duc. 16. mil. ad quos Princeps tenebatur, ex causa pratij Terra Sancti Viti per Principem emptę à D. Hyppolita Palagana sorore, & harede quondam D. Goffredi Palagani, vt ex copia instrumenti cum regio assensu.

Quondam Andrea Marchesio Spectabili Prasidi S. C. in an. duc. 906. 1. 5. pro capitali duc. 12500. ad quos Princeps tenebatur ex causa pretij Sancti Viti, cum feudo Sancti Iacobi per Principem empti ab Hyppolita Palagana, vt supra, vt ex copia instrumenti, quod creditum postea per aliud instrumentum notatum in margine declaratur per Andream, remanere pro summa capitalis duc. 11963. .. 13. & pro eis in ann. duc. 867. 1. 11. cum regio assensu.

Quondam Io. Antonio Cortesio, & consequentèr Marino Cortesio Marchioni Rotundorum suo haredi in an. duc. 742. pro capitali duc. 10600. receptorum vinculatorum, pro satisfaciendis Eleonora Marchesia, Marco Antonio Filomarino & Diana Caracciola creditoribus Principis, vt ex fide instrumenti, ratificati per principem maiorem factum cum regio assensu.

Inducta fuit Ill. q. D. Iulia Farnesia Pricipissa Auetrana Mater Principis Io. Antonij ad se ipsam obligandum insolidum in beneficium omnium horum creditorum, ratificando omnia instrumenta ad illorum beneficium facta per quondam Iacobum de Franchis Regij Fisci Patronum in M. C. V. vti exequutorem testamenti quondam Principis Io. Alberitij, & assertum procuratorem ipsius Principissa vti matris, balia, & tutricis, & pro tempore curatricis Principis Io. Antonij, prout ratificauit, & se insolidum obligauit per plura instrumenta extra Neapolim stipulata, vz.

Ad beneficium Auelli de Martino sub 20. Nouembris 1615. absque renunciatione velleiani, & absque assensu regio, quod liceat, quia vida:

Ad beneficium Montis de Trenta sub 20. Nouembris 1615. cum renunciatione velleiani, absque tamen certioratione cum regio assensu, liceat, quia vidua, supermemoriali Principissa nomine dato; non tamen ab ea subscripto, & prouiso domi per spectabiles quondam Regentes Constantium, Castellet, & Lopez sub 30. Maij 1615.

Ad beneficium Aloysij *de Leone, sub 20. Nouembris* 1615. *absque renunciatione velleiani, cum regio assensu, liceat quia vidua, super memoriali Principis nomine dato, non tamen* Principissa, *& prouiso domi per Spectabiles quondam* Regentes Constantium, *Castellet, &* Lopez *sub* 26. *Augusti* 1615.

Ad beneficium D. Annæ Gomes *sub* 20. *Nouembris* 1616. *absque renunciatione velleiani, cum regio assensu, liceat quia vidua, super memoriali nomine* Principissa *dato, non tamem ab ea subscripto, & prouiso domi per Spectabiles quondam Regentes Constantium, Montaltum, & Lopez sub* 20. Martij 1616.

Ad beneficium D. Aloysij Capycij, *& D. Ramondetta Palaganæ coniugum sub* 20. *Nouembris* 1616. *cum renunciatione velleiani, absque certioratione cum regio assensu, liceat, quia vidua, super memoriali nomine Principissa dato, non tamen ab ea subscripto, & prouiso domi à Spectabile quondam Regente* Lopez *tantùm sub* 18. *Nouembris* 1616. *inserto in instrumento ratificationis Principissa.*

Ad beneficium Andreæ Marchesij *sub* 20. *Nouembris* 1616. *cum renunciatione velleiani, & regia nouelle pragmaticæ absque certioratione cum regio assensu, liceat, quia vidua, super memoriali* Andreæ, *&* Principissa, *non tamẽ à* Principissa *subscripto prouiso domi per Spectabilem Proregentem* Lopez *tantùm sub* 6. *Octobris* 1616.

Ad beneficium Io. Antonij *Cortesij sub* 20. *Nouembris* 1615. *cum obligatione, etiam penes acta* M. C. *sub* 20. *Nouẽbris* 1625. *cum renunciatione velleiani, absque certioratione cum regio assensu, liceat, quia vidua, super memoriali dato nomine* Principissa, *non tamen ab ea subscripto, & prouiso domi ꝑ Spectabiles quõdam* Regentes *Castellet, &* Montoja *de* Cardona.

Quarè, cum Principissa *absolutè pro* Principe *filio intercessisset, nulla vrgente iusta causa, se direxit in* Sac. *Cons. petens contractus prædictos nullos, & inualidos declarari, quamuis roboratos regijs dispensationibus, & ad nihilum ipsam* Principissam *teneri ad beneficium dictorum creditorum, etiam per viam restitutionis inintegrum ex clausula generali, stante absolutione à iuramentis præstitis obtenta, quatenus sua iura per viam exceptionis non vendicarent, vt ex supplicatione.*

Præsentata per eam absolutione à iuramentis, etiam à iuramentis de non potendo absolutionem, agitur de causa expeditione, in qua speras per S. C. *prouideri, iuxtà ipsius* Principissa *supplicationem, declarando contractus nullos, & inualidos ob beneficium velleiani, & ipsam* Principissam *ad nihilum creditoribus teneri, quamuis obligatam cum Regijs dispensationibus, ex pluribus rationibus, iurium tum communium, tum municipalium dispositionibus, nostrorum patrum authoritatibus, Senatuũq; responsis.*

MVlieris *consilium inualidum esse*, scripsit *Arist.* 1. *politic. plerumque muliebre consilium deterius* dixit *Corn.*
1 *Tacit. lib.* 15. *annal.* per earum fatuitatem communitèr quæsũt consilium contra proprium commodum. *Amadeus in dialogo de amicitia fol.* 14. *Bal. in addit. specul. in tit. de mag.* Io. *Lupus de donat. inter vir. & vxor. fol.* 41. *col.* 1. indè *Diuus Hieronymus in epistola ad Demetriadem* scripsit, *Quanto magis in fœminis, quarum mutabilis, fluctuansque sententia, si suo arbitrio relinquatur, citò ad deteriora delabitur,* & rescripserunt Impp. *Honorius, & Theodosius in l. si pater in fin. C. de sponsal.* fœminarum consilium plerumque aduersus propria commoda laborare.

Ideò mulieres à viris circumueniuntur, iuxta illud *Fausti Poeta in Lil.*

Scilicet ista fuit veterum natura virorum.
Fallere fœmineum, credula, corda genus,

Et iuxta illud *Virgilij* 4. *Aeneidos.*

Egre-

Egregiam verè laudem, & spolia ampla refertis,
Tuque, puerque tuus: magnum, et memorabile nomen,
Vna dolo diuum, si fæmina victa duorum est.

vndè ait *D. Chrysostomus in 2. parte Homiliarum in Matthæum, Homilia 23. in pr. sexus mulierum incautus, et mollis est; incautus, quia non omnia, quæ videt; audit cum sapientia, et ratione considerat: mollis autem, quia facile flectitur, vel de malo ad bonum, vel de bono ad malum*, idem *D. Chrysostomus in epistola ad Corinthios 2. Homilia 23.* dicit, *mulierum proprium esse decipi.*

Infirmas mulieres, & imbecilles vocat *Vulpian. in l. 2. §. verba ff. ad Sen. Cons. Vell.* fragilesque *Imper. Iustin. in l. si mulier 22. C. ad velleian. Accurs. in l. 1. C. de confirm. tutore.*

Qua propter generalitèr mulieri.
2 *Sen. Cons. vell.* opitulatur, vbicumque pro alterius debito, rem suam propriam obligat, *l. quamuis, ff. ad vell. l. senatus consultum 4. et l. si sine 5. C. eod. Dom. Præsid. de Franch. decis. 279. num. 11.* non potest enim pro alijs intercedere *l. de die, §. 1. qui satisdare cogantur, l. 3. ff. de fideiuss. Horatius Carpan. ad statutut. Mediolan part. 1. cap. 44. nu. 29.* ita vt mulieris intercessio per se emptioni litigiosi prædij, & liberi hominis, quæ ipso iure est nulla, comparetur, *l. bona fide, §. 1 ff. ad vell.* cum mulieres naturali quondam vitio imprudentes sint magis, quam viri, atq; mendaces, & proindè fluxæ prorsus fidei, *Arist. lib. 9. de historia animalium cap. 1. Andr. Barbat. cons. 54. col. 11. lib. 1.* Quarè sexus muliebris pudor non permittit, vt aliorum defensiones in se mulier suscipiat; & pro alijs fideiubendo virilibus negotijs se immisceat, *l. 2. ff. de reg. iur. l. alienam, C. de procurat. l. si paternam, C. ad sen. consil. velleian.*

Succurritur igitur mulieri pro alio intercedenti ope exceptionis, replicationis, & condictionis. Primo casu, si non dum soluerit, succurritur
3 per exceptionem, *l tamē, ff. ad Maced.* & per replicationem in casu, *leg. vir. vxori, §. 1. l. fin. §. item si mulier, ff. ad vell.* Secundo casu si soluerit, succurritur per condictionem indebiti, *leg. qui exceptionem, ff de condictione indebiti*, vt tradit *Ant. Hering. de fideiuss. c. 7. dum Senat. Consult.* proficit etiam soluta pecunia creditori, *l. 1. in fine l. quamuis, C. ad vell.* quia fauorabile, vt dicit *Roffred. in tit. de Sen. cons. vell. num. 3. ver. sed illud quæritur*, & ita se obtinuisse in practica tradit *Ant. Gomez. var. resol. tom. 2. in tit. de fideiuss. num. 16. vers. item principaliter quæro*, & sequitur pro absoluto *Dom. Præsid. de Franch. d. decis. 279. num. 14. & decis. 623. num. 9.* & est *tex.* expressus *in constit. Obscuritatem* ibi, *item si soluerint ex intercessione ignorantes se beneficio Velleiani munitas.*

Mulierq; intercedens non tantùm in sæculari foro, sed etiam in foro conscientiæ non obligatur, ut articulum tractando *Hering. de fideiuss. d. c. 7. à n. 526. ad 534.* cōcludit, mulierē
4 in foro poli exceptione Sen. Cons. Vell. bona, ac tuta coram Deo conscientia vti, & denegare posse solutionem eius, quod intercedendo promisit, ex firmissimis rationibus adductis per *Menoch. Tiraq. Valent. Francum. Ioan Goddeum*, & alios per ipsum *Hering.* relatos *d. cap. 7. num. 530.*

Et proindè mulierem agere posse etiam absq; absolutione à iuramento, tradit *Fontanella de pact. nupt. tom. 2. claus. 6. glos. 1. par. 7. in princ.* Subdens, quod si pars opponeret uti periuram esse repellendam, potest mulier adi-
5 re Episcopum, & petere absolutionem, tàm à iuramento, quàm à periurio incurso in agendo, absq; absolutione, & habilitationem obtinere, absq; partis citatione, ut notat *Tasson. in Pragmat. de antef. vers. 4. obstru. 2. num. 142.* & dicit decisum per *Sen. Pedem. Thes. decis. 223. nu. 18.* stante enormi læsione.

In

In hoc enim Sen. Conf. Vell. sub Imperio Augusti, & Claudij facto à Mar. Syllano, & Velleio Consulibus, vt tradit *Vlpian. in l. 2. ff. ad Sen. Conf. Vell.* cautum fuit, nè ius diceretur aduersus mulieres fideiubentes, vel pro alijs intercedentes, cuius Sen. Conf. pietas valdè cōmendabilis est, cùm per ipsum succurratur mulieribus, quæ fragilitate sexus assistente ad obligandum se pro alijs inducuntur, proùt *Paul. Iurecons.* dicit *in l. 1. ff. ad Sen. Cōs. Vell. & Vlp. in d. l. 2. ff. eod. tit.*

Verùm cum omnibus his priuilegijs, per mulierum renunciationes metu, minis, verberibusq; Virorum extortas, derogabatur, nouo Sen. Cōs. opus fuit, & meritò ad exemplum Augusti, & Claudij Imperatorum

6 promulgata fuit sub inuictissimo Carolo V. Imperatore per Excellētissimum D. Petrum de Toleto Regni Proregem Vigilantissimum, & Consulentibus Doctissimis Dom. Regentibus de Colle, Martiale, & Loffredo, *Regia Pragmatica 1. de Sen. Conf. Vell.* statuens, Sen. Conf. Vell. ab omnibus Tribunalibus, Regniq; Iudicibus inuiolabilitèr obseruari, non obstante quacumq; renunciatione per mulieres facienda, sub quacunq; verborum serie, & etiam si per Notarios asserātur certioratæ, semper intelligantur ignorantes, quia ignorāt saltim, quod eis conueniat, & sficient, metu contradicere non audeant, & quod ipsi Regiæ Pragmaticæ renunciari non possit, & si renunciatum fuerit, renunciatio sit ipso iure nullius roboris, & efficaciæ, & per eādem Regiā Pragmaticam declarantur obligationes, & renunciationes meticulosæ tali metu, qui cadere posset incōstantem virum; etiam si contrarium per instrumentum narretur, & habeatur talis metus pro dante causam contractui, & ipse obligationes, & renunciationes contra bonos mores ciuiles, & naturales, & comprehendi sub regulis Iuris Canonici, non esse obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum, ac Notarij, & Actuarij instrumenta, & acta continent ia obligationes, & renunciationes conficere prohibentur, & mandatur etiam Dom. Regentibus, cęterisq; Iudicibus, vt Pragmaticam obseruēt, abdicando ab omnibus iurisdictionē in contrarium iudicandi, & declarandi, & exceptio Pragmaticæ impediat litis ingressum, & in dubijs casibus occurrentibus, debet interpretari in fauorem mulierum.

Indubitatumq; est mulieres omnes Velleiano iuuari, nulla distinctione habita, vel sint Virgines, vel nuptæ,

7 vel Viduæ, dùm Regia Pragmatica generalitèr, & indistinctè mulieribus subuenit, non specificando si Virginibus, vel nuptis, vel Viduis, & similitèr Constit. Reg. obscuritatem; proùt pro absolutò tradunt Regni Doctores, vt post *Scaglion. super hāc pragm. num. 52. Dom. Præsid. de Franch. decis. 623. num. 8.* tradit *Dom. Reg. Io. Franc. de Ponte de potest. Proreg. in tit. de diuersis prouisionibus fieri solitis in rubr. de decr. coll. conf. super oblig. seù alien. rer. dotalium num. 5. & 6. Visconte in concl. dec. verbo mulier, quę alienam, Mele ad Gizzarell. decis. 4. num. 13.* & præsertim in Vidua, quæ fideiussit, & soluit, quod detur ei repetitio, dicit, se consuluisse, & obtinuisse *Anton. Gomez variar. resol. tom. 2. in tit. de fideiussor. num. 16.* quem refert idem *Dom. Præsid. de Franch. ead. dec. 623. n. 9.*

Nec refert si mulier pro patre suo, vel filio, vel fratre, vel alijs coniunctis personis, vel an pro extraneo se obliget, nam in omnibus casibus, quibus pro alio mulier se obligat, amplissimi ordinis beneficio gaudet, *l. 3. l. si pater nam* & *C. ad Vell. Bald. & Salic. in Auth. Si qua mulier. C. ad Vell. Anton. Thesaur. decis. 223. num. 5.* dicens se ità vidisse iudicari, *Hering. de fideiuss. d. c. 7.* quæ personæ fideiubere possint *n. 396. & 397. D. Reg. de Ponte dict. rubr. de decr. Coll. conf. super oblig. n. 25.*

*n.*25.Pietas enim personæ,Velleianũ non facit cessare *Salic.in l. si cum ipse, C. ad vell.* pietas autem causæ facit cessare *l. fin. C. ad Vell. Dom. Præsid. de Franch. decis.*578. *num.*9. idem *Dom. de Ponte ead. rubr. de decr. Coll. Conf. num.*26.

Idemq; *Dom. Præsid. de Franch. decis.*623.*in fin. vers. Sacrum Consilium,*
8 dicit per Regiam Pragmaticam contractum intercessionis mulieris ipso iure annullari, quamuis de iur. cõm. non annulletur,sed mulier exceptione Vell. aduersus creditorem iuuetur, vt post *Borrell. de Ponte, & Mauson.* probat *Dom. Reg. Merlin. cent.* 1. *contr. forens. cap.*55.*à num.*8.*ad* 13.

Nec est verendum, quin hæ obligationes per Principissam factæ, pro debitis Principis filij, sint meræ intercessiones, cùm de pecunia per Principem filium à creditoribus recepta, & debita creditoribus super Terris per eumdem Principem emptis, nil prorsus beneficij ad Principissam peruenerit, dùm quantitates per Principem,vt supra debitæ,quædam sunt pro satisfaciendo Regiæ Curiæ de releuio super Terris debito, & pro alijs causis, & aliæ erant debitæ super Terris nonnullis creditoribus, quibus in locum pecuniæ per Principem soluendæ pro prætio, Princeps se obligauit ad correspondendum annuos redditus super eisdem Terris,& omnibus alijs suis bonis, & creditores putantes maiorem cautelam recipere, Principissæ obligationem etiam voluerunt, & ipsis persuadentes validare cum Excell. Proregis dispensatione,obtinuerunt memorialia prouisa, liceat quia Vidua,nulla vrgente pietatis causa,nec vera,nec etiam simulata in supplicationibus suæ Excellentiæ enarrata, dùm Princeps per creditores ad solutionem non vrgebatur.

Quoties enim mater pro filio fideiubet,contractus est nullus, quando ex instrumenti inspectione apparet,
9 ipsam damnum sentire, vt determinasse *Rota Rom.* refert *Marescot. var. resol. lib.* 1.*cap.*43.*n.*3.*Dom. Reg. Merl. cent.* 2.*d. cap.*55.*num.*5.

Quinimò,nec etiam si Princeps ad instantiam creditorum fuisset carceratus, & pro illius liberatione Principissa mater se creditoribus obligasset, Sen. Cons. Vell. beneficium ipsi denegaretur,vt aliàs in Sac. Cõs. tradit discussum *Dom. Præs. de Frãch. dec.*578.& sic decisum dicit *n.* 12.*in fin. vers. & nouissimè,* & in fine decisionis *nu.* 15. testatur matrem ab impetitione creditoris absolutam, sequitur *Do. Cons. Pasch. de vir. patr. pot. par.*3.*cap.*5.*num.*14. & de eadem decisione *Dom. de Franch.* format *decisionem* 4.*Dom. Cons. Gizzarell.* & sequitur *Nouar. collect.* 209. *super dicta Pragm.* 1. *num.* 1.

Principissa igitur enormissimè in his cõtractibus est læsa, tùm ob nullum commodum consequutum, tùm etiam,quia si creditoribus Principissa satisfacere,fuisset coacta cum suis creditis dotalibus super Principis patrimonio, remansisset penitus indotata, nec alium regressum contrà Principem filium pro sua dote consequenda habere potuisset, & contrà sua bona,quæ omnia iam,pro infinitorum creditorum satisfactione,sunt distructa,& inanis actio ei ex filij inopia remansisset; & consequenter hi omnes contractus nulli sunt ipso iur. ex enormissima læsione,doloq; re ipsa, non obstante etiam Vell. renunciatione, ac iuramento desuper interposito in aliquibus ex his contractibus: existente enim læsione enormissima,contractus dolosus, re ipsa dicitur,& *tex.* procedit *in cap. cũ contingat. de iur. iur.* proùt in consimili specie optimè, & perdoctè consuluit pro Portia Caracciola obligata pro filio *Do. Reg. Io. Franc. de Ponte cons.*40.*vol.* 2. *à num.* 1. *ad* 5. dicens authoritate *Ant. de Brut. Abb. Paris. & Corn.* non esse curandum de iuramen-

to, quando in contractu dolus interuenit, siuè ex proposito, siuè re ipsa, & sic etiam procedere *tex. in cap. licèt mulieres, eod. tit. de iur. iur. in 6.* ac tùnc iuramentum non habere requisitos suos comites; qui sunt, veritas, iustitia, & iudicium, nàm data læsione enormissima, iuramentum est indiscretum, iudicium deficit, nec habet iustitiam, dato dolo re ipsa.

Nec est curandum *de decisione Afflict. 311.* vbi *nu. 4.* dicit, non posse mulierem venire contra suam renunciationem, si in ea interuenisset iuramentum, cùm non possit venire con-
10 tra iuramentum secundum *Canon. in cap. peruenit. de empt. & vend.* per *cap. cum contingat. & cap. si verò de iur. iur.*

Nàm hunc articulum post *Afflict.* discutit plenè *Thesaur. decis. 213. à n. 9. ad 14.* dicens *nu. 9.* authoritate infinitorum DD. mulierem fideiubentem, cum iuramento non teneri, si ex tali fideiussione enormitèr læderetur, vt quia in totum, vel in maxima parte remaneret indotata, & ità Senatum Pedemont. semper hoc iure vsum fuisse dicit *num. 13.*

Rursus etiam decisioni *Afflicti* respondetur, quia ante Pragmaticam prodijt, fundando principalitèr in iuramento, quod contra bonos mores, non esse dicebatur; quarè Velleiani renunciatio valebat, muliere de eo certiorata, poteratq; iuramentum absq; eternę salutis interitu seruari; at stante Pragmatica annullante, non tantùm obligationes, sed etiam quascūq; renunciationes iuramento quocumq; interpositas, ac declarante iuramentum nullum, tanquam contra bonos mores, & habere locum, regulam, *cap. non est obligatorium de reg. iur. in 6.* secundum communitèr tradita per *DD. in l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig.* præsertim ibi per *Alexand. & in l. fin. C. de pactis, cū Concordantibus;* cessat *Afflicti* decisio & stamus sub communi DD. conclusione, & in iuris regulis, cum iuramentum non obliget, & renunciatio non subsistat, vt *Vrsill. ad Afflict.* declarat *ead. decis. 311. n. 2. & Viu. in cōm. opinion. lib. 11. incip. muler. iuuatur Velleiano, fol. 141. vol. 1.*

Et ex his credimus eosdemmet creditores de his iurium dispositionibus non dubitare, & contractus pro nullis ipso iure habere.

Verùm cum contractuum tuitionem in Regijs decretationibus, liceat quia Vidua, reponunt quidam ex creditoribus, qui suos contractus, præcedentibus talibus decretationibus stipulauerunt, remanet nobis onus eorum propositionem dispungere, diluere.

Quo verò ad contractum Anelli de Martino absq; dispensatione, & absq; renunciatione Velleiani, non est dubitandum, ipsum esse nullum, licèt in ratificatione Principissæ erroneè asseratur eam esse obtentam.

Quamuis enim creditores dictitent Dom. Regentium decretationes, liceat quia Vidua, validare cōtractum intercessionis per Viduam factæ, cum verba, quia Vidua, non intelligātur, quod liceat, quia Vidua in Sen. Cons. non comprehendatur, quia esset error in iure expressus, & dispensatio corrueret; sed per illa verba exprimitur ratio, seù causa, ob
11 quam D. Regentes ad dispensandum mouentur, scilicet quia est Vidua, & quasi quod sit libera, & non subdita viro, cuius metu se obligaret; quæ causa impulsiua Pragmaticæ fuit, vt eius proemio apparet, quod mentem concedentis arguit, *l. fin. ff. de hered. instit. cum concordantibus,* & sic decretatio est intelligenda, aliàs enim cogeremur dicere Dom. Regentes, qui à principio huius Pragmaticæ hac forma vsi fuere, & nùnc in decretationibus vtuntur, notoriè in iure errasse, & errare, quod dicendum non est de tantis doctissimis Viris, sciuissent enim memorialia expedire cum decretatione, non est necessaria dispen-

spen-

ſpenſatio, quia viduæ licet, & non dicere,liceat quia vidua,proùt ſic diſcurrit *Dom. Præſid. de Franch. deciſ. 623. num.26.* in cuius deciſionis fine tradit per Sac. Conſ. fuiſſe habitum pro valido contractum cum diſpenſatione,& proindé rectè fuiſſe proceſſum ad liquidationem inſtrumenti præſentati cum diſpenſatione.

Attamen quod decretationes, liceat quia vidua,pro his contractibus obtētæ,eos nō ſubſtineāt,*& de dec. D. Præſ.de Franch.*nulla ſit ratio habenda,ex infraſcriptis omni iure eſt decernendum.

Mouemur quidem ex Pragmaticæ verbis mandantibus Dom. Regentibus,cæteriſq; Iudicibus,vt Pragmaticam obſeruent, abdicando ab omnibus iuriſdictionem in contrarium iudicandi, & declarandi, quæ verba, *Dom.Reg. Tappia in ead. pragmat.1. de Sen.Conſ.Vell.lib.4.Iuris Regni in uerb. abdicantes ab omnibus*, dicit dubium, feciſſe in cauſa Portiæ Caracciolæ, an diſpenſatio, quæ fit per Collaterale Conſilium in libellis per uerbum, *liceat quia uidua*, ſit ualida,illā tamen cauſam non fuiſſe deciſam vſq; ad illud tempus,quo ipſe ius Regni compilauit,& typis tradidit ſub 1608.

Sed dùm in illa cauſa pro Portia Caracciola doctiſſimè,& acutè more ſuo conſuluit *D.Reg. Io. Franciſcus de Ponte*, de quo eſt *conſilium* 40. *uol.* 2. meritò nobis videtur eiuſdem tanti viri propria verba tranſcribere,nè in notam vſurpatoris ſuorum laborum incurramus, nàm materiam latè pertractat, & pro ſua cliente conſuluit his uerbis.

In hac materia contractationis mulierum, tres ſolita ſunt fieri decretationes, vna ſi eſt maritata, & dicitur,li-
12 *ceat,dummodò non remaneat indotata, & ſuis iuribus defraudata. Si eſt vidua, dicitur,liceat quia vidua,& ſi adhuc non maritata,liceat quia in capillo. Decretatio in maritata cadit benè ſub diſpenſatione pragmatica,quia mulier intercedit, ſed diſpenſatio iuſtificatur, quia per eam mulier indemnis ſeruatur.*

Reliquæ decretationes in vidua,& in capillo non cadunt ſub pragmatica, nec in diſpenſatione illius,ſed importans declarationem, quod pragmatica, has mulieres uiduas,vel in capillo non comprehendit, & propterea datur ratio in decreto, dùm dicitur, liceat quia vidua, quia in capillo, & hæ decretationes non eſt dubium fieri per Scribas à mandatis abſq; alia cauſa cognitione, & ſic paſſim & indiſtinctè ab uno ex Regentibus firmantur, & ratio eſt, quia cùm hę ſint perſonæ liberę,& non maritatę,& poſſunt ipſe liberè contrahere pro ipſarum, proprijs negotijs,abſque aliqua ſpecie intercesſionis,propterea dicitur,liceat quia vidua, vel liceat, quia in capillo, quia pragmatica,quæ ſuperuenit, ad obſeruātiam Velleiani,non comprehendit caſum in Velleiano non contentum, aliàs ſi cōtrarium diceremus,vt quando vidua intercedit, vel quæ eſt in capillo,vt Velleianum non habere locum, hoc eſſet ex diametro contra omnia iura, & contra Regiam Pragmaticam,*cum Velleianum ſuccurrat omnibus mulieribus, & non maritatis tantùm,quia vt iura,& pragmatica dicunt, lex inſpexit fragilitatem ſexus, & mulierum imbecillitatem, & propterea omnibus ſuccurrit, & quamquam vt plurimum apponitur caſus in maritatis,hoc non eſt, quia in alijs Velleianum locum non habeat,ſed quia frequentius ſimiles interceſſiones per maritatas fiunt, Gloſ. eſt ſolemnis in l. 2. in verb.pro viris ff.ad Vell.& primis temporibus edictum introductum erat in fauorem tantùm fæminarum,quæ pro maritis intercedebant,poſtea uerò dicit tex. in d.l.2. factum eſt Senatus Conſultum, quo pleniſſimè fæminis omnibus ſubuentum eſt,vbi declarat Salic.ità quod maritatæ, uiduæ, & in capillo,omnes comprehenduntur, & in vidua in ſpecie loquitur tex. in l. tutor. ff. ad Vell.in l. ſi mater,C.eod.in auth.matri,& Aua,C. quan. mul.tut.off fung.pot.lex.n.eſt generalis,propter generalem rationem om-*

 nes

nes fœminas, & non certas species ipsarum compr hendens, ut in l. 1. & in tit. ff. & C. ad Vell. & propterea Pragmatica absolutè dicit venire ad obseruantiam totalem Velleiani, ut in preamio; ex quo mens declaratur ad tex. in l. fin. ff. de hered instit. ibi, considerantes quod illi antiqui prudentes ligum latores mulierum fragilitati, & sexus imbecillitati per Senatus Consultum Velleianum maxima prudentia prospexerunt subuenientes eis per beneficium dicti Sen. Conf. aduersus obligationes, & c. & in conclusione postrà eum condit legem dicit.

Per hanc Regiã Pragmaticam nomine Cesareę Maiestatis statuimus, & ordinamus de cętero dictum Senatus Consultum ab omnibus Tribunalibus, & Iudicibus huius Regni inuiolabiliter obseruari, nõ obstante quacumque renunciatione per dictas mulieres facienda.

Et cũ plures sint causę, uidelicet fragilitas mulierũ, imbecillitas sexus, & multotties maritatę sunt ad hoc à viris uiolẽtatę, propterea omnibus prouisum est, & in maritatis ultrà sexus fragilitatem, & imbecillitatem, additur metus, & violẽtia presumptio, quę presumptio, & si deficiat in alijs non maritatis, & in capillo, non deficiunt, tamen alię rationes fragilitatis, & imbecillitatis sexus, ob quod quando plures sunt causę, non deficit lex ex defectu vnius, ex reg. tex. in §. affinitatis, instit. de nupt sic Velleianum, quod primo loco pro mulieribus maritatis in reductũ erat, lex statuit, ut omnes mulieres comprehenderet, quia & si deficiebat impressio maritorum, non deficiebat ratio fragilitatis & imbecillitatis sexus, ergò comprehendit omnes mulieres, siue maritatas, siuè viduas, & in capillo, & ideò moderni, & signanter Scaglionus super predicta Pragmatica nu. 52. dixerunt illam habere locum etiam in viduis.

Si igitur Pragmatica omnes species mulierum comprehendit, quia venit ad obseruantiam iuris communis, non potest ullo pacto dici, quod hę decretationes solitę fieri absq; alia causę cognitione, videlicet, liceat quia vidua, vel liceat, quia in capillo, quod inquam velit ex ipsis, quod quando mulieres intercedũt, Pragmatica de illis non loquatur, nam esset decretatio erronea ex causa expressione quę est contra legem manifestã, ad text. in l. cum verò. §. subuentum. ff. de fideic. libert. in l. 1. §. hoc autem. ff. ne vis fiat ei.

Et non solùm in decreto per hęc iura, et similia voluerunt DD. illud annullari ex falsa causa contrà ius in decreto expressa, sed etiàm in sententia, quãdo in ea est expressus error iuris manifestus, ex regul. text. in l. 2. C. quando prouoc. non est necess. in l. qui testamenta. ff. de excusat. tut. Bart. & omnes in l. qui Roma, §. Duo fratres, & pre cęteris ibi, Alex. et Iason. de verb. obl. et si Pragmatica comprehẽdit viduas, dicendo, liceat quia vidua, esset ratio eadem cum dicto, et sic nulla, ad text. in l. fin. vbi notat Bart. ff. de eff. Proc. Cæs. idem Bart. in l. quod interrogatus in pr. per illum tex. ff. de pet hered. quę igitur ratio esset hęc, liceat quia vidua, si vidua non potest intercedere, & si vult ex hac declaratione induci dispensationem Pragmaticę, illa pariter, cum requirat causam, si illa erit falsa, vitiatur, Oldr. eleganter in suo cons. 256. & non solùm operatur hoc causa erronea, & falsa expressa, sed etiàm causa insufficiens, Gozad. conf. 6. nu. 25. undè pernecessè dicendum erit Regentes per has decretationes nõ intelligere, quod Pragmatica non comprehendat viduas, vel mulieres in capillo, dum intercedunt, sed declarant has personas non indigere dispensatione Pragmaticę, quia non comprehensę in illa, dum principaliter in ipsarum beneficium, & pro ipsarum proprijs negotijs contrahunt, & non aliter intercedunt pro alijs, & sic benè correspõdet decretatio: nam si ex hoc vellent, vel declarari Pragmaticam, vel illi derogari, seù dispensari, sic ex abrupto, & absq; causę cognitione, dupliciter redderetur nullum tale decretum. Primò, quia absq; causa cognitione, quo casu secundum omnes decretum est nullum, dum importat; vel declarationem, vel dispensationem le-

legis ex reg. text. in l. cum hi, §. si prætor, ff. de transact. in cap. 1. vbi Scriben. *de reb. eccl. non alien. In tantum quod DD. magnam fecerunt quæstionem, si præsumatur præcessisse causæ cognitionem, ac factum decretum cum requisitis solemnitatibus, dum non sumus in antiquo, & concludunt requiri, saltem enunciationem in decreto solemnitatum adhibitarum, aliàs decretum esse nullum, & causæ cognitio non præsumitur, de quo latissimè per Felin. Dect. recensentem in cap. quoniam contra de probat. num. 37. vers. septima cõclusio, & in dispensatione, quod debeat præcedere causæ cognitio, aliàs absq; ea nullius sit roboris, elegãter Innoc. in cap. diuersis de cler. coniug. & cap. veniẽs de fil. presbyt. & nulli dubium, vt dixi in his decretationibus nulla adhibetur causæ cognitio, sed fiunt passim, & indistinctè per Scribas à mandatis, & à Regentibus firmantur, & hoc iustissimè præsupponendo, vt dixi, quod nulla cadit intercessio, dum hæ mulieres pro suis negotijs cõtrahunt, quod non præsumitur in maritatis, quę amore capta à viris sunt inductæ ad obligationes faciendas, & sic credendum est, quòd tantum Tribunal non se deciperet, tàm erroneè decretando contra manifestam iuris dispositionem, & hæc est pura veritas.*

Sed *secundò prædicta confirmantur ex inconuincibili argumento, si volumus dicere quod Regentes per has decretationes*
13 *declarant, Pragmaticam nõ habere locum in viduis, obstat defectus potestatis, & iurisdictionis, cum in specie Pragmaticæ in ipsius fine dicat; quod tollitur potestas omnibus iudicibus, & signãter Regentibus Regiam Cancellariam in contrarium iudicandi, aut declarãdi, ergò aut hæc decretatio intelligitur modo quo supra, quando mulieres non intercedunt, & habemus intentum, quia sumus in casu intercessionis, aut volumus dicere, quod hæ decretationes declarãt Pragmaticam, & vltrà erroneitatem, & nullitatẽ, obstat defectus potestatis vigore eiusdẽ Pragmaticæ, & cum hoc non esset declarare, sed corrigere, & reuocare Pragmaticam, nulla est declaratio, secundùm decisionem communem, & approbatã Paul. de Castr. in l. hæredes palam, § si quid. nu. 4. ff. de testam. Felin. in cap. cum olim n. 5. de re iudic. latè per Aym. de antiq. tẽp. in princ. in cap. incip. non omitto nu. 32. & ideò voluerunt communitèr scribẽtes, dùm declaratio importat reuocationem, intelligi Papam circumuentum, vt latiùs per Aym. vbi supra, & per me in con. 12. num. 50. vbi latiùs 1. vol. & ità firmandum est in casu, de quo agimus, quod Regentes circumuẽti à Scribis à mandatis, non legendo alitèr memorialia porrecta, prout verè non legũtur, firmant decretationes prædictas, quia verè præsupponunt non tractari de intercessione, aliàs omnia essent, prout sũt nulla, quia non habent potestatem, quia absq; causa cognitione, quia decretatio erronea, & cõtra legem, & quia cum hac memoralia firmentur tantùm domi ab vno ex Regentibus, si diceremus ex tali decretatione induci declarationem, vel reuocationem Pragmaticæ, hoc non potest facere, nec vnus, nec omnes Regentes, sed fieri debet consulto Principe, cùm Regẽtes nouas leges condere, veteres reuocare, aut declarare, vel nouas facere gratias minimè possint.*

Hæc *Dom. de Ponte d. c. s. 10. vol. 2.*

Sed si aduersarij dicerent hæc *Do. Reg. de Ponte* consulendo pro cliente scripsisse, & sic non mouere fortitèr iudicantium mentem, ad talitèr decernendum.

Aduertimus eumdem *Dom. Reg. de Ponte* habentem hoc pro vero, & quod ita sit iudicandum, non remansisse contentum scriptum reliquisse
14 in suo *consilio* 40. *vol.* 2. sed acerrimè rursus scripsisse *in tractatu de potest. Proreg. in tit.* 10. *de diuersis prouisionibus in rubr. de decretis Collat. Consil. super obligatione, seù alienatione rerum dotalium à num.* 3. *ad* 15. differendo per easdem rationes in *suo consilio* 14. adductas.

Ex quibus ipse *Dom. Reg. de Ponte* concludit *num.* 13. nullo modo sustineri posse scripta per *Dom. Præsid. de Franch. d. decis. 623. nu. 26. vers. sic dicebatur*, vt verba prædicta, quia vidua; exprimant causam, quarè Dom. Vicerex mouetur ad dispensandum, scilicèt quia est vidua, & quasi quod sit libera, & non subiacet viro, cuius metu se obligaret, quæ fuit causa impulsiua pragm. secundum eum, aliàs esset errónea decretatio, & non est præsumendum quod Regentes, qui fuerunt viri Doctissimi à principio prædictæ pragm. hac formà vsi fuissent.

Primò, nàm pragm. respicit fragilitatem sexus, & non libertatem personæ, ob quod comprehendit omne genus mulierum, ergò falsa est ratio considerata libertatis.

Secundò, nàm prohibitum est Regentibus non solùm dispensare, sed etiàm declarare, & hoc non solum faciunt Regentes, sed vnus tantùm ex Regentibus, ergò nulla est decretatio.

Tertiò, si hoc importat dispensationem, quæ fieri debet cum causæ cognitione, & hæc deficit, ergò nulla dispensatio.

Quartò, si causa finalis pragm. fuit obseruantia Velleiani, & succurrere quibuscumq; mulieribus, ergò non est verùm dictum D. Pr. de Franch. de causa impulsiua.

Quintò, quis dixit quod ijdem Regentes, qui pragmaticam consuluerunt in anno 1543. hanc speciem decretationis fecerint.

Sextò, hæ decretationes benè procedunt in viduis non intercedentibus, quia liberæ, & in hoc procedit benè ratio D. de Franch. ad differentiam maritatarum, in quibus præsumitur metus, & iustissimè vnus Regens firmat decretationem, quia non est tali casu dispensare, aut declarare vetitum, iàm per Pragm. Regentibus, sed est decernere non adesse intercessionem, & consequentèr non procedere tali casu dispositionē Pragm. cessante Velleiano.

Septimò, dum Pragm. comprehēdit viduas, dicendo liceat, quia vidua, est eadem ratio cum dicto, ergò nulla.

Octauò, si in dispensatione requiritur causa, & sufficiens, & tractatur de dispensatione in vidua, pro qua etiam est facta lex, ergò si vidua est prohibita, quomodò ratio prohibitionis ratione sexus fragilitatis potest esse eadem ratio dispēsationis destructiuæ legis ex eadem ratione conditæ.

Nonò, & vltimò dictio, quia importat causam finalem, & causa finalis vocatur causa faciendi, quæ est tantæ 25 potentię, vt vitiet actum, si est falsa, *Bald. in l. 1. C. de falsa causa adiec. n. 17.* vndè cum esse viduā non tollat Pragmaticam, quia etiam pro vidua est illa facta, & esse talē non inducit causam dispensationis, & hæc fuit causa per verbum illud, quia, ergò omni iure decretatio talis non pōt defendi.

Vndè meritò scripsit *Dom. de Ponte* non procedere dicta *Dom. de Franch. in illa sua decisione 623 n. 26.* quæ est posita *in 5. vol. suarum decisionum*, quæ fuerunt impressæ post ipsius mortem, & sic non reuisæ, nec digestæ per eū.

Quibus scriptis *Dom. de Ponte*, & si nil videatur addendum, & nil ex aduerso possit replicari, attamen fas nobis sit tantùm subdere, quod quatenus dubia aliquantulum videretur decisio interponenda, prout clara redditur ad Principissæ beneficiū, est omninò iudicādum pro ea, si uti speramus pro obseruantia Sen. Conf. Vell. cum Reg. Pragmat. in fine statuat his verbis.

Quod in dubijs casibus occurrentibus debeat interpretari in fauorē mulierum præstatarum, quibus subuenire intēdimus.

Nec est nouum per Sacrum Consilium decidi contrà alias decisiones eiusdem Sac. Cons. ex alijs rationib. 26 meliùs perpensis, sicuti videmus cōtra decisionem *Afflicti* 314. fuisse decisum

cissum per decisionem eiusdem *Dom. Præsid. de Franch.* 106. & contra *decisionem* 33. eiusdem *Præsid. de Franch.* fuisse formatam *decisionem* 130. per *D. Reg. Sanfelic.* & similiter contra alias decisiones eiusdẽ Sac. Cons. fuisse decisum per idem Sac. Cons. & in dies decidi, secundùm ea, quæ proponuntur, notum est.

Insuper, ex alijs tribus irrefragabilibus rationib. probamus, per Velleiani beneficium, Principissam iuuandam.

Primò, cum decretationes sint obtentæ sub figurato nomine Principissæ in memorialibus, non tamen

17 ab ea subscriptis, provt erat necessaria subscriptio Principissæ, quæ sciebat scribere, vt appareret sua expressa voluntas supplicandi pro dispensatione, quamuis in ratificatione contractuum fiat mentio esse obtẽtas dispensationes.

Quinimò decretatio ad beneficiũ Aloysij de Leone est obtenta super memoriali Principis, non autẽ Principissæ, & sic nulla.

Contractus eiusdem de Leone, & D. Annæ Gomez non continent renunciationes Velleiani.

Cõtractus Anelli de Martino processit absq; dispensatione, & renunciatione.

Contractus Montis de Trẽta, Capycij & Palaganæ, Andreæ Marchesij, & Marchionis Rotundorum, licèt contineant renunciationes, sunt tamen absq; certioratione.

Decretationes pro Andrea Marchesio & Capycio, & Palagana sunt solius solius tantùm Reg. Lopez.

Et quò ad has decretationes vnius Regentis maximè procedunt scripta per *Dom. Reg. de Ponte*, quod nullius sint virtutis.

Sed nil refert, quod in quibusdã ex his contractibus per Principissam, sit renunciatum Velleiano, etiam cũ iuramento, cùm renunciatio, etiàm cum iuramento in Regno non proce-

18 dat, stante Regia Pragmatica annullante renunciationes, etiàm cum iuramento, vt diximus, & scripsit *D. Cons. de Georgio alleg. 32. nu. 5. D. Reg. Rouit. in ead. pragm. 1. n. 3.* de Sen. Cõs. Vell. *D. Præsid. de Franch. dec. 237. n. 11 & dec. 578. nu. 2. Nouar. in coll. ct. 209. super pragm. 1.* de Sen. Cons. Vell. *in princ.* post *Troysiũ in ead. pragm. 1. n. 7.*

Nec suffragatur quibusdã ex creditoribus, quod aliquæ ex decretationibus sint firmatæ ab omnib. Reg. sicuti sunt decretationes pro Monte de Trenta, Aloysio de Leone, D. Anna Gomez, & Marchione Rotũdorũ.

Nam vltra quod, vt diximus, decretatio pro Aloysio de Leone non substinetur, vti facta sup memoriali Principis, nõ tamen Principissæ, omnẽs hę decretationes sunt factæ per Scribas à mandatis, & domi firmatæ per D. Regentes, absq; causæ cognitione, & inconsulto Excell. Prorege.

Quarè procedunt scripta *D. R. de Ponte*, & nil refert, si tales decretationes sint firmatæ per vnum ex D. Reg. vel per omnes, quoties fiũt domi, & non per decretum in R. Col. C. cum causæ cognitione, & alijs iuris solemnitatibus.

Et licèt sint insertæ in priuilegijs in forma R. Canc. firmatis à D. Reg. & Excell. Prorege, tñ priuilegia processerunt pro assensibus super feudalibus, non autem super decretationibus, liceat quia vidua, quia si essent decretationes factæ per decreta Coll. Cons. non egerent expeditione priuilegij.

Et si in Coll. Cons. esset tractatum de dispensando R. Prag. pro obligationib. Principissæ, pro certo nullatenut essent concessæ, absq; legitima, & iusta causa, quæ prorsus abest in his contractibus, dum ad beneficiũ Principis tãtùm, & cum omnimoda Principissæ enormissima læsione processerunt: & Princeps non erat carceratus, nec à creditoribus molestabatur nec etiam immminebat molestia, dũ tem-

tempore cōtractuum sub annis 1615 & 1616. ditissimus erat, nec egebat aliorum fideiussionibus, & infortunia domus Principis longè post ipsos contractus inceperè, ac concursus creditorum fuit sub 1640. post annos 25.

Causas.n.dispēsationis dicit *Dom. Reg. de Ponte ead.rubr.de decret.Coll.*
19 *Cōs.n.26.* esse pro redemptione filij, mariti, seù fratris ab hostibus, à latronibus, à uinculis, uel egentibus illis consulere.

Cessante igitur causa dispēsatio-
20 nis, cessat dispensatio, quæ causam & citationem continere debet, & sine causa fieri non potest, *Paris.cons. 8.n.22.et 209.uol.2.et cons.68.n.216. uol.4.* & si fortè falsa causa adijceretur, nulla redderetur, *Id. Paris.cons. 216.n.214.et cons.96.n.24.uol.2.cons. 144.nu. 27.uol.4. et cons. 51.n. 314 eod. vol.4. Felin.in cap. quod super his 2.col.vers.idem de dispensatione*, extra *de fide instrumentorum*, & sequitur *Thor.in addit. ad D. Reg. de Ponte in rubr.de decr.Coll.Cons.ad nu. 9.*

Proindè dicit idē *D. Præs.de Frāch. dec.182. nu. 18.* quòd tutius semper erit, ad euitandum lites in casibus permissis mulieri intercedere pro alio, impetrare decreta, ac dispensationes ab Ill. Proregibus, qui cum uident iustam causam intercessionis, absq; aliqua difficultate illa interponunt, & dispensant.

Quarè non uim facit in contrariū, imò suffragatur, quod tradit *Dom.R. Sanfelic.dec.133.à nu.1.ad 6.* resolurū
21 per Sac.Cons. uiduam intercedentē pro liberādo filio à carceribus, præuia dispensatione, liceat quia viduam non esse succurrendam remedio Velleiani; cum ipse *Dom. R. Sanfelic. addat nu. 2.* quod intercessio fuerat ex iusta, & honesta causa, pro liberando à carceribus filio. Et sic præsumēdū S.C. motum stante dispensatione ex iusta, & honesta causa. Imò vt ex processu patet, ideò non fuit iuuata Vellleiano, dū eadem mulier per libellum declarauerat quantitatē debitam spectare suo filio pro portione suæ dotis.

Igitur cum hæ decretationes, liceat quia uidua pro intercessionibus Principissæ sint concessæ absque iusta causa, sunt nullæ ipso iure, & remanet pro Principissa dispositio R. Pragm. annullans ipso iure intercessionum contractus.

Secundò, quamuis decretationes, liceat quia vidua, generaliter ex iusta causa concessæ, tollendo obstaculum R. Pragm. valident viduarū intercessiones, reducunt tamen eas ad terminos iuris communis, & remanent validæ in casibus, in quibus de iure communi procedunt, vel quando beneficio Velleiani per mulieres formiter certioratas per Notarios fuit renunciatum, quo casu renunciationis, non iuuantur Velleiano de iure communi, vt tradunt *Troysius in ead Pragm.nu.6. in fin. authorit. text. glos.* & DD. per eum relatorum, & *Scaglion.in ead.pragm.num. 36.*

Ergo cum hæ Intercessiones Principissæ non sint pro aliquo ex casibus permissis à iure communi, nec beneficio Vell. Principissa renunciauit, præcedente formali, & clara certioratione Notarij, de uirtute ipsius beneficij, illis uerbis, quę scribit *Scaglion.nu.49.* tantò magis, quod contractus sūt stipulati extra Neapolim, prout idem *Scagl.* aduertit. Succurrēda venit Principissa per Vell. beneficium, præsertim pro contractibus Aloysij de Leone, D. Annæ Gomez, in quibus non adest renūciatio Vell. & pro contractu Anelli de Marrino, in quo non adest, nec dispēsatio, nec renunciatio.

Nec refragatur, quod in contractibus Montis de Trenta, Capycij, & Palaganæ, Andreæ Marchesij, & Marchionis Rotundorum adsint renunciationes, nam de illis nulla est ratio habenda, tanquam factis, non preuia cer-

22 certioratione formali per Notarium facta Principissæ, modo quo supra, & tradit *Scaglion. in d. Pragm.* concludens *num.* 48. quod etiam si non in specie, sed in genere renunciauerit certiorata dicto beneficio cũ iuramento, & in instrumento sit apposita clausula, omni meliori modo, non obstante dicta clausula, iuramentũ non extẽditur ad incogitata, & procedere etiam quod in instrumento asseratur fuisse certioratã in genere per Notarium, nàm posset esse, quod Notarius ignoraret, quid sit beneficium Velleiani, maximè in Notarijs extra Neapolim, sicuti in contractibus Principissæ, ut aduertit ibi *Scaglion.* & in cõtractu Marchionis Rotũdorum dicitur certiorata, ut dixit fol. 167. uersus fin. igitur à Notario nõ fuit certiorata. Opus enim est, ut tradit *Barzius decis Bononiæ* 106. *n.* 4. 5. & 8. ut sit expressa, ac specifica renunciatio, & mulier ita renunciãs certiorata sit, quid sibi præbeat tale Senatus Consultum, cum ratione sexus prçsumatur ignorare, *ex Dec. Alex. et Soccin.* & ita per Rotam Bononiensem dicit decisum, sequitur *Griuell. decis.* 132. *num.* 5. & pro absoluto tradit *Do. Reg. Ronit. in pragma. 1. de S C. Maced. num.* 43. *&* 44.

Et quod non possit mulier renunciare Velleiano, etiam de eo certiorata, tenent communitèr *DD. Bart. in*
23 *l. doli, ff de nouat. num.* 2. per illũ *tex.* quia ea fragilitate, qua mulier decipitur in fideiubendo pro alio, eadem etiam imbecillitate mentis reducitur ad renunciandum, & melior est *text. in l. si mulier perfectæ ætatis, C. ad Vell.* & hæc opinio de iure verior est, vt dicit *Bart. in l. fin. S. fin ff. ad Vell. Bald. in l. 1. num.* 4. *C. ad Vell. Salyc. in l.* 3. *C. eod.* post alios per eũ relatos, *& Thesaur. decis.* 222. *nu.* 1.

Et quamuis *glos. in d. l. fin. S. penult. seu fin. ff eod & in l fin. C. eod.* teneant contrarium, & velint mulierem cer-
24 tioratã renunciãde Velleiano obligari, & hanc *glos.* opinionem seruari de consuetudine dicat idem *Bart. in d. l. fin. & in d. l. doli, & Alex. in addit. ad Bart.* ibidem.

Tamen opinio *Bart.* contra *glos.* est verior, & tenet *Bald. in l.* 3. *C. de decur. lib.* 10. dicens, quod consuetudo de tali renunciatione est induct. ab errore dictarum *glos.* & hanc communẽ esse contra dictas *glos.* testatur *Grammat. dec.* 76. *n.* 20. *Guttier. de cõtr. iurat. cap.* 20. *nu.* 1. & hanc opinionem fuisse sequutum, *Sen. Pedem.* tradit *Thesaur. d. dec.* 222. *n.* 2. *vers. tamen opinio, & nu.* 9. *vers. retenta autem.*

Siuè *glos.* opinio erit intelligenda, quando mulier certioratur formaliter à Notario, iuxtà formam *Scaglioni*, quæ certioratio non adest in his contractibus, & in quibusdam dicitur certiorata, sed non formaliter adest certioratio, nam deficiẽte certioratione, obligatio non tenet, *Glos.* ordinaria, & communiter approbata *in d. S fin ff ad Vell. Dyn. cons.* 5. *vers. quod autem. Soccin. cons.* 163. *col. fin. lib.* 1. & eam magis communẽ dici *Alex. in l. in repudianda, in addit. ad Bart. de acquir. hered. et in l. sciendum nu.* 29. *ff. de verb. obliga. Abb. in cap. penult. nu.* 11. *de empt. et vendit. Archid.* post *Hostiens.* & alios per eum relatos, *in cap. quamuis de pact. s in* 6. *Alciat. de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 42 & ab omnib. teneri testatur *Padilla in l fin. C. de iur. et fact. ignor. n.* 10. post plures per eum relatos, *Gaillus lib.* 2. *obseru. obseruat.* 77. *nu.* 3. *Thesaur. d. decis.* 222. *nu.* 3.

Ea quidem ratione, quia mulier præsumitur ignorare dispositionem illius Sen. Cons. & aliorum iuriũ sibi competentium, *glos. in S.* 1. *vers sciẽs, Auth de incestis nupt Alex. in d. l. sciendum num.* 29. Vndè, cum censeatur ignorare, non uidetur iuitè ignorato renunciare *l. mater ff. de inoff. test am. gl. in S. sed etiam, Auth. cum oport. Epis. Roman. Alex. Ias.* & alij *in d. l. sciendũ.* Imò iuramentum appositum in actu

in

in quo deficiat consensus, nil operatur, *Ias. in l. si conuenerit num. 17. ff. de iurisdict. omnium Iudic.* cum iuramẽtum debeat habere tres comites, iudicium, iustitiam, & ueritatem *cap. fin. 22. quaest. 5. et cap. animaduertendum 22. quaest. 2. Thesa. ead. decis. 222. n. 4.*

Et in dubio mulier certiorata nõ ꝑsumitur, cũ certioratio facti sit, vt
26 tenent *Dyn. cons. 5. Abb. in cap. si diligenti*, de foro competenti, *n. 9. Aret. in §. item si col. 14. vers. circa hoc quaeritur instit. de excep.* dicens ita tenere *gl. et DD. comm. in d. l. si. ad Vell.* & post alios latè *Tiraq. in l. si vnquam in praefatione n. 136. C. de reu. et fact. ignor.* & caeteris omissis, *Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 82. num. 7. Thesaur. ead. decis. 222. num. 5.* dicens Senatum eo iure uti.

Probans idẽ *Thes. ead. d. 222. à n. 12. ad 14.* certiorationem requiri, nõ ob-
27 stante quod renunciatio fiat cum iuramento.

Et quãuis idem *Thesa.* dicat *ead. dec. 222. n. 13. vers. verum his*, cõtra suam opinionem, Senatum cẽsuisse mulierem iurantem obligari, etiam si non renunciet, nèc certioretur.

Tñ illa decisio nõ obstat in hac specie Principissae, stãte quod in his contractibus enormissimè Principissa remanet laesa, & in totum indotata, quo casu, vt diximus renũciatio, etiam cũ iuramento, non tenet, vt idem *Thes.* tradit *dec. 223. à nu. 9. ad 12.* dicens *n. 13. vers. verum cum à tali*, eumdẽ Senatum censuisse.

Tertiò, & tandem concludimus, quod etiam si intercessiones Principissae cum dispensationibus legitimè, & cum causa iusta processissent, prout nulliter, & absq; vlla causa processerunt, nihilominus Principissa iuuatur Velleiano, dum penitùs remanet indotata, ut diximus, quo casu mulier etiam intercedens pro
28 uiri excarceratione, iuuatur Velleiano, si remanet penitùs indotata, cum esset praeiudicium publicum, & contra publicam vtilitatem, vt considerauit *Surd. dec. 86. in fine, Gratian. discept. forens. cap. 108. à nu. 8. ad 13.* post alios praesertim *Thesaur. dec. 223. nu. 13. vers. Senatus post multas*, tradit pro absoluto, plenè etiam probat *Farin. dec. 74 per totum in criminalibus*, omninò relegendus, loquẽs in intercessione mulieris facta pro excarceratione viri, cum decreto superioris, quia decretum, seu authoritas superioris non tollit lęsionem, & damnũ, & post hos notat pro indubitabili *Dom. Consil. Pasch. de vir patr. pot. p 3. c. 5. nu 17. Ceuall. quaest. 727. nu. 30. D. Reg. Tappia in ead. Pragmat. 1. de Sen. Cons. Vell. in lib. 4 iur. Regni in verb.* praestitum iuramẽtum, *Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 5. nu. 21. de Angelis ad Gizz. decis. 4. nu. 9. & de Mari. ad eãd. decis. 4. Gizzarell. nu. 44.*

Ac quęlibet renunciatio à muliere facta, etiam cum iuramento, & decreto Iudicis nunquam operabitur taliter, quod ipsa remaneat indotata, inspecto tempore restitutionis
29 dotium, non autem renunciationis, ut post *Afflict. decis. 313. Dom. Praesid. de Franch. decis. 477. n. 14. & 15. Grat. discept. forens. cap. 723. n. 11. 12. & seq. Dom. Reg. Rouit in ead. Prag. 1. de Sen. Cons. Vell. & Gratian.* praesertim *d. c. 723. n. 18* tradit pluries per *Rot. Rom. decisum*, quod quoties mulier remanet penitus indotata, enormiter laesa, decepta, & in mendicitatem redacta, ipsius intercessio est penitùs inualida, cum obligatio mulieris pro marito, quamuis facta cum decreto Iudicis, & solemnitatibus statuti Vrbis, tamen non sustinetur, quando remanet penitùs indotata, vel saltim non habet saluam dimidiã partem suae dotis, vt etiam decisum per *Rotam Romanam* tradit *Seraph. decis. 1187. nu. 2.*

Quae traditiones in puncto decidunt hanc causam, cum intercessiones Principissae ascendũt ad ducatos

76324.

7 5334. 2. 10. de fortibus principalibus, quæ vnitæ cum tertijs excedunt ducatos centum mille, & dos ... cipissæ super patrimonio Principis debita est ducatorum quindecim mille, ut ex capitulis matrimonialibus, qui duc. 15. mil. vna cū alijs ... 353. de antefato, sibi debito ... sequestrati penès Mag. Be... dictum de Angelis emptorē Terrarum Principis, & pretij debitorem.

Et ex hoc tantùm capite, non re... atur Principisse decisio D. Presid. ... Franch. 623. cum in ea specie Ducissa Grauinæ, intercedens pro Comitissa Potentiæ, poterat recuperare à ... pecuniam, quàm pro ea ... lebat.

Quod remanere indotatā mulierem consideratur etiam in vidua, dos enim proprium mulieris est patrimonium, l. 3. §. ergo etiam ff. de minoribus, l. mortuus ff. de relig. & sumpt. funer. l. Pomponius Philadelphus ff. fam. ercisc. & dos non dum restituta, sicuti hæc Principissæ, quamuis matrimonium sit solutum, rectè dicitur dos, vt tradit ... Caluin. in lexicon iuris in uerb. ... per tex in l. 1. §. taceat, C. de rei uxor. act. ac etiam dirempto matrimonio, dotale prædium esse intelligitur. Ex responso Papiniani in l. ... 2. ff. de fundo dotali, Caluin. in ... lexicon in uerb. dotale prædium. Do... etiam dicitur illa, quæ dotem soluto matrimonio recuperauit l. fin. ... matrim. l. si Socius pro filia, ff. pro Socio, l. filię, C. de collat. & ex Bart. ... Castrens. & Rom. tenet Alexand. ... 55. nu. 8. lib. 1. & conf. 101. nu. 1. ... lib. 3. probans statutum circa ... vel dispositionem dotis, æquè habere locum in muliere Vidua, sicuti in nupta.

Sicut in consimili, imò difficiliori specie, comperimus decisum per Sac. Conf. in Banca Sarr. pro vidua Antonia Galla, quæ intercessit cum Regia dispensatione liceat, quia vidua, pro excarceratione filij, cōtra Io. Leonardum Battimelli creditorem sub 19. Aprilis 1616. quę, stante quod remanebat penitùs indotata, quamuis condemnata per M. C. V. & per S. C. postea, annullatis illis decretis, fuit absoluta, vt ex eo processu patet.

Hæc ergo, cum alijs per Dom. ius dicentes supplendis, patefaciunt cōtractus intercessionum Principissæ; quamuis pro filio, & cum decretationibus, nullos, eamq; Sen. Conf. Vell. ... uandam, & proindè super suis dotibus à creditoribus Principis nō molestandam, prout à tanti Sacri Pretorij Dom. Patribus conscriptis speramus.

Hæc sub 25. Iunij 1652.

Quibus omnibus latè discussis, & maturè pensitatis ad relationem D. Consiliarij Causæ Commissarij Erasmi de Ponte mei compatris ministri integrrimi uitæ probitate, singularissimi iunctis aulis noster senatus sub die 24. Ianuarij 1658. vt ex processu in banca M. actuarij Lelij Clauelli, existente scriba Causæ Sebastiano Marmita decreuit, vt sequitur.

Visa supplicatione R. M. nostroq; Sacro Regio Consilio porrecta pro parte Illustris D. Iuliæ Farnesię Principissę Auetranę cōtra creditores Illustris Principis Auetranæ fol. 1. Visis demq; videndis, &c.

Per hanc nostram definitiuam sententiam, dicimus, pronunciamus, & declaramus obligationes initas per Illustrem Principissam Auetranæ sub die 20. Nouembris 1615. ad beneficium quondam Io. Antonij Cortesij, montis triginta familiarum, & heredū q. Anellli de Martino fuisse, & esse validas, prout præsenti nostra definitiua sententia validas esse volumus, & mandamus, salua prouisione facienda, respectu aliarum obligationū, & nihilominus cum effectu procedatur ad discussionem patrimonij Illustr. Principis Auetranæ, non impedita interim liberatione depositorum.

DE PRIVILEGIIS MVLIERVM.

SPECIALE QVINTVM.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia* [illegible] *unde sponsi?*
2 *Stipulationes omnes, spōsiones dictę sūt.*
3 *Stipulari sibi uxores antiquorum fuit mos, & obseruantia.*
4 *Sponsaliorum definitio traditur.*
5 *Contractus definitio.*
6 *Sponsus promissus, & sponsa promissa dicuntur.*
7 *Sponsalia sunt in multiplici, differatur remissiuè.*
Alia sunt de præsenti, & alia de futuro, & usq; ad nu. 12.
8 *Sponsalia de pręsenti non erāt cognita iuri ciuili.*
9 *Matrimonium sine copula esse poterit, cū solus consensus sufficiat, prout fuit illius inter Virginem, & Iosephum.*
10 *Sponsi de futuro possunt, aliàs si peniteāt contrahere nuptias, secus autē de pręsenti, usq; ad n. 15.*
11 *Spōsalia simpliciter contracta, de quib. intelligatur, de pręsentibus, vel de futuris.*
12 *Stipulanti imputatur, quam obscurè loquitur, quare sibi legem magis apertam non dixerit.*
13 *Sponsalia de futuro inter quas personas; .i. cuius ętatis contrahi possint.*
Possunt impediri per parentes quādo sine eorum consensu contrahuntur.
14 *Sponsalia quę dirimi possint, & quę sint ad hoc legitimę causę; remissiuè.*
15 *Sponsa de futuro non potest dici uxor, sed gaudet uxoris priuilegijs, ut infra num. sequentibus.*
Fratri non licet ducere sponsam fratris.
16 *Vxor sicut non potest distrahere rem dotalem, ità nec sponsa.*
17 *Dos ante matrimonium dari non pōt.*
18 *Dos promissa per patrem filię sponsę pro matrimonio contrahendo cum Titio, si deinde uel eo mortuo, uel consilio in melius mutato cum alio contrahitur matrimonium eadem debetur.*
19 *Spōsa de futuro gaudet priuilegijs dotis*
20 *Sponsa de futuro habet tacitam hypotecam pro sua dote in bonis sponsi, & n. seq.*
21 *Hypotheca tacita quare datur mulieri in bonis viri?*
22 *Lex loquens de tali, non ē extendenda ad alium, qui habetur pro tali.*
23 *Consequentia non est trahenda de his, quæ contra iuris rationem disposita sūt.*
24 *Prior in tempore, est iure potior, tam si tractetur de pignore, quam de hypotheca, tam si agatur cum priuatis, quā cum Repuplica.*
25 *Sponsę, quare per leges prouisum sit circa securitatem earum dotium.*
26 *Leges publico utiles, sunt adiuuandæ.*
27 *Paria sunt aliquid esse, uel de proximo sperari.*
28 *Vxor, & sponsa comparantur.*
29 *Iura loquentia de Vxore, habent locum, & in sponsa.*
30 *Quarta falcidia à quo introducta & quibus detur.*

31 *Quar-*

31 *Quarta trebellianica à quo introducta & quando detur.*
32 *Legata sunt quo ad falcidiã, & trebellianicam exequata fideicommissis.*
33 *Agnati quare uocentur ad tutelam pupillorum, & quare patroni ad tutelam libertorum, & nu. seq.*
34 *Eum sequuntur commoda, quę sequuntur incommoda.*
35 *Ratione eadem concurrente, eadem debet esse legis dispositio.*
36 *Antefatum, quod datur uxori, cui sponsæ etiam detur tam apud Ianuenses, quã apud omnes alios?*
37 *Cautela Gailli traditur circa antefatũ, quod promittatur in capitulis matrimonialibus post contractas nuptias.*
38 *Contractus ex partium conuentione legem accipiunt.*
39 *Quarta quæ debetur uxori, paupere nõ debetur sponsæ.*

D E S P O N S I S.

CAPVT TERTIVM.

S P E C I A L E V.

NE imprudentiæ adscribatur circà specialium ordinem, quem non fuisse seruatum, patet, nisi in capitibus principalibus, quorum continuationem adduximus, & signantèr quo ad istud dum prius egimus de vxoratis mulieribus, & modò de sponsis; cum ante de istis tractari debuisset, dum sponsa est mulier, prius, quam maritata, ministerio, & irrefragabili ratione contrarium obseruatum habuimus, ex eo quod perfectiora sunt semper præponenda, vndè cùm sponsa impropriè, & imperfectè dicatur vxor, ideò prius de vxore scripsimus; vltra quod vt inferius patebit, inter vxorem, & sponsã comparatio datur.

Hęcq; apertius patebunt ex infradicendis de materia; cum sponsalia denominentur siue significationem accipiant (& hoc sit discursus primordium) à verbo *spondeo*, ex quo indè sponsi, sponseq; appellatio de-
1 ducta fuit, vt in *l. 1. 2. & 3 ff. de sponsalibus*, & legitur apud *Gell. lib. 4. cap. 4.* non solùm quia verbum spondeo promissionem denotat, verùm etiam, quia verbum sponsalia ab aduerbio spontè procedit, cũ mutuam spontaneam voluntatem requirant absente ab eis semper actu meticu-
2 loso teste *Varro de ling. lat. lib. 4.* hinc omnis stipulatio promissiòq; sponsio dicta fuit ex *Paulo lib. 2. ad edictum, in l. sponsio 7. ff. de verb. signific.* Vndè legitur, quod antiqui homines in *dicta l. 2.* sibi vxores stipulabantur,
3 ibi *stipulari, & spondere sibi vxores futuras*, & hæc fuit data his sponsalibus definitio, vt sit *futurarum nuptia-*
4 *rum mutua repromissio. dicta l. 1. & c. nostrates 3. in ordine 30. q. 5.* in qua erit aduertendum, quod ideò fuit dicta mutua repromissio, quia reciprocam inuicem promissionem continere debet, non enim vnius tantùm, sed vtriusq; consensu perficiuntur spon-
5 salia, sicut de omni contractu dicimus; conuentionem esse vltrocitroq;
6 obligatoriam per *tex. in l. labeo 59. §. contractum ff. verbor. signific.* vndè spõsus dicitur promissus, & sponsa promissa secundum *Gaill. lib. 2. obs. 80. num. 5.*

Et licèt sponsalia ista in multiplici sint differentia, de quibus per in-
7 stitutistas *ad titul. inst. de nupt.* & *Barthol. Cartagena ad expositionem titulorum* Iuris *Canonici lib. 4. tit. 1. vers. secunda obseruatio fol. 331.* dicimus tamen, vt omissis terminorum expositionibus pro tironibus, ad quæ vtilitatis esse possunt paulatim deueniamus, has duas esse pręcipuas, attento vtroq; iure, ciuili, & canonico,

vt hodie in dies occurrit, stipulentur capitula matrimonialia cum dotis promissione pro futuro inter eos contrahendo matrimonio: semper erit locus pænitentiæ à promissis recedere, cum aliquod perfecti consensus in illis considerari non possit, & cuiq; libebit aliàs contrahere nuptias iuxta nuper firmata.

Vndè ex his cum *gl. in c. si quis 11. in ordine d. 27. q. 2.* hęc erit firmanda
15 conclusio, de futuro sponsam; uxorē dici non posse, quod licèt uerum sit, attamen in mult s coniugatarum; gaudent priuilegijs, & ac essent sponsæ veræ vxores de eis lex loquitur, vt habetur *d. cit. c. xj.* ex quo nō licèt fratri ducere sponsam fratris.

Sic similitèr sicut dicitur adulterium committi per vxorem frangentem marito fidem, ità idem de sponsa procedere firmauimus sup. ad caput 1. *nu.* 137.

P.

Put quoq; idem esse uidemus circa dotem, nam sicut mulieri dotalem rem distrahere interdictum est; ita, & sponsę ím. *Angel. in rub. quib*
16 *mod. alien.* licet, *vel non n. 2. & c. ... Var. resol. parte 2. cap. 1. a. n. 156. & parte 3. cap. 11. n. 115. de appell.* quāuis
17 ante matrimonium non esset dos, dicenda, cum citra matrimonium nō detur. per *tex. in l. 3. ff. de Iure dot. l. in casta nuptiæ 52. ff. de ritu nupt. Ripam in rubr: sol. matr. m: nu: 60. & 66: Gram: inst: de nuptys. § si aducrsus nu. 2: Crem: singul. 3: nu. 2. et Mant. de coniecturis, tit. 22: lib. 11: num. 26*

Qua de re dixit *Paschal: de patria potestate par: 1: cap. 4: n. 94.* quod si pa-
18 ter pro futuris sponsalibus filiæ dotem assignet, si deindè cum alio nuptiæ contrahātur, eadem dos debetur, sponsa enim de futuro conse-
19 quitur priuilegia dotis, etiam non sequuto matrimonio ad *tex. in l. 2. §. si sponsa, ff. de Priuilegijs creditoribus.*

Vndè non immeritò examinanda hæc erit veritas iuxta dicti § *si sponsa,* dispensationem: si pro dote sponsa de futuro priuilegium habeat tacitæ hypothecæ contra creditores uiri;
20 pro sua dote, puta fuerunt promissio & pacta scripta de futuris nuptijs, & durante tempore adiecto, vt fieri solet pro complendo matrimonio, vel forsan pendente dispensatione pontificis, si esset aliquo affinitatis, vel consanguinitatis gradu impeditum, sponsus miscuit se in bonis promissis, acsi esset maritus, alienando exigendo, utendo, fruendo, & dissipādo, & morte preuentus sponsalia de futuro, matrimonio non perfecit, unde casus promissæ dotis restitutionis factus est.

Et in hoc articulo fas mihi esset potius mortuorū paginas uoluere q̄ uiuis folia scribere, referam tamen, quod uerius sentiam.

Nōnulli dicūt penitus tali spōsę pri-
21 uilegiū hypothecę cōpetere, ut ex *Ripa in d. § si spōsa, n. 21.* ea rōe quæ desumitur ex uerbis *in l. assiduis 12. § si quis n. C. Qui pot. in pign. hab.* ubi Imperator sic ait. *Quis enī earū nō misereatur propter obsequia, quę maritis præstant propter partus periculum, & ipsam liberorum procreationem, pro quibus multa nostris legibus inuenta sunt priuilegia?* quæ causæ; quibus Principis mens mouetur ad dandum mulieribus pro dote priuilegium expressæ hypothecæ cum nec concurrere, nec considerari possint in sponsa, non debet uxori prærogatiuis potiri, & tantò magis, quod quando lex loquitur de tali, non est eius dispositio extendenda ad eum, qui habetur pro tali *ex l. fi-*
22 *nali*, vbi *Bald. & Salyc. C. de Interd: matr.* vndè propterea, nō est ad spōsā dispositio *dictę l. assiduis*, extendēda cum de uxore loquatur.

Augent uim isti eorum opinionis ex sententia *Pauli lib. 54. ad edictum in l. quod verò 14. ff. de leg. & Senat. cōsul:* per quam habetur non esse procedendum ad consequentiam, quādo
23 aliquid cōtra iuris rationē receptum est, unde cum sanctio generalis firma

 sit

24 sit tēpore priorē, potiorē esse in iure
ad *tex. in l. 2. ff. Qui pot. in pign. hab. l. 4. C. eod. l. quoties 109. ff de reg. iur. & c. qui prior, 54. eod. tit. in 6.* uindicans locum tàm in pignore, quàm in hypotheca, tàm cum priuatis, quàm cum Repub. ex traditis in *meo florilegio ad Rubr. de Priuilegijs credit.* & per *tex. in d. l. assiduis*, his iuribus derogatum est fauore uxoris pro sua dote, non est dispositio ista, quasi correctoria aliarū protrahenda ad comprehensionem reliquarum, sed attendenda, ut loquitur.

At licèt præfata urgentissima, & subtilissima uideantur per Ioannem nouum glosatorem, reijciūtur in *eod. §. si sponsa*, contrarium sentiendo, quē sequitur ibidē *Ang. & Alber. gl. in l. si spōsa 77 ff. de iure dot.* Bar sibi contrarius *in l. si cum dotem 23. ff. eod.* ac *Cyn. in d l. assiduis*, & ad comparationem eorum sententiæ adducunt *tex. in l. 3. ff. de Priuil. cred.* vbi ferens Iure cōsultum rationem, quare consulendū sit etiam sponsæ pro sua dote, ait.
25 *Quia interest Reip. & hanc solidum cōsequi, ut ætate permittente nubere possit*; & hæc causa finalis censenda est, per *tex. in l. 1 ff. soluto matr.* etenim fauore reipub. ex idenitate rationis
26 licita est extensio, cum leges, publico utiles sint adiuuandæ *l. hoc modo 65. ff de condit. & dem. Ripa*, vbi sup. *n. 12.*
27 vndè cum eadem rō cadat in vxore, & in sponsa, eadem est tenenda sentētia, quod probatur per *tex. in l. pen.* vbi *Bar ff. de mil. test.* ex quo dicitur,
28 quod paria sunt aliquid esse, vel de proximo sperari; cum igitur sponsa vxori adeò dicitur ꝓxima, ꝙ forsā ab ea parum distat, inter se comparantur per *tex. in l. 5. C. de bonis qualib.* debent in hoc de pari procedere, & eodem gaudere priuilegio; vndè *Vā-*
29 *deran. de priu. cred. cap 4. circa principiū fol. 217.* dixit omnia iura loquentia de Vxore, uindicare sibi locum, & in sponsa, prout idem probat *Tasson: de Antefato, Ver. Octauo, obseruat. 2. n. 55. fol. 408.* per *tex. in l. si sponsa 77 ff. de iure dot. & in l. 4. ff. de fundo dotali*, & sua authoritate pro complimento firmat *Bar. in d. § si sponsa ad finem, & Pascal de Patria pot. parte 1. cap. 4. n 99 fol 74*

Ac cōualidantur hæc omnia, ingeniossima sequētium iurium inductione, & dispositione: fertur nobis falcidij Plebis tribuni sanctione, quartā
30 falcidiam dandam grauato hæredi legatorū pōdere dodrātē excedētiū, *ut in l. 1 ff. ad l falcid & inst. eod tit.* cūq; multoties, non legatorum, sed fideicommissi onere grauaretur: licèt casus iste falcidia lege non esset deci-
31 sus, cum paritatis ratio concurrat per senatus consultum Trebellianū, 4. trebellinica fuit hæredibus cōcessa, *ut in §. sed quia stipulationes*, vbi
32 scribentes *de fidei commissis hereditat.* exequatis in hoc legatis, fideicommissis sm. *tex in l. 2 C commun. de legatis*.

Eod. modo in tutela uidemus, quę cum fuisset introducta, ne miserrimi pupilli uiuerent sine defensore eorumq; destruererent patrimonium, fu-
33 it ordinatum, ꝙ proximiores agnati munus tutelæ exercerent, atq; subirent, ut *in tit inst. de legitima agnatorum tutela*, & *in l 5 ff. de legitim. tutor.* ea ex ratione, quia decedentibus pupillis, successionis locum occuparent, & consentaneum iuri erat, vt incommoditatis labores sustineret,
34 qui cōmoditatis beneficium habet ad *tex. in l. x ff de regul iuris*, prout est in terminis *tex in § quia plerumq; de legit. patr tut* cumq; & diuersæ conditionis pupilli, mortuis parentibus eorū nati in pupillari ętate remanēt, vt sūt liberti, & necessariū ipsis esset auxilium patronis iniūctum uidemus tutelæ onus, dum, & ipsi ad eorum hæreditatem uocari sunt *§. eo. n. de leg. patronorum tut.* ibi, *eo. n. ipsa quod hereditatis libertorū libertarumq; si intestati decessissent, iusserat lex ad patronos, liberosue eorum pertinere, crediderunt*

ue-

ueteres uoluisse legem, etiam tutelas ad eos pertinere.

Non mirum igitur in casu nostro proposito, si diximus priuilegium hypothecæ cōcessū uxori, ad sponsas quoq; extendi, dum fauore reipubl: hoc datum fuit, cū ipsius intersit, mulieres esse dotatas, vt Mundus legitima hominum prole per nuptias repleretur ad *tex. supracitatum in l. 1. ff. soluto matr.* dum si amitteret dotem maritata, non minus remaneret in-
35 dotata sicut eam deperderet sponsa absq; spe, secundò nubēdi, & sic urgente ui rationis, tam in uno, quam in alio casu, paris debet esse dispositio, & prouisio legis, ex *tex. in l. qua ratione 9 ff de acq. rerū dom. l. illud 32. ff. ad l. aquil. Surd. de alim lib. 9. q. 31. n. 32*

Qua de re Ianuenses attentis, & consideratis forsan his iuribus, si sponsa staret tanquam uxor cum sponso iuxta casum præpositum, & eueniret indè mors, eodem modo antefatum deberi statuit huic sponsæ, ac si esset uera uxor, vt diximus *sup. in præcedenti speciale n. 134.* & proce-
36 dūt etiā in terminis nostris, quæ dixit generalitèr in omnibus *Gaill. lib. 2. obseruat. 80* antefatum sponsis deberi, & licèt illa loquantur de sponsa despōsata, quāuis nō cognita, nec introducta in domum uiri, quod non est de essentia nuptiarum per tex. in alias citata *l. cum fuerit 15. ff. de condit. & demonstr.* etenim retractari amplius non possunt: In casu nostro posito licèt sint sponsalia de futuro, dedit nihilominus uiro facultatem vtendi dotibus, ac si fuisset omni iure maritus, & si antefatum debetur propter traditas dotes, vt *in d. speciali præcedēti* latissimè firmauimus *n. 128.* q̄ quam non disponsata, habita tamen fuit vti uxor, & si nuptiæ reuocari potuissent, quæ ratio adduci in contrarium ualeb:t, non esse debendum interesse antefati stāte vsu, & commoditate dotis: pro qua restituēda, fuit nostra quæstio, si competebat; uel ne hypoteca in bonis uiri, & hoc uidetur firmare *Cancer. supra citatis locis.*

Nec obstabunt contraria quæ sentijt *Fontan. to. 2. de pactis nupt. claus. 7. gl. 3. parte 4. n. 27. & 28.* quia non loquitur in terñis nostris traditæ dotis & habiti consortij inter sponsum, & sponsam, sicut inter uirum, & vxorem; sed in puris terñis sponsæ de futuro, in qua aliud non concurrit, nisi illa simplex uoluntas, & animus suus, uel maiorum nuptias contrahendi, de quibus seruanda sunt iura, sicut esset sponsalia inter infantes, vt *ex eod. Gaill. vbi supra n. 11.*

Et hoc non obstante, quia de his posset aliquid dici, & de hac distintione dubitari ad euitandum quæstiones & lites, iuriū interpetrationes, & DD.
37 opiniones, dat cautelam idem *Gaill. num. 13.* contrahentibus sponsis, quod dicant, constituere antefatum post perfectas nuptias, prout vidi in omnibus capitulis expressum apud Notarios, in nostra vernacula lingua, *Et contratto, che sarà con la gratia di Dio detto matrimonio, si promette per quarta, & antefato tutto quello, che viene disposto dalla Regia nouella Pragmatica, volgarmente detta del Duca di Ossuna*; & sic habet locū dispositio *text. in l. 1. §. si conuenerit ff. depositi.* omni di-
38 sputatione semota, quod contractus iste legem accepit ex partium conuentione.

Circa verò quartam pauperi vxori debitam, de qua infrà cap. 5. vera existimo adducta per eundem *Fontanellam d. to. 2. clauf. 5. gl. 8. par. 10. n. 31. & seq. fol. 179.* vt vllo modo spōsæ de futuro debeatur, cum vlla termino rū paritas concurrere possit in sponsa, sicut in vxore per quos ipsa quartā cōsequitur.

DE PRIVILEGIIS MVLIERVM

SPECIALE SEXTVM.

SVMMARIVM.

1 *Vidua nomen dupliciter capi potest, & in larga signatione comprehenditur omnis mulier, quæ sine viro est.*
Dicitur à duitate, & nu. 5.
In stricta significatione ea tantùm venit, quæ virum habuit, et obijt.

2 *Vidua, vt priuilegijs viduarum gaudeāt, debent castè, & non impudichè viuere Quare tot priuilegijs potiantur.*
Omnibus destitutæ, parentes sunt primi, qui eas excoriant.

3 *Vidua in fauorabilibus omnes ueniunt, vt potiantur priuilegijs viduarum, & n. 5. & 9.*

4 *Pænalis dispositio non est ex'ēsibilis, sed restringitur ad casum proprium.*

5 *Intestabilis est, qui non potest esse testis, nec testes et deferri possunt.*

6 *Statutum prohibent ne cum bannito loquatur, non extenditur ad literas, quæ ad eum mittuntur.*

7 *Statutū prohibeas ludum taxillorum nō extenditur ad participantem in ludo.*

8 *Qui per alium facit, per se ipsum facere non uidetur in casu statuti, qui strictam recipit interpetrationē, sed habet locum tantùm de iure communi.*

9 *Viduæ, vtcumq; sint, gaudent priuilegio fori.*

10 *Statutum particulariter editum ad fauorem Reip. comprehendit, etiam viduas dato, quod contra eas sit.*

11 *Viduitas, cum sit facti, probanda est.*

12 *Vidua soluta est à legibus viri statim, ac vir defunctus est, sed quomodò hoc intelligatur.*
Gaudet in viduitate manens etiam priuilegijs viri mortui.

13 *Vidua turturi assimilatur, & quomodò eā imitari debeat, & quid de uxoribus n. seq.*

14 *Anima primi viri contristatur per secundas nuptias vxoris.*

15 *Vidua infamis efficitur per secundas nuptias, sed ista infamia potest per Principē remitti, & à fortiori ab Ecclesia.*

16 *Mulier pluries nubere potest.*

17 *Vidua nubens post annum luctus non efficitur infamis, sed perdit gloriam naturalis pudoris.*
Pænæ antiquitùs imposita mulieribus secundò nubentibus sunt sublatæ.

18 *Vidua statim quod nubat, perdit omnia lucra habita ex primo viro, quæ restituere debet filijs primi matrimonij, quod habet etiam locum in viro demmò nubente post defunctam vxorem, sed quando limitetur.*
Maritus, & uxor non debent ad imparia iudicari.

19 *Vxor amittit per secunda vota omnia conquesta ex primo viro instantibus tamen filijs, sed non acquisita sua industria licèt occasione primi matrimonij, & nu. 22.*

20 *Vxor non amittit vsumfructum per secūdas nuptias, & quid dicendum de viro?*

21 *Derattuum dictum alio uocabulo sponsaliorum largitas, ad exemplum an-*

potestati seruata forma regię pragmaticæ, debetur vidua 2. nubēti, quo ad usūfructum tantùm, non quo ad proprietatē, quod fallit in Ciuitate Neapolitana.

22 Vidua nubens cum consensu primi viri, vel filiorum, nullā pœnam legis incurrit.

Viri cupientes ne vxores post eorum mortem iterum nubant, fatui censendi sunt.

Vxores prius post mortem primi viri quærunt secundum introyre, quam primus exeat è domo.

23 *Fauori suo quilibet potest renunciare.*

24 *Legatum factum vxori si castè, & honestè vixerit, an si secundò nubat, et stuprū committat, legatum consequatur; et an sit præstanda cautio de restituendo.*

Et quid si factum, ne secundas contrahat nuptias, et fuerint tantùm contracta sponsalia.

Et quid si sit legatum vsusfructus alicuius rei absq; vlla conditione; et quid cum conditione, si lectum viduale seruauerit.

Et quid si aliàs fiat infamis, quam ex causa inhonestatis.

25 *Vidua secundò nubens, non succedit filijs primi matrimonij in ijs, quæ ipsis à patre peruenerunt, sed quomodò hoc intelligitur.*

26 *Viduę habent priuilegium electionis fori, quod etiam virgines potiuntur, et signantèr in Regno Neapolitano per cōstitutionem Feder.*

Gaudent priuilegijs pupilli.

Virgines, etsi desponsatæ sint, habent electionem fori, et quarè, & quomodò per verba de futuro disponsetur.

27 *Vidua, et virgines etiam diuites habent priuilegium fori contra opinionem aliquorum.*

Vidua diues non habet restitutionem in integrum.

Tex. in l. vnica, C. quādo Imp. inter vid. & pup. *interpetratur.*

Tex. in ritu 19. M. C. V. *declaratur.*

28 *Electio fori fit iurando perhorrescere potentiam partis aduersæ, cuius praxis latissimè demonstratur.*

29 *Electio fori in quacunq; parte iudicij fieri potest.*

30 *Appellatio datur ab omni quocunq; grauamine.*

31 *Electione fori facta per personas priuilegiatas, baro ex suis priuilegijs non potest petere causæ remissionem.*

32 *Renariatione petita per virginem, aut viduam, debet iuramentum exquiri per officiales M. C. et non committi alijs in partibus ad fraudem euitandam.*

33 *Virgo habens patrem an retineat priuilegium electionis fori, disceptatur ob facti contingentiam usq; ad n. 44. cum decisione.*

34 *Pupillus habens patrem excluditur à beneficio dictæ* l. vnicæ, C. quando imp. *&c. sic etiam quando ex contractu parētis conuenitur.*

Succedēs maiori, non habet restitutionem in integrum.

Priuilegiatus succedens priuilegiato non vtitur priuilegio.

35 *Pupillus, quis dicatur, qui priuilegijs pupillorum fruatur.*

36 *Pupillus habens patrem, non dicitur pupillus, vndè non venit sub statuto loquēte de pupillo.*

37 *Virgines quare habeant priuilegium electionis fori?*

Electio fori si denegaretur, virginib. esset contra pietatem.

38 Visconti *opinio, quod virgo patrem habens non gaudeat beneficio electionis fori reprobatur.*

39 *Priuilegium electionis fori habet locum, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, & mixtis, et non potest renunciari.*

Lex non distinguens, nec nos distinguere debemus.

40 *Priuilegia conquassantur, concurrentib. pluribus pariter priuilegiatis.*

41 *Forum quis sortitur ratione rei sitæ.*

42 *Ius suum quod vnicuiq; tribuatur in propria patria, Reip. interest.*

43 *Litium dispendijs plures depauperātur*

44 *Actori eligenti ordinarium potius statur, quam reo eligenti M. C. ex rōne hic notata.*

45 *Priuilegium electionis fori concessum viduis, prodest etiam litis consortibus, et quare.*

46 *Virgo ſtuprata ad eius iniuriam vindicandam, an poſſit vti beneficio electionis fori? & n. 47. & 48. etiam contra baronē ſupra n. 59.*

47 *Miſerabilis ſtatus eſt virginis deflorata*

Perſona miſerabiles, quę, remiſſiuè.

48 *Commodum ex proprio delicto nemo conſequi debet.*

49 *Virginitatis defloratio vi facta quomodo poſſit probari.*

50 *Vidua ſi poſt factum electionem fori, mutet ſtatum per nuptias, an electio inualidetur cum limitationibus uſq; ad n. 58.*

Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.

Affinitate finita ceſſant iura pro affinitate introducta.

Mulier maritata litigando ſi fiet vidua, trahit litem ad ſuum forum.

Text. cum quædam puella 19. ff. de iurisdictione omni iudicum *declaratio.*

51 *Iudicium, ubi captum eſt, ibi finiri debet.*

52 *Litis conteſtatio eſt lapis angularis iudicij.*

Fundamentum ſublato, corruit ædificium.

53 Marius Giurba cum iuribus adductis decis. 82. *quomodo intelligendus.*

54 *Viduę in eodem ſtatu viduitatis permanentes poſſunt etiam poſt litem conteſtatam forum eligere, & variare, imò etiam reuariare, & n. ſequenti.*

55 *Vidua laudata in autricem, non habet fori electionem.*

56 *Variatione facta per viduā ſtatim ceſſat poteſtas Iudicis electi per viam electionis.*

Vidua non habet fori electionem aduerſus ſubditos magni admiratis.

57 *Vidua ſi mutat ſtatum poſt fori electionē non praiudicat baroni.*

Baro pōt petere remiſſionem cauſæ introductæ coram Superiore per uiam electionis fori, ſi poſt datam electionem vidua ſtatum mutauerit.

Barones omnes habent primarum cauſarum cognitionem, nec poſſunt compelli ad oſtendendum priuilegium, ſed ſufficit, quod dicatur, eſſe baronem.

Barones habent clauſulā priuatiuam contra vaſſallos, ne alibi pro iuſtitia confugiant.

58 *Priuilegium Baronum generale, vt poſſint cognoſcere cauſas miſerabiliū perſonarum, an extendatur etiam ad viduas, ne valeant eligere forum.*

59 *Virgo poſt electionem ſi nubat, non præiudicat fiſco.*

60 *Vidua poteſt renunciare cum iuramento beneficio electionis fori.*

61 *Vidua tranſeunti ad ſecunda vota intelligitur nupta cum prima dote, & quid ſi filios habeat.*

Dotis promiſſio nulla expreſſa quantitate valet, & debetur arbitrio boni viri

62 *Vidua pro ſe maritanda poteſt vendere omnia bona dotalia, & obſignare dotem in pecunijs. & n. 63.*

Filia poteſt omnia bona in dotem dare pro digno matrimonio contrahendo.

63 *Mulier ſimpliciter nubendo, vlla dote cōſtituta, omnia bona ſua intelliguntur in dotem data, ſed quando, & quid ſi vidua erit.*

64 *Vidua, vt facilius maritum inueniat poteſt cū viro paciſci, quod dotem totam lucretur, relicta tantùm legitima filijs primi matrimonij, & quid de muliere quæ primo nubit, an poſſit paciſci in præiudiciū filiorum ſecundi matrimonij, ſi poſt primum denuò vxoretur.*

65 *Maritus ex diſpoſitione ſtatuti an lucretur dotem defunctæ vxoris in præiudiciū filiorum primi matrimonij.*

66 *Viduæ comprehenduntur ſub ſtatuto diſponente, quod mulieres non poſſint, niſi de quota dote diſponere.*

67 *Mulieris nomen omnes cuiuſq; ſtatus feminas amplectitur.*

68 *Vidua habent veſtes lugubres ab hæredibus viri, lectum vidualem, & alia; iuxta regionum conſuetudines, & quomodò ſeruetur apud Ianuenſes?*

69 *Veſtes lugubres an dandæ ſint viduæ ſecundò nubenti.*

70 *Alimenta viduę danda ceſſāt per ſecūdas nuptias.*

Alimentorum appellatione veniunt veſtes.

71 *Veſtes data in Ciuitate Neapolitana* *con-*

electis in functionibus faciendis, an illis finitis restituendæ sint.

72 *Vestes lugubres non restituuntur in Ciuitate Neapolitana.*

Lucra obuenta, à pro viro, an sint restituenda per vxorem, si secundò nubat, remissiuè.

73 *Vestes pretiosæ, & gemmæ an spectent ad vxorem post mortem viri.*

74 *Mariti plus expendunt in ornamentis mulierum, quam in dotem recipiunt.*

Donatio facta mulieri, & si prohibita, morte confirmatur.

Sed an requiratur in vita traditio.

75 *Donatio in dubio non præsumitur.*

76 *Iocalia in Ciuitate Ianuæ an censeantur donata vxori remissiuè.*

77 *Iocalia in Ciuitate Neapolitana, quomodò dentur vxori.*

78 *Consuetudo circa vestes quæ traduntur, & gemmas vxoris, non est scripta, & quomodò practicanda.*

79 *Iocalia non censentur donata vxori, dato maritus in ingressu vsus sit verbis liberalitatis, imo dixerit, dono, sed quando hoc limitetur n. sequent.*

In contrarium fertur noua decisio.

Decisio non est attendenda, sed quod est iure attendendum.

80 *Anulus disponsationis licèt pretiosissimus, censetur sponsæ donatus, sicut etiam gemmæ data à consanguineis viri.*

81 *Alimenta vxori debentur durante anno luctus, & quandoque, post, sed quando, & quid in hæreditate iacente.*

82 *Lectus vidualis venit ēt sub alimentis debitis vxori intra annum luctus.*

83 *Viduæ durante viduitate potiuntur prilegijs viri, sed in ijs, quæ sunt fauoris.*

84 *Statuto disponente, quod rebellium vxores eyciantur à Ciuitate, sub eo non comprehenduntur vxores viduæ.*

85 *Vidua adhuc dicitur vxor, & manere in matrimonio.*

Matronæ nomen, ex quo desumptum.

86 *Viduæ nubendo priuantur multis priuilegijs.*

Vxores præferuntur filijs in accusando viri occisores, sed quando viduæ sunt.

Possunt facere exemplarem substitutionem, sed quando.

87 *Viduæ luxuriosè viuentes non habēt aliquod priuilegium.*

88 *Mulier nobilis impudicam perdit beneficium nobilitatis.*

Pudicitia est honestas.

89 *Vxores quæ sunt causa mortis virorum, sunt infames, & indignæ omni priuilegio*

90 *Legis auxilium frustra petit, qui in lege delinquit.*

91 *Viduæ seruando castitatem æquipaparantur virginibus.*

92 *Onera è quibus erant immunes viri, nec minus viduę sustinebunt.*

93 *Vidua, an mortuo viro retineat eius dignitatem cum administratione, viduitate durante.*

94 *Viduæ effectæ moniales, vel ingressę conseruationis causa monasterium, gaudent priuilegijs viduarum.*

95 *Viduarum misereri magnum est charitatis opus, vndè non sunt calumniandæ, sed defendendæ.*

Viduarum oppressio, peccatum graue est.

96 *Dei minæ aduersus oppressores viduarū.*

Viduarum custos Deus est, qui vlciscitur iniurias illis illatis.

DE MVLIERIBVS VIDVIS.

SPECIALE SEXTVM.

QVamuis superiùs in capitulis pręcedentibus de viduis nonnulla tacta sint, & de earum ethymologia disscrtum; nihilominus hic latiùs ipsarum priuilegia, & beneficia congruenter enumeranda duxi vt infra:

Et considerando priùs viduæ nomen aduertendum erit, posse illud su-

sumi in lata,& i stricta significatione.
1 In lata vidua dicitur omnis mulier, quæ sine viro est, etsi virũ nõ cognouerit, & sic sine duitate, vt perbelle *Abb. in c. exteriore in fine de foro cõp. Bar.in l.unica ad finem C. quando imp. inter pup.& vid.Luc.de Peña in l.3.C. de priuil.schol.col.1.lib.12. Franciscus Marta Pratus olim Iudex M.C.V.to.1. discep for.cap.13.nu.22.*licèt *Azzo in summa C. de mulier. in quo loco*, dixerit virginem istam posse nominari. & ità, & largo modo vidua dicitur, quæ virum habet, sed inutilem, vt præter alibi dicta,nunc firmat *Garauita super ritu 19.n.2.& 25.per gl singularem in l.fin.C.ad l.flau.de plag. & D.Præs. Merlinus recol.memoria vol.1. controu for.cap.52.n.13.*vbi exemplificat in viro bannito,captiuo,vel cõdemnato ad regias triremes; quod anteà notarunt *Mangr.in addit. ad Bar.d.tit.C.quando Imper.inter pup.& vid.in medio, & Amendola ad Præs.de franc.decis.243.n.19.*In stricta secundum germanam interpretationem ea tantummodò vidua nuncupanda est,quæ virum habuit, & obijt *c.vidua 16.vbi gl.34.dist.Gaill.lib.1.obseru.n.42.& seq.menoch. de arbitr.Iud. casu 66 n.6.Azo in summa C. eod.tit. quando Imp.&c.lib.3.n.5. Pratus vbi sup.n.53.& Abb.in c.ne pro defectu n.2. de Elect.*vbi probatè fundat de eis tantùm intelligendum esse ex communi vsu loquendi, quæ maritos mortuos habent.& iste præcipuè sunt valdè priuilegiatę; dummodò tamen castè viuant custodientes sub viduitatis vmbra defuncti viri honoris sydus,aliàs.n.si stupri scelus com
2 miserint, omni legum auxilio indignas esse uoluit *Alc in l. malum nouis n.19 de verb. signif.& Cau.lib. vnico pract.qu.cap.7 in princ. uol.2.vbi And. de Isernia Matth.de Affl.*&alios recniculas citat.& latiùs dicemus infra *n.* 87.& tantò magis quòd ità præsumitur quoq;fuisse marito viuentè *§ fin. authent.de restitution. & ea quæ par Aldobr.inst.proæm.f.11.n.37.*

Et ratio quare tot immunitates viduis concedantur. Respondet *Alc. vbi supra nu.* 30 quod ipse credit ob sexus fragilitatem legislatores indulgentiores fuisse, sed hoc mihi nõ placet, etenim sexus fragilitas in omnibus mulieribus cõcurrit, õnes sunt naturaliter fragiles, & inbecilles; & proindè deberent cunctæ eijsdemmet gratijs gaudere, ratio vera igitur secundum me est,viduitatis,cũ statim act; quod mulier est separata à duitate viri,possunt dici clausæ fores suæ domus, nemo est, quis ipsis opem præstet;viri parentes sunt primi qui crudeliter earum iuribus refragantur, & sui proprij consanguinei non ex charitate,vel affectione ipsis inherent,sed,vt eas excoriẽt, & sic sunt omni auxilio, õni pietate destitutæ,miserrimæ,et infelices;qđ mirum igitur si in præmium, et solatium amissi viri leges eis proniores ad prorogatiuas, et largitiones ad gratias sint;&sub hãc ponderationẽ factam, vidi postmodum idem dixisse *foller.* ac si ab eo rationẽ istã trãscripsissem *super const. Regni statuimus de magist Iust.n.*107.ad quę vide etiam *D.Regentem Sanfelicium decis.* 358.*n.*54.

Sed ne incõsideratè prætereamus dicta *Abbatis supracitati* affirmantis in casu statuti,eas solùm viduas cõpræhendi,quæ morte sunt viris, orbatę,est cum grano quidẽ salis hoc aduertum, & puto distinguendum esse,quod aut sumus in odiosis,& est attendenda dispositio *tex.in præcitato c.vidua*,& doctrina *Abbatis*,vt de eis tantùm intelligatur, quę, defuncto
3 viro in viduitate remanserunt per *tex.in c.odia 15.vbi gl.de Reg.Iur.in 6. Bar.in l.quemadmodum 7.nu.4.C. de agric. & cens.lib. 11. Hippol. de mar-*
4 *sil.conf.6.n.5.*dum pęnalis dispositio non est extensibilis, sed ad casum suum proprium restringi debet *Viuius in sua sylua opin.766.n.2. Cauens. ad* ri-

ritum 276.n.25. & quamuis ex pro-
5 prietate verborum possit fieri extensio, etiam in pænalibus, vt colligitur ex *tex. in l.cum lege 26.ff. de testam.* quæ vult, intestabilem non dum admittendum non esse intestem, sed nec minus ei testimonium deferri posse,& sic vtroq; modo per extensionem interdicitur, prout ità posse dici de vidua, quæ cum à viro separata sit, siuè naturali morte, siuè ciuili, vel alio modo, ex effectu patet, ob vim verborum; dum vt supra visum est, viduitatis nomen in iure sonat, quod sit separata mulier à duitate. i. consortio viri per tex. in supra citata *l.malum §.viduam ff.de Verb.& rerum signif.* ibi *Vidua non solum eam quę aliquando nupta fuisset, sed eam quoq; mulierem, quæ virum non habuisset appellari ait Labeo, quia vidua sic dicta est, quasi vecors, vesanus quasi sine corde, aut sanitate esset, similiter viduam esse dictā, quasi sine duitate. Gaill. dicta obseruat. 1.n.43.Couar.dicto lib.vnico pract q̄st. cap.7 sub.n.2.vol.2.& Pratus to.1. dis\-scep.for.cap.13.n.24.* Nihilominus; quia ista extentio est circa latam significationē, sub qua omnes possunt dici viduæ, quę viris, vt cunq; carent in materia pænalis nō extenditur ad latam, sed restringitur ad strictam significationem; ità in terminis *Dec in l.infactum.§ in pænalibus n.10.de Reg. Iur.* excepto tamen casu, quando statutum esset principaliter præmulgatum ad fauorem reip. vt infra *n.10.*
6 sic per exemplum videmus, quod si mandat statutum, vt nemo cum bannito loquatur, non extēditur ad trāsbannito scribentē, dum impropriè,& largo modo videtur cum altero loqui, qui literas scribit ità *Clar.§.fin. suę prax.crim in 2. statuto n.3.* simili modo dicit *August.ad Angel.in tract. de malefic.in Ver.mettitore di mali dadi n.11.* quod mandante statuto, certa pæna puniendum esse ludentem ta-
7 xillis, si (vt hodie practicatur) aliquis communionem ineat in damno,& lucro ludi, etsi participet de ōni re, iste particeps, non comprænditur sub statuto ludum prohibente, & licèt possem alia multa adducere, hoc (illis relictis) tantum dicam cum *Gram.nostro voto.9.n.30.* vbi sic ait fuisse Bononiæ decisum, vt si statutum aliquid fieri prohibeat sub irremissibili mortis pęna, comprændit tantum principalem delinquentē,& nō delinqui mandantem, ex quo tu nota, quod in sta tutis limitatur reula, & pena iuris communis, vt qui per alium facit, per se ipsum facere vide-
8 atur cum puter par esse facere actum per se, quam per alium ipso madāte *c.qui facit.27.de reg.iur.in 6.l.1.§ deiecisse ff.de vi, & vi armata l.ità autem 5.§.gessisse vbi Bar.ff.de admin.tut. si quis 107.§.in seruos ff.de iurisd.omnium Iud.*,& quod eadem pęna plectatur, qui facit, quam, qui opem præstat iuxta terminos *c sicut 6 §. illi autem vbi Abb sicul.& gl.in verbo animo de homic.vol.vel casu.* quapropter possumus concludere, quod si statutum contra viduas pænale sit, non dicitur extendi ad alias sed tantum ad eas, quæ viros habent mortuos. Aut sumus in fauorabilibus,& est attendēda dispositio *tex in dicta l. malum §. viduas*, vt omnes viris quomodocūq; priuatæ mulieres compræhendatur, & sic non priuantur commodis in tali casu statuti, & priuilegijs viduarum *ità Ricc.coll.3049 & ante Couar. vbi sup.* qui latissimè fundat omnibus beneficijs iuuari viduas sub larga significatione comprænsas, vndè quæ condemnatos ad triremes, vel
9 foriudicatos viros habent, electionis fori priuilegium fouent,& alia similia, quod est cordi notandum pro quotidiana praxi, licèt *Fontanella to. 1.de pact. nupt. clau. 6 gl.11.* tangat hunc articulum *in n.84.*& nil determinatè concludat.

Nota tamē ad supradicta hāc limitationē, quod quādo ad fauorem reipublicæ aliquod statutū dictaretur

10 circa viduas, etiam quod pœnale esset, receditur à cōi regula, & per cōsequens extenditur ad ōnes viduas, quomodocunque sint, quia vtilitas publica prefertur priuatæ *de Franch. decis.590.n.8.* ità in terminis docet *Bar.vbi sup.Idem* Bar. *Bal. Angel. &* Roman.*in l.si quis in graui.§ de ijs quoq; ff. de Senatus cons. syllan.* & alij quos refert ex communi sententia *Vin. d. opin.766.n.3.*

Vt igitur vidua viduitatis fruatur priuilegijs, opus est viduitatem probare, quę cum facti sit, non præsumi-
11 tur, nisi pareat ex probatis *Danza t. 1. de pugna DD. rub. de instrumento cap. 1.n.32.*

Constito igitur de viduitate,
12 etsi *secundùm Apostol.ad Rom* 7. dicatur statim soluta à legibus viri (quādo tamen vir defunctus est) & probat *tex in c.sicut alteri q.39.in ordine 7.q. 1.* nihilominus cum suis, gaudent etiā priuilegijs mariti, vt præter superius dicta *in c.1.n.44.83.84.85.& 86.* tenēt *Tiraq. in tract. cessante causa p. 1. n.107.& 111.Costa de facti scientia centur.2 dist.91.n.11.& Pater Lain. Dominican.de rebus regularibus t.1.par. 1. tract.6.q.4.n.5.fol 59. & q.7.n.4.fol. 61.*cum *tex.*loquatur *indicto c.39 per Apost.*tantum circa libertatem, dùm volens secundò nubere, potest, cum sit primi viri legibus soluta *Costa d. centur.2.dist.12.n.56.*nam circa reliqua vsq, dum vidua est, quę defuncti mariti erant, non amittit *Reg.Rou. decis 75.n.7.* quibus quidem omnibus meritò iam priuatur, quādo turturis destituta natura, passarem imitatur, turturi non assimilatur vid ia *per P.Ioannem à S.Geminiano candidissimæ religionis Dominicanæ in summa de exemplis lib.4 cap.90.*quia vti tur-
13 turis debet esse castissima, flebilis, & solitaria, imò ad turturis exemplum, ampliùs, non nubere, post primum deperditum sponsum, sed vidua viuere, & alterum non quærere, dū statim, quod denuò nubat, effici-
14 tur primo viro infidelis, & eius anima valdè contristatur in immortali vita, vt dixi post multos alios *Tiraq. in l. boues.§ hoc.sermone n.146. & seq.ff.de Verborum signif.* vbi vtitur mantuani authoritate *lib.4. Aeneid 5.*

Nec seruata fides Cineri promissa Sicheo. Et à legibus declaratur infamis, quę fides, tanto magis seruanda est à muliere viuente viro, & imitari vel columbam, vel cornicem, quæ non audent socios decipere teste *Gennano cōmentar.Iuris lib. 1.cap.4.d.E fol.18.*(licèt hanc infamiam parui faciant hod è mulieres) & infamis, qui eam ducit *ità gl. in l.*
15 *liberorum 11. ver. non solent ff. de ys, qui not.infam.Azo in summa C.de secundis nupt.n.3.* est tamē verum, quod ista infamia potest per Principem remitti *l.solet.10. cum sua gl.ff eod.* quam à fortiori per Ecclesiam remitti posse, dum permittit, vt superius
16 dictum est *in speci.4.* quod non dùm semel, sed pluries valeant nubere mulieres, credendum est, vt in terminis tenet *Alex.ad Bar.in l.1.in principio C.de secundis nupt.Costa de facti scientia centur.2.dist 52.*quod intelligas, si nubat intra annum luctus, secùs autem, si post, vt optimè *ex Bal. in d. l.1.n.21.C.de secundis nupt.* nam tunc absq; aliqua contradictione, vlla irrogatur infamia, *vt per gl.in d.l liber-*
17 *torum, & tex. in d.l. 1. C. de secundis nupt.Sylua nupt.in Rubr. vidua non est nubendum n.48. & Cassan. ad consuet. Burg. rub.6.dos ens aus in principio fol. mihi 210.aterg., & suntiura in c.pen. & fin.de secundis nupt.&* pœnas impositas mulieribus secūdò nubētibus, hodiè esse sublatas, expressè tenet *Ang.in § legari in fin preter d instit de legatis, & Gabr cōm.concl.lib.3 de secūdis nuptijs conclus.5. Tiraq.tamen ad 9. legem connubialem.n.3.& Bal.in c.Rex pacificus in proæmio n.37.* dicit quod etsi vidua nubendo, sit expers infamiæ, nihilominus perdit gloriam natu-

naturalis pudoris;& ipse in nōnullis huius Regni oppidis obseruaui, quod mulieres viduę, putantes in infamiæ notam incurrere, post primum virum, ampliùs non nubunt.

Possunt itaq; vlteriùs post viduitatem alios viros quærere mulieres absq; infamia, est verum, sed non absq; pœna, eum cautum iure sit, vt statim post secundas nuptias dominiū
18 perdat earum rerum, quas titulo lucratiuo, & ex primi viri liberalitate consecuta erat, & eas filijs cum dicto viro procreatis restituat secūdum terminos *l.2.& l.fœmina 3.C.de 2.nup.& §.si verò ex pectet cum §.seq.auth. de nupt.* de quibus §§. est indè edita *auth. hęres, C. de secundis nuptijs*, vbi *gl. Antonius Gabriel. in dicto titulo de secundis nupt. concl. 1.2.& 3. Costa de facti scientia cent.2 dist.52.n.3. Viu. opin.535 .n1. Surd.dec.199 & de Franch. decis.595.632. 665. n.4. & 666.* & vide *Mynf.centur.5.obser.24.per tot. Boer. decis. 185. numer. 7. et 8. Borr. summa decis. lib. 3. tit. 2. numer. 49.* & an præfata, & præcedant circa arrham, vel sponsaliorum largitatem, latè *Sanchez de matrim.lib.6.de donat. disp. 141. tom. 1.* quod similiter procedit in viro denuò nubente, vt & ipse quoq; in odium non fidelitatis seruatę primæ vxori quicquid per eam lucratiuo titulo adeptus fuerit, amittat, vt pulchrè *D.Præs.Merl. ex pluribus tenet to.1. controu.for.cap.*
19 *32.numer.18.Surd de aliment.qu. 46. in fine*, ac vide latissimè congesta per *Ricc.coll. 3381.* sed filijs non extantibus, mulier nubendo nil perdet secūdùm *D. de Affl.decis.61.nu.6. & Dec.* infra citandum *in cap.sancta Marię*, acquisita viro sua industria occasione primi viri: ad eius liberos nō spectare docuit *Fētan.t.2.de pact.nupt. clauf. 11.gl. vnica. numer. 39.fol. 621.* & meritò cum maritus, & vxor nō debeant ad imparia iudicari secundū *Consiliar.Marc.Marcianum vol.2.cons. 51.n.5.* sed hoc limita per dicta *Ma. full.ad. apyc.dec.118.n.6.* si adsint filij, & viua matre nō fuerint conquęsti, nā tūc tāquā sui hæredes, nō poterūt vti
20 iuribus, quę, vt filij pro restitutione fouebant; verumtamen, non amittunt ob secundas nuptias vsumfructum vsq; dū ipsa mulier, vel maritus respectiuè denuò nupti viuāt iuxta terminos *l hac edictali. 6.§. his illud*, vbi *Salyc. C.eo.supracitato de secundis nup: auth.ex test.C.eod.de Affl decis.75.n.4. & de Franch.decis 18 circa finem*, sed in hac Ciuitate vllum habebit super bonis dotalibus pater vsūfructū teste *Carneval.ad apolog.decis.Rou.87. n.17.post.tract. de ind.tom 2.fol.4.* & hac theorica potest applicari ad praxim *prag. vnica sub tit.de dona propter nuptias*; qua dispositum est vt mulieri contrahenti illicò censeatur factum donatiuum à viro ad rationē ducatorum 8. pro centenatio, vndè introductum est, quod tabelliones in pactis dotalibus semper stipulantur, quod vir spondet antefatum, & donatiuum rest, ectu dotium seruata forma R.prag.& sic practicatur
21 in Regno, quod soluto matrimonio, vidua petit ab hęredibus viri antefatum, & donatiuum prędictum, quod donatiuū, non deberi puto, quando iterum nubat, sed tātum ei (vt de antefato praxis est) ad plus interesse, ad eandem rationem pro dicta quantitate, ipsa viuēte, attenta dispositione *d.l.hac edictali.* In Ciuitate vō Neap. in qua floret summa nobilitas, aliter seruatur quod tempore, quo nuptiæ cōtrahuntur indicibili animi prodigalitate quisq; iuxta suum statum, non loquendo de plebeis) sed de ciuilibus personis mittit sponsæ fidem scriptam de credito alicuius publici banci; vt pecunijs in ea descriptis, ad suum libitum vtatur, & hoc est pro donatiuo *in dicta regia prag.* taxato, de quo latissimè loquitur *D. de Franch.decis 503.n.3.& 4.& 5.* vbi dicit istud, sponsaliorum largitatem alio vocabulo nuncupari, quod

cum consumptum reperiatur, illud in casu tradito viduitatis,nō seruatæ, repetere durum est per *tex.in l.3.ff. de compensat.*

At hæc omnia cessant, quando mulier nubat cū cōsensu primi viri, puta si dixerit in suo testamento, volo, quod post meum occasum, vxor
22 mea conuolet ad alias nuptias, vel non sint bona acquisita mariti contēplatione, quia illa non amittit, ut supra diximus *n.19.*ità *Dec.in c.Sancte Maria de Constit. n. 123. 124. & 125.*& *Viscon.in suis concl.iuris in ver. mulier f.188.col.2.in principio*, & istis sit eorum anima benedicta semper, & non ijs, qui maritali amore affæminati, sed melius dicam allucinati, ac si vxorum delitijs post obitum, vellent frui, sibi ipsis polliceri exposcunt de alijs non quærendis viris, prout ego multos fatuos hoc postulasse cognoui, putantes eis seruandū esse promissum, ò dementes, & insani, et quomodò ignorāt leuitatem, et infidelitatem huius sexus, de quibus dixit *Lud.Ariost.can.28.*

Non era colpa sua più, che del sesso, Che d' vn sol homo mai non contentossi.

& priusquā mittāt mortuū ad sepulturā, quęrunt uiuum ad crura, & inter amaritudines luctus, miscent pocula consolationis, et prius gustant calicem risus, quàm fletus; sic etiam prędicta non procedunt, quando de consensu filiorum nubat vidua ma-
23 ter, qui sufficit, etiam si tacitus sit, per *Costam de facti scientia inspect.51 n.2.*quia cum, vt dictum est, in eorū fauorem cadant, ipsisq; accrescant, quæ mater secundò nubens amittit, videntur eorum fauori renunciasse, quod iure fieri potest per *tex. in l.si quis in conscribendo la penul. C. de Pact.* dùm hoc priuilegium non prohibitiuè, sed permissiuè videtur mulieribus cōcessum iuxta terminos positos per *Mauritium de Alesio de renunciationibus cap.3.n.5.fol.122.*

Hinc videmus, quod si vir reliquerit vxori vsq; dum castè, & honestè viuat aliquam rem; si secundò nubat, non consequitur legatum secūdùm tradita per *Tiraq. in d.l.bones eod. §. hoc sermone n. 148. & seq. ff.de Verb.sign.contra Gaill.pract.obser. lib.2.obseru.98. in fine*, trāseuntē per
24 articulum sicco pede, & videas *Pasch. de patria pot.parte 3.cap.10.n.61.62. et 63.*& in hoc oportunè nota, quod si clàm stuprum commiserit, etsi ipsa sola, quæ deliquerit, sciat, q̄a castè non vixit, in conscientia, non poterit retinere rem legatam. *Clau. Regia lib.8 cap.2.nu.8.*sed si sponsalia contraxerit, non erit in pæna cum non possit dici matrimoniū secundū dicta *Reg de Marinis to.2.var.resol.resolut.127* per *tex.in l.soles 10.ff.de his, qui not.infam.*& diximus sup *special. 4.n.43.*

Et quid si vir non adiecta hac cōditione, si castè, & honestè vixerit, simpliciter aliq̄d leget vxori, an nubendo legatum consequatur? & distinguendum esse puto, vt magis inclarescat veritas, q̄ aut nubit intra annum luctus, aut post, si post; legatum debetur, si ante, cadit à iuribus suis, prout in terminis est *tex. in l.1.C.de secundis nuptijs*, vbi *Bal.n.6.* dicit hoc habere locum, tam quo ad proprietatem, quam quo ad vsumfructum, adducit rationem *Alex. ad Bar.in d.l.1.*quia offendit animā primi viri, sequitur *Ron.conf.98.n.6. vol. 1. Sanch. de matrim.to.2.lib 7.disp 91. n.12.*& propterea tanquam ingrata legato priuari debet, & illud applicari filijs, vel alijs proximioribus defuncti hæredibus *gl.in d.l.1.in princ. Alex. Trentacinqs.conf.60. in secundo dubio.vol 2.Viscon in conclus.iur.* vbi alios cōgerit *in Ver.mulier cui &c.fol. 187. Sylua nupt:Rubr. Vidua nō est nubendum n.49.et Boer.dec.186.*

Quando verò legatum est, dummodò secundas non contrahat nuptias; post annum viduitatis elapsum,

vt ex *Sanch. vbi sup. n.* 11. poterit legatum petere; sed tenetur iuratoriã præstare cautionẽ de re legata restituẽda, vna cũ fructibus, si nubat, *text. est in auth. Cui relictum C. de indicta viduitate*, et latissimè *Ludou. decis.* 187. *n.* 2. *et* 3. *vbi* Olluer. *Gratia. discep. for. cap.* 5. *n.* 30. & diximus *sup. cap.* 3. *special.* 4. *n* 43. ait tamen *Bonac. tom.* 2. *de contractib. disp.* 3. *q.* 17. *puncto* 8. §. 4. *num.* 26. *fol.* 791. quod si commiserit strupum, cum non dicatur secundò nupsisse, non priuatur legato ãte iudicis sẽtẽtiã: tamẽ si nõ res aliqua, sed alicuius rei vsusfructus relinquatur simplicitèr absq; aliqua conditione, licèt per ius Codicis; vt *in l. vnica. C. si secundo nupserit mulier: vbi* latè *Bal.* illud per transitũ ad secunda vota amitteret, attento tamẽ iure nouissimo authenticorum, vt *in* §. *si verò solum coll.* 4. *auth. de nup. & auth hoc locum vbi gl. C. nup. citato tit.* legatum consequitur, dummodò tamen à testatore expresè iniũctũm non sit, non deberi vsumfructum, si secundo nubeat, nũ c. n. non e st ex dispositione iuris; sed ex lege, quam imponit testator rebus suis, quod facere potest, vt in §. *disponat auth. de nupt.* sic etiam si legatum fiat sub his verbis, si lectum vidualem seruauerit, debetur vsq; dum sit vidua, & si 25 nubat, debet perceptos ex legato fructus restituere iuxtà decisionem *D. de Franchi.* 231. *per totam* in casu itaq; quod vsusfructus simplicitèr relinquatur, & illud deberi probatum est, seruandi sunt modi, quos tradidi superius de mulieribus vxoratis *n.* 43. deberent itaq; cauere viduę à binubitu, dum eas à tot beneficijs priuat, sed quæ dixi, pauca sunt, quod plus est, interdicuntur succedere filijs in ijs bonis, quæ ipsis à patre peruenerũt, & reputantur tãquã extraneæ, prorsùs maternitate deperdita: §. *hinc nos auth. de nupt.* §. *cũ igitur de nõ eligãdo secũdo nubẽtes auth. ex testam. C. de* 2. *nupt.* intellige tñ secũdũ præfata iura circà proprietatẽ, nõ circà usũfructũ, proùt declarãt etiã *Gomes ad ll.* 14. 15. & 16. *Tauri. n.* 7. & *Rou. vbi supra n.* 4. sed quia uis luxus potentior est interesse, quamuis naturaliter auarissimæ sint, ammittunt pro vno actu quamplurimas res, beneficia, & priuilegia.

Quorum præcipuum est, quod notatur *in l. vnica C. quando Imper. inter pupill. &* Vid. dum in eorũm peragẽdis litibus in uiduitate manentes 26 fæminæ, habent fori priuilegium *Foll. pract. crimin. Rubr. audiantur excus. nu.* 77. *& seq. de Affl. super const. statuimus n.* 14. *& seq. de off. magist. Iust.* & sic uerificatur, quod dixit *id. de Affl. super constit. lege præsenti n.* 4. *De dandis aduocatis*, nempè uiduam gaudere priuilegijs pupilli, quo priuilegio etiam uirgines frui per extentionem, & interpetrationem DD. in illis Verbis *dictæ l. vnica* §. *primo, s. alys*[?]*; fortuna iniuria miserabiles*, est omnium communis sententia, ut per *Pręs. de Brãch. decis.* 100. *Giurba decis. Sicilia* 82. *Prat. discept. for. t. tit.* 13. *n.* 58. *diffusè Couarruu. pract. quæst. lib. unico cap.* 6. & 7. *Sanfelic. decis.* 73. *n.* 13. *Castill. decis.* 48. *n.* 11. & *Mastr. decis.* 127. *vbi num.* 10. dicit, idem intelligendum esse de uirginibus etiam desponsatis, sed per uerba de futuro; ratio est, quia adhuc uirgines sunt, quem uideas quomodò despõsare per uerba de futuro etiam declaret, sequitur *Menoch. de Arbit. iud. lib.* 2. *cent.* 1. *casu.* 66. amplians & extendens fauorem *d. l. vnicę*, ad quam plures alias personas; quibus nescio si in praxi sit usu receptum, quod tale beneficiũ concedatur. In Regno uerò nostro est assentatum per peculiarem constitutionem Imp. Federici, quæ incipit *statuimus de officio magistri iustitiæ.* & sic testatur Gallup. *in praxi Sacri C. lib.* 2. *cap.* 6 *n.* 56. 27 quod Priuilegium electionis fori potiuntur tam virgines, quam uiduæ dato, quod diuites sint *secundam* Amat.

Amat. tom. 1. resol. 10. num. 15. Pasc. de pat. par. 2. cap. 2. num. 96. de Affl. super const. l. præsenti de Dandis aduoc. n. 5. & Menoch. de Arbitr iud. casu. 66. n. 13. contra *Campagn. in c. Regni 250. de Veolentijs n. 13. Sãfel. decis. 133. n. 7. &* Cara. *sup. ritu 19. n. 11.* cuius opinio fundatur in diuersa ratione, ex qua non potest fieri illatio, dũ in dicto ritu precipitur, quod nil fisci patronus recipiat pro defentione causarum pupillarum viduarum, & miserabilium: vnde, quando vidua diues est, non debet hac immunitate gaudere secũdũ *dictum Carauitam*, quod non potest adaptari in casu *d. legis vnicę* pro fori electione, quæ datur viduis, quæ sunt *in d. l.* nominatæ, non tanquam miserabiles, sed tanquam viduæ, quæ, & ratione sexus, & ratione status potius oppressores, quam defensores inuenire possunt, vt supra posuimus *n. 2. et. in hoc est tex. in Rub. de legitima patronorum, & deleg. parentum tutela inst.* & sic non obstantibus diuitijs, priuilegium dari cõstat ex *decis. de Franch.* 100. de qua meminit *Cõs. Spaib. t. 2. resol. 155. à n. 57. ad 70. Musc. in sua praxi gl. competens n. 73. partę 2. lib. 3.* præstito tamen prius corporali sacramento per ipsas eligentes, quod perhorrescunt potentiam aduersarij & propterea eligunt forum, vt legitur in *d. const statuimus, & in ritu* 228.

28 *Azo in summ. C. præcitato tit. quando Imp. inter vid. & pup. n. 1. Prat. d. cap. 13. n. 2. D. Pras.* Merlin. *lib. 1. controu. for. cap. 86. n.* 8. alias. n. si iuramẽtũ nõ deferatur, electio fori inanis esset secundum *d. D. Merlin. vbi sup. & Dãza de pugn. doctorum to. 2. de electione fori cap. 1. n. 6. & 7. & de Franch. decis. 257. n. 2.* quo delato iuramento, non poterit amplius inferior iudex procedere ad ulteriora in causa, & procedendo omnia acta erunt nulla. *Mastr. vbi supra n. 3.* & in M. C. V. obseruant Iudices, quod si adest speciale mandatum viduarum eligentiũ ad perhorrescendam potentiam partis aduersæ, expediunt prouisiones decisiuas; quod stante electione fori facta, amplius iudex à quo non procedat: quando verò nõ adest speciale in hoc mandatum, expediunt similiter prouisiones, sed cũ hac conditione, nempè iurata prius in partibus perhorrescentia coram Iudice inferiori, de cuius grauamine dubitatur, quo in casu sufficit, si verbalitèr vidua dicat iuro perhorrescere &c. est verum, quod annis decursis non nulli zelosi iudices dictæ M.C. nolebant admittere electionẽ cum iuramẽto præstãdo in partibus, sed exquirebant mandatũ proprium ad iurandum perhorrescere, & tunc vllus alius ordo seruabatur, nisi quod præsentando procuratores tale mandatum, in comparitione dicebant iurare in animam constituentis perhorrescentiam partis, quod post modũ nõ fuit obseruatum, erat friuola sollemnitas ad impediẽdum recursũ cõfugiẽtiũ ad superiorũ iustitiã, sed sẽper postmodũ practicatũ, iurata prius perhorrescentia in partibus, vbi resident virgines, vel viduæ, aut aliæ sic priuilegiatæ; qui recursus pro electione fori, & iurare perhorrescere aduersarij vires, potest fieri in quacunque parte iudicij, etiam post sententiam in secunda

29 instantia, vt tenet *Viu. opin. 368. in fine*, reprobata opinione *Camp.* dicentis, quod aduersus iuratam perhorrescentiam, cõpetebant defensiones, nàm si hoc esset, vnquam daretur electio, vndè *Pros. de Franch.* omni quæstione semota *in decis. 257.* dixit, sufficere, si dicatur, quod iurat perhorrescere, cui iuramento omninò standum erit, & est casus singularis, vt metus probetur per iuramentum, vt optimè habetur ex *Decio de reg. iur ad l. 29. in omnibus n. 11.* est ratio secundùm me, quia potest esse, quod iudex heri bonus, hodie prauus fiat, & sic quando cognoscit

eum

eum eludicare pro instruendo aduersarijs, qui ad ipsum coinquinandum, uel ære, uel amicitia, uel minis usi sunt, & sic quando cognoscunt se grauari, possunt ad superiores cõfugere ad instar appellationis, quæ datur ab omniquocunq; grauamine *c. vt debitus honor.* 59. *de appellat.* alias enim si tempore præcluderetur via regressus, tollerentur defensiones hominum coram iusto iudice, quæ nec minus diabolo auferendæ sunt, & est notandum, quod facta electione prædicta, barones vigore suorum priuilegiorum, non poterũt petere
31 causæ remissionem, ità *Borr. ad Bellugã in spec. Principum Rub.* 21. §. *ex quo prediximus vers. vigesimo octauo limita col.* 2. *fol.* 48. vbi plures circà hanc materiam adducit authores.

In reuariatione verò, quæ etiam virginibus, & viduis competit, non debere committi in partibus iudici-
32 bus inferioribus sacramenti receptionẽ super phorrescẽtia ad euitãdam aliquam collusionem, & occasionem peierandi, tenuit, *Capibl. super prag.* 8. *c.* 8. *de Baron. cap* 44. *n.* 8.

Sed circà materiam hanc, in facti
33 contingentia hæsitatum fuit in hac nostra Magna Curia Vicariæ, an virgo patrem habens, possit tali priuilegio electionis frui? causa tractabatur cum viduis paritèr priuilegiatis, pro quibus adducebat aduersarius meus *decis. Præsid. de Franch.* 671. de
34 qua meminit *Reg. Rou. decis.* 49. *n.* 1. vbi fuit dictum excludendum esse pupillũ à beneficio *d. l. vnica.* qui patrem habet, proùt etiã tenet *Capibl. vbi sup. n.* 13. *& seq. Thor t.* 2 *comp. dec. ver. restitutio in integrũ f.* 602. & proptereà idẽ de virgine firmandum erat pro eius exclusione; proùt etiam ab eodem priuilegio esse exclusum, quando ex contractu patris conuenitur, cum non possit declinare forum paternum, concluditur apud eundem *Præs. de Franch. decis.* 553. vel si tamquam hæres conueniatur secundum eundem de *Franch. decis.*

364. est ratio, quia priuilegiatus succedens non priuilegiato, non vtitur priuilegio *l. Æmilius Largianus* 39. *ff. de minor.* proùt in terminis dixerunt de *Afflict.* & addentes ad eum, quod si minor succedat maiori, non habet beneficium restitutionis in integrum in *decis.* 212. *gl. & DD. in l. interdum* 20. *ff. de minor.*

Attamen ego Virginis partes tuẽdo contrarium sustinui ex infra adducendis iuribus, & rationibus, quia longè distàt causa pupilli degentis sub paterna potestate ab illa virginis, dùm pupillo datur priuilegium istud eligendi forum, quando
35 pupillus est, sed nõ quãdo patrẽ habet, vel sit in aui potestate p *decis. de Franch* 671. quo in casu mutato nomine, non pupillus, sed minor dicitur, paterno non destitutus auxilio, vt notatur in *l. pupillus* 234. *ff. de verb.*
36 *& rerum signif. Hostiens. in summa de desponsat. impub. n.* 1. *Reg Sanf. l. d. decis.* 134. *n.* 4. *Muscat d. gl. compotens n.* 71 *fol.* 25. & in terminis postmodum vidi sic renuisse *Prat. vbi sup. n.* 38, ità, quod in statuto loquente de pupillo, non veniat impubes patrem habens, in cuius potestate sit, vt habetur per *Angel. in l. quam tuberonis* 7. §. *pupillum, sed in tex. meo incipit tàm autem pupillum ff. de peculio,* quem adducit Aldobr. quoq; *in* §. *pupilli ius inst. qu. b. Mo. tutela finitur,* & in terminis sic fuisse decisum testatur de *Frãch. d. decis.* 671. quod deindè *Visc. ad eumdem de Franch. decis.* 100. iterum decisum refert. At virginibus datur simplicitèr, vlla præscripta ætate, nec aliqua paterna potestate considerata, sed tantùm ratione miserationis, & miserabilitatis sexus secundum DD. omnes, & eundem *Pres. de Franch. decis. superius alleg.* 100. *cũ Ioãne Maria Nouario de fori*
37 *electione sectione* 2. *q.* 7. *n.* 36 quod si eis negaretur à magistratibus, esset contrà bonos mores, & tolleretur misericordia iuxtà tradita per *Ma-*

full.

full. ad Capyc. decis. 160. & discusso articulo tempore dicti *D. de Franch.* inclinauit ad fauorem virginis (etsi decisio non fuisset secuta) sub potestate patris existentis, vt legitur in *d. decis.* 100. cum qua doctrina, & opinione cęteri indè scribentes transierunt vti *Reg. Rou. d. decis. 49. n. 12. Petr. ad Capyc. allegata decis. 160. n. 2. & Danza to. 1. de Pugna DD. ad Rubr. de remiss. causarum cap. 2. nu. 3. &* 22. atq; nouissimè his ânuit *Michael. Ang. gizz contrà suum D. Reg. Capyc. Latro obseruat. 54.* & concurrit cum *dec. s. adducta per Prat. vbi sup. n.* 102. ad virginis fauorem.

Nec obstat, quod *Visc. ad dictam decis.* 100. *Praes. de Franch.* dicat in eadem aulam per S. C. fuisse contrarium decisum, quia nec rationes, & iura aliqua adducit contrà tradita per *dictum Praesid.* nec registrũ *dictae decisionis*, sed tantùm allegat
38 *Io: Carolum Vitellium* sic dixisse, in quibusdam suis allegationibus, nec ipse *V. s.* fuit de corpore dicti *S. C.* cui credendum esset de indicata decisione contrà opinionẽ *D. de Frãch.* & propterea nulla de hac inani attestatione erit habenda ratio, prout ponderatis dictis *eiusdem Visc.* illam prudentèr improbat *Pratus vbi sup. n. 42. & 43.*

Quod priuilegium non dùm in
39 criminalibus, vt pars asseuerabat, verùm etiam, & in ciuilibus, & mixtis procedere satis paret, nàm cum lex indistinctè loquatur, distinguere nos non debemus secundùm *Bar. & gl. in l. de pretio 10. ff. de pupill. in rem act. Surd. decis. 229. nu. 3. Cacher decis. 180. sub n. 10. Freccia de subfeudis lib. 2. vers hic quaero. nu. 9 fol. 308 in vltima impressione, & Bologn. in l. 1. nu. 176. vers sexto facit ff. sol. matr.* imò quia plus, non potest tali beneficio renunciari secundùm *Praes. de Franch. decis. 192 n. 7.* & tanto magis in casu nostro, in quo non datur facultas eligendi forum ratione actionis, quod debeat esse illa ciuilis, vel criminalis, sed causa miserationis, quę non habet limitatos fines, nec ad casus particulares ristringitur, sed vtcumq; oportuerit, priuilegiaris libebit variare forum, vt clarè colligitur ex *ritu 233.* Ibi, *Tam in ciuilibus, quàm in criminalibus*, & sic notauit in terminis *Petra vbi sup.* & antè *gl. in supracitata const. statuimus n. 40. col. 2.* per hæc verba. *Quando Imperator indistinctè loquitur non distinguendo in criminali, vel in ciuili, sic indistinctè intelligatur*, voluit idem *Matth. de Affl. super eademmet const. statuimus nu. 13.* vbi etiam *Foller. nu. 132. & Nouar. vbi sup. à nu. 25. vsq; ad 34. & seq.*

Cumq; vt indicaui ageretur causa inter virginem meam clientam, & viduas pariter priuilegiatas; adduxi in eius fauorẽ communem regulam,
40 quod priuilegia conquassantur, ex *l. & miles 10. ff. de Exc. tut. l. fin. ff. qui pot. in pign. hab. l. 2.* vbi *Bar. & Castr. C. de priuil. fisci, Hieronym. Ferdinand. Miscell. Iur. disp. 2. n. 7.* Mar. *suo speculo Rubr. à sit iudic. conuent. n. 43. fol. 128. Capyc. decis. 129. n. 11. & 12. Carleu. de iudic. to. 2. lib. 1. tit. 3. disput. 31. sup. n. 3.* faciunt dicta *Aret. in §. rursus n. 3. de action.* Mars. *sing.* 99. & optimè *Couar. lib. vnico var. resol. cap. 7. n. 4.* qui omnes concludunt, quod priuilegiatus, non vtitur priuilegio contrà alium priuilegiatum; & proindè causa remittenda erat Baronali curiæ originarij oppidi, non obstante electione fori facta per dictas viduas iuxtà notata per *Giurb. d. decis. 82. n. 8. Petram vbi sup. Capibl. super dicta prag. 8. cap. 4. 2. n. 10. to. 2. de Baron. & Ricc. ad Praes. de Franch. decis.* 188. dùm in Regno nostro est semota disputatio, quę subtilitèr fit per *Menoch. in fracti tandum*, an ne detur priuilegiorum, conquassatio in paribus priuilegiatis; & quis magis priuilegiatus sit, & præferri debeat, & si competat, vel non electio, & remissio, cùm apud

D. Praes.

D.Praes.de Franch. vbi latissimè *Amendola decis.*188. decisum sit priuilegiatum aduersus alterum priuilegiatum priuilegio fori vti non posse, & *decis.* 553.*nu*.4.*& Muscat. part.*2.*gl.competentes n.*86.R. *Merlin. to.*1.*controu.for. cap.*13.*in princ.Marsil.sing.*98.est *ritus M*.C.228.vbi latissimè Carauita.*Rou. super prag.*4. *n.*46.*&* 47.*de possessorib. non turb.Tiraq.de priuil.piae causae prin.* 26.*fol.*28. *ver.cõtrarium tamen.Belleg. in speculo Princip. rub.*21.*num.*5. vide Bald.*in l.iubemus*, vbi *addentes litteras B.C. ad Trebellia.Ripa in l. priuilegia, nu.*2.*ff. de priuileg. cred.* & eundem *Bald. in c. auditis.de in integr.rest.* vbi dicit hoc procedere in eadem causa, secùs autem in diuersa, quod idem *Menoch.casu* 66.*n.*30. indè summopere commendauit, latè hoc benè, & iure procedere fundat, etiam *Couar. d.cap.*7. *nu.*4.*& Reg. Sanfel. decis.*73. *nu.* 12. licèt *Fontanella to.* 1. *de pactis nupt.claus.*4.*gl.*11.*nu.*86. in hoc indeterminatè loquatur, & tantò magis, institi causam remitti debere ad Iudicem originis, quia dicta virgo intentauit reiuendicationem super nõnullis bonis sitis in loco sui domicilij iuxtà dispositionem, *tex.in l.fin.* C. *vbi*
41 *in rem actio,& c.Sane.*3.*de foro compet.* ac faciunt dicta, *Praes.de Franch.decis.* 389. & non sinè potenti ratione, cùm Reip. intersit, vnicuiq; ius suum tribui in propria patria, nè litis
42 peruersis sumptibus alibi fatigentur, de hoc est mihi Author, *tex.in c. Caroli.* 1. Quod decretum apud *Ant. de Nigris de offic. iustitiar.* vbi mandat Imperator Regenti M.C.V. nè trahat ad se remotos ad litigandum, cuius verba sunt. *Et prouincialium dispendijs ipsos ad remota loca ad iustitiam non vocando post curiam per te quantum potes cum salubritate procures.* Ad quod quidem hodie cũcti iudices particulari diligentia inuigilare deberent, cùm ipsi experti sint ex parua lite, in his Regijs Tribunalibus, diuites, deuenisse miserabiles, & impendisse
43 certam eorum substãtiam pro incerta lite prosequenda, & forsan his omnibus perpensis ab *Isernia in dicta constitutione statuimus col.*1. *nu.*50.*fol.* 63. ipse docuit. *Quòd si actor eligit ordinarium,& reus eligit M.C.statur po-*
44 *tius actori,nàm tùnc reus videtur esse in malitia, maximè cum testes, & alia necessaria commodius possit habere in sua prouincia, quàm extrà.* Quae verba adeò satisfacerunt menti *Matth. de Affl.* integerrimi ministri suo tempore, quod de verbo ad verbum transcripsit *Iserniam super ead.constitutione statuimus nu* 20. Et ex his discusso articulo in aula referente D. Carolo de Amato iudice omni maiori dignitate meritissimo, fuit decretum, causam remittendam esse Curiae loci originis ad fauorẽ virginis. 6. *Februarij* 1651. *actuario Zaccharia*, & sic antè obtinuisse in Regia Audiantia Principatus vltrà, testatur, *Danza de pugna Doctorum,to.*1.*cap.*12.*n.*22.*&* 23.

Sed an priuilegium *dictae l. vnicae*, quod fouent virgines,& viduae prosit etiam litis consortibus? disputat *Couar. d. c.* 7.*in fin.& Mar. Giurba decis.*
45 82.*nu.* 1.qui affirmatiuè concludunt, ea potissima ratione, nè scilicèt continentia causae diuidatur secundum *Matth.de Affl.decis.*227.*&* 354.*nu.*13. *Capyc.decis.*122.*Thes. decis.*177.*nu.*5. *& Vin.decis.*521.*nu.*18.ac faciunt adducta decisiuè per *Pratum d.cap.*13. *à nu.*46.*ad* 49.*& per totum.* à quibus videtur discedere *Carau.super ritu* 231. *in fine*, vbi dicit, quod si cum persona priuilegiata esset admixta alia non priuilegiata; tùnc ratione connexitatis causae coram primo iudice deberet determinari.

Alter casus est dubitationis, an virgo si fuerit stuprata; possit ad eius iniuriam vindicandam vti beneficio
46 *dictae l. vnicae*? Et DD. in hoc diuersimodè senserunt; ait enim *Carau.supra citato ritu* 19.*nu.*25. non vidisse ab alio hanc tactam quaestionem, & inclinat in partem affirmatiuam, quam

Hh post.

postmodum substinuit, & terminauit, *Pres. Vinc. de Franch. decis.* 599. & meminit *Danza d. to. 1. de pugna Doctorũ. cap.* 12. *n.* 21. *Pasi. de Prat. potestate cap.* 2. *par.* 2. *nu.* 95. & recentissimè sic decisum adducit *Gizzius obseru.* 53. *nu.* 9. *Capiblanc. verò super prag* 8. *cap.* 54. *n.* 16 *vsq; ad finem, & pragmat.* 19. *nu.* 66. distinguit, quod aut per vim passa est stuprum, aut stupro c nsentit, primo casu, non debet amittere priuilegiũ corporis cùm retineat priuilegium animæ, vt supra dixi *hoc met capite, speciale* 3. *num.* 4. & si ex violentia non amittit aureolam, vt fundat *Danza d. to.* 1. *cap.* 2. *de remiss. causarum. nu.* 30. nec minus debet perdere forum, *Anton. Solae. ad consuet. sub and. rubr. de causis miserabilium gl.* 2. *num.* 6. *& seq.* quo argumento vti etiam videtur *Carau. vbi sup.* sed dato careat virginis nomine ob defloratum virginitatis florem, quod non conceditur, poterit saltim forum eligendo conquæri tanquàm vidua, dum vidua dici potest iuxtà superius tradita *nu.* 1. 3. *&* 5. & perpendit *Carauita ibidem*, & tandem quando aliud nõ prodesset, tanquàm miserabilis persona, non poterit hoc fauore priuari, cum adhùc ipsis concedatur per *Menoch. d. casu* 66. vbi cunctas personas miserabiles connumerat, de quibus etiam de *Affl. decis.* 275. *nu.* 1. *Regent. Sanfel. decis.* 134 *nu.* 2. *& Amend. ad decis. de Franch.* 243.

47 *nu.* 4. & q æ maior miseria, & quis vnquam miserabilior status esse poterit virginis defloratæ? Virgo nàmq; non est, quia fuit stuprata, vxorata non, quia virum non habet, & vidua nec minus, quia omnia viduitatis cõmoda non potitur, sed spoliata honore, subest honoris vltionibus, & quos parentes chariores potuisset habere ob fœdatum eorum decus, illi sibi erũt crudeliores inimici; potest reuera deplorari status eius, & misereri; nàm licèt vis forsan interuenisset, non per hoc non dicitur ostium apertum; & spoliata bonis domus videtur per latrones, siuè fores frangant, siuè vestem aperiant, iam dominus damnum sentit, resq; suas amittit: itàq, dato nil operaretur violentia, & quod non tolleret virginitatem ex his alijs adductis rationibus, non debet virgo deflorata vi, fori electione priuari. Secundo casu si consentiat in peccatum, peccati pœna est, vt priùs Diuinam, deindè humanam gratiam perdat, quæ nàmq; misericordia poterit inueniri in opem eius, quæ voluntariè se damnauit, pereat igitur si periculum dilexit, & hoc legitimo iure, nè ex

48 eius infamia, & errore commodum consequatur secundum *Cassan. ad consuetud. Burb. rub. des Droiz. & appertenances.* §. 19. *ver. & ex his sequitur n.* 2. *fol. mihi* 188. *col.* 1. *in princ.* sed dubium cadit, quando, & quomodò valebit de violentia virginis illata ar-

49 bitrari? Et in hoc duplicitèr potest considerari, vno modo, vt dixit *Capibl. vbi sup. n.* 18. *&* 19 & erit tantùm suasio, allectatio, promissio, & similia, quæ notantur in *l.* 1. §. *fin. ff. de Extraord. crim. & per Bal. in l. raptores ad finem vers. vlt. no.* C. *de Ep. s. & cler. addent. ad Abb. in c.* 1. *de adult. & stupro in princ. & Angel. in* §. *sancimus auth. de lenoc. & in tract. de malef. ver. adulter ũs* & quia mulier fragilis est, & cupit vel aliquid obtinere, vel libertatis gaudere thesauro per desponsationem futuram cum amasio, & nesciunt, quod est perpetuum seruitutis vinculum; & hæc violentia erit, sed non propria, & de facili euenire potest, & rapta, & deflorata remanere. Alio verò, & suo proprio modo considerata violentia erit secundum eundem *Capibl citato loco nu.* 17. & eius probatio mihi videtur difficilis, quando nõ vis verborum: sed corporis interuenit; & hæc impossibilis est citrà virginis consensum cum eam renuẽtem, nec minus duo compellere poterunt ad concubitum; traditur, & vulgo circumfertur, quod *Regens Sanfelicius* summa integritate, & animi iudicio

præ-

prædītus cùm esset afflictus clamoribus, & importunitatibus cuiusdam fœminæ, quæ conquærebatûr coram eo de violento stupro in personam eius filiæ contrà certum iuuanem, quia cognouit suam versutiam, euaginato pugione, eum dedit in manibus ipsius mulieris, vt immitteret in vaginam, quam ipse vacillantem offerebat, quod cum peragere haùd potuisset, prudentèr dixit, sic de filia tua putandum est, quod si ipsa consentiendo non stetisset, cognita non fuisset, & propterea essem ipse in sentētia non esse articulandam istam secundā violentiam in accidentia facti, cum fit non dùm difficilis, imò audeo dicere impossibilis probationis; sed proponenda, & probanda prima, quæ magis verisimilis est; quia in secunda vlulatus, ploratus, & stridores mulieris violandæ penetrarentur cœlos, ità quod non vicini, & ciues, sed etiam volucres ad clamores concurrerent, cùm actus isti consumati non possint absque inuicem partium consensu, esset itàque adducere, quod vi vir introiuit, & cognouit, & quod virgo vociferauit, ità quod omnes eam de vicinia intellexerunt, & si ità est, quare non acclamanti opem præstarunt? tutior itàq; modus, & securior via est, primam probare, & sic ipse consulerem, cum ex illusionis, & allectationis actu, etiam violentia detur, sed amorosa, & propterea non debet in eo priuari deflorata fori electionis fauore, & tantò magis, quod secundum eundem *Capibl. d. nu.* 17. *&* 20. in dubio semper vi virginem stupratam, censendum est.

Sed de his hactenus, redeundo ad viduarum priuilegia quæritur, quid si vidua eligit forum, & posteà mutauerit statum per transitum ad secun-
50 da vota, an electio facta corruat? hæc est ardua quæstio hinc indè per DD. discussa; dixerunt nonnulli, quod dū est priuilegium concessum statui personarum, mutato statu, iudicium mutari debet; & cessante causa viduitatis, dicitur etiam cessare eius effectus per *tex. in c. cum cessante* 60. *de appellat.* & est versus.

Causatum perimit, causa perempta suum.

quem alio modo refert *Tiraq. in tract. cessante causa part.* 1. *nu.* 11. nempè

Effectum perimit causa perempta suum.

vbi adducit alia plura iura, & rationes, scilicèt quod paria sunt non esse causam, & eam esse finitam, *nu.* 14. & quod est causa causæ sit causa causati *nu.* 15. si igitur priuilegium electionis fori datur ob viduitatem, ea mutata, finitur quoq; causatum, & vtitur diuersis exemplis, & signantèr priuilegij affinitatis, *nu.* 27. scilicèt quod si quis agere, vel non agere, quod poterat ratione vinculi affinitatis: affinitate finita cessat omne totum, quod eius via poterat euenire, & intermినis videtur etiam sentire *Alex. in addit. ad Bar. litera* C. *col.* 1. *fol.* 184. *in l.* 1. *ff. de pæn.* quem sequutus est *Præs. Merlin. lib.* 1. *controu for. cap.* 81. *nu.* 7. *& cap.* 99. *num.* 19. vbi ait, quod si pendente causa cùm aliqua muliere, mutat statum coniugatæ in illum viduitatis, facta vidua trahit causam ad suum forum, non obstante *tex. in l. cum quædam puella* 19. *ff. de iurisd. omn. iud.* cui respondet idē *Alex.* quod in tali *tex.* fuit procurata, & quasi dolo, vel malitia mutata cōditio, & proptereà optimū non potuit sortiri effectum, quam *Alex.* opinionem amplexus est, etiam *Carau. super ritu* 233. *n.* 12. 13. *&* 14. *de* Franch. *decis.* 277. *in fine*, qui etiam *Carau.* citat, & omnium latissimè *Gram. inst. de nupt. in* §. *fratrū.* Alij verò de directo contrario sentētiam communi voto sectantur, quæ verior est vti *Feller. sup. adducta constit. statuimus nu.* 66. *de magistro iustitiario*, ex generalitate in *d. l. cum quædam*, in illis verbis, *Quod generalitèr, & in omnibus huiuscemodi casibus obseruandum est?* & ratiōne quia cùm sit

Hh 2 ius

ius quæsitum coram vno, non est co-
51 tram altero nouum incipiendum iudicium, sed vbi cœptum est, finiri debet, *l. vbi captum* 30. & clarius in *l. si quis posteà quam* 7. qui est *tex. in hoc aureus ff. de iudicijs*, & sic ius superueniens ex mutatione status, non potest mutare forũ ad tradita per *Præs. Vinc. de Franch. decis.* 544. *Matth. de Afflict. decis.* 200. 211. *&* 212. vbi *Vrsill.* Ità in terminis tenet *Capibl. de Baron. to. 2. prag. 8. cap. 43. nu. 10. & seq. & cap.* 44. *nu.* 12. & ex abundanti *Antonin. de Amato to. 2. resolut. 65. nu. 56. & seq.* qui ad contrariorum rationes, iura accuratè respondet.

Limitari tamẽ possunt prædicta, & Primò, quando lis adhùc non erat
52 contestata; quia cùm contestatio dicatur lapis angularis iudicij secundũ *Musc. lib. 2. suæ prax. part. 3. gl. proceditur nu.* 50. eo sublato nil poterit ædificari *c. cum paulus* 25. *in ordine* 1. *q.* 1. sic tenet *gl. in d. l. cum quadam in princ.* quæ dicit: *sed pone quod lite contesta-*
53 *ta, se maritauit. Amatus. d. nu.* 56. & sic intelligi debet, *Marius Giurba* in iuribus adductis *decis.* 82. *per tot.* ac *Præs. Merl. d. cap.* 99. *nu.* 19. & optimè *Borr. summa decis. to. 1. tit. 64. nu.* 45. in casu si mulier vxorata litem habeat, & ea pendente fiat vidua, vt non obstantè, quod cœptum sit iudicium coram vno iudice, possit forum mutare, cùm hoc procedat, quando lis non est contestata; vel quando sumus in casu electionis, vel variationis; tùnc enim viduæ in eodem statu viduitatis permanentes, in quacunq; parte iudicij poterunt forum declinare, etiam post
54 litem contestatam; immò post causam appunctatam secundum *Matth. de Afflict. supradicta constitutione Regni statuimus nu.* 24. & alios, quos adducit, *Dãza in tractatu rubr. sed in cap. 2. n.* 21. *Dyn. in regula* 20. *nullus plurib. de Reg. Iur. in 6. nu.* 11. vbi dicit per litis contestationem actor suam non facit deteriorem conditionem, quamuis contrariũ potuisset substineri per *Tiraq.* *in l. boues, §. hoc sermone limit.* 23. *per tot. fol.* 344. *Dec. de Reg. iur. ad reg.* 86. *non solet deterior*, & *Cãp. sup. cap. Regni quod decretam* 142. *supra nu.* 16. *de off. iustitiarij*, vbi etiam tenet contrà communem, vt facta scilicèt semel electione per viduam, non possit amplius variari.

Secundò, quando fuerit laudata
55 vidua in authricem, tũc n. nõ habebit fori electionem *Mar. 6. parte sui spec. membr. 5. nu. 10. fol.* 342. *Musc. lib. 1. part 3. gl. nominat. nu. 4. & 5. & Capyc. decis.* 197. *nu.* 4.

Tertiò, si mulier vxorata postquam fuit effecta vidua, & introducta causa coram aliquo Iudice voluerit variare, vel reuariare, tùnc non impeditur quin suo priuilegio vtatur, vt supradictum est tàm circà electionem, quã variationem, vt tenent omnes, & dicit *Danza to. 2. de pugna DD. cap. 1. de electione fori in princ.* vbi de hac materia latissimè scripsit esse cõmunem cantilenam omnium curialium, quod firmat etiã *Giurba d. decis.* 82. *supra n.* 8 est ratio circà hoc variare, quia forsan magis tuta est de Iustitia Iudicis proprij domicilij, vel quia promptiores probationes habet, vel auxilium magis oportunum secundum dictum *Danza vbi supra n.* 29. cupiens coram eo litem prosequi variando, statim
56 cessat iurisdictio Tribunalis electi: sic in terminis tenet *Foller superdicta constitutione statuimus, & d. nu.* 66. dùm Iudex ordinarius statim fit incompetens de *Franch. decis.* 294. quod sic etiam de reuariatione firmes; quando paruam iustitiam habebit à Iudice variationis; vt possit iterum reuariando coram primo iudice electo comparere, instare, & litem finire; sed hæc non procedunt contrà subditos ma-
56 gni Admiratis; dùm vidua non potest vti priuilegio *dictæ l. unicæ* aduersus eos; ex particulari illius officij, & potestatis priuilegio, vt post *Reg. Tap decis.* 53 tenet *Tass. de Antephato vers. 3. obseru. 3. nu.* 224.

Quar-

Quartò, fauore Baronum si enim
57 aliqua eius subdita tanquam vidua à sua curia confugerit ad regios superiores; & medio tempore, quo lis agitaretur virum duxerit, ex quo cessat priuilegium superius adductæ *l. vnic*, non per hoc, quod electus iudex tempore viduitatis sit effectus competens per electionem, & ei non sit auferendum per eam ius quæsitum per *tex. in l. fin. ff. de pactis*; poterit præiudicare Baroni, qui vti tertius habet suum interesse, nàm cum regiam retineat authoritatem, in primis causis, statim cùm Baro sit, non est aliud adducendum, quod iurisdictionem primarum causarum retineat; sed in illis, qui secundas, & tertias habent, opus est priuilegio, *Praes. Merl. d. to. 1. controu. for. cap. 69. in princ.* seruando clausulam priuatiuam vassallis in dictis primis causis fundatam, qua prohibentur subditi ad regia tribunalia confugere secundum dictum *Merl. ibid. cap. 86. nu. 15.* vndè cessante priuilegio viduitatis per secundas nuptias, contrà quod ipse forsan non habet ius in priuilegio suæ inuestituræ cũ clausa expressa, vt possit cognoscere, & procedere etiam contrà viduas &c. derogata dispositione *dictę l. vnica*; vel saltim cùm generali contrà miserabiles personas, inter quas vidua computatur
58 iuxtà *decis. Praes. de Franch.* 188. proùt etiam sentijt *Io: Frãc. Marotta dignissimus* Aduocatus *in suis quibusdam alleg. nuncupatis iurisdictionale responsum pro Ill. Duce Sor. cap. 4. nu. 2.* licèt *Gram. decis.* 20. *& Mangr. & de Bottis in addit. ad Bar. C. quando imper. inter vid. & pup.* contrarium tenuissent; vt sit necessè expressa & specialis mensio in priuilegijs Baronum facienda ad priuandum viduas eorum beneficio *dictæ l. vnicæ*, cùm non sufficiat illa gratia generalis cognoscendi contrà miserabiles personas; non poterit tolli ius suum vigore sui priuilegij ad cognoscendam causam mulieris, quæ post viduitatem sua subdita effecta est; quia deuenit ad actum, & statum, à quo poterit incipere cognitio baronalis curiæ, & per consequens iustè petit remissionem causæ à Iudice electionis factæ, quandò mulier vidua erat, & hanc limitationem non inconsideratè sit mihi fas desumere è iuribus, & rationibus adductis per *Carau. d. ritu 223. & Praes. de Franch. alleg. decis. 599. sub num* 2. vbi dicunt, quod & si stuprata virgo habeat fori electionem per adducta superius. *nu.* 46. hoc procedit tantùm aduersus stupratorem, sed non contrà Baronē, ob eius priuilegium, cùm inquisitus non possit inferre ipsi præiudicium, nàm licèt quo ad se perdat eius forũ, quo ad dominum illud non amittit, & in hac opinione ex prædictis ad fauorem Baronum pro nùnc resideo, quod tu considera, & applica ad casum præpositum, quod si vidua nubat non poterit præiudicare Baroni pro cognitione causę, quæ prius erat interdicta per electionem factam tempore viduitatis: ad quæ faciunt
59 optima dicta, *Gizzy d. obseruat. 54. n. 6. & 7.* vbi dicit, quod si virgo post factam electionem nubat, non præiudicat fisco, cui ius per electionem quæsitum est.

Sed an viduæ possint renunciare beneficio *dictæ l. vnica*, ponit *Camp.*
60 quem vide super *d. capitulum Regni, quod decretam n. 15. de officio iustit.* qui inclinat in partem affirmatiuam, si tamen cùm iuramento renunciatio fiat, secùs si simpliciter vndè dicendũ est, quod potest, sed si citrà sacrum iuramenti fiat, redditur reuocabilis.

Est insuper priuilegiata, vt cum semel dotata sit cum primo viro, regulaitèr dos illa semper præsumitur
61 penès se manere (dum interdùm per aliqua accidentia potest esse deperdita) & sic transeundo ad secunda vota, in dubio (dummodò tamen nõ nubat indigno secundum *Costa de facti scietia cent. 2. dist. 12. num. 61.* cum eadem

mec

met dote maritata presumitur, vlla tamen aliqua declaratione, vel promissione interueniente, ita *Tiraq. de leg. connub. gl. 8. n. 197. f. 263.* & *Fach. cotr. Iur. lib. 10. cap. 29. sub lit. D. Bald. in l. nulla*, vbi addentes *nu.* 1. ex lectura antiqua C. *de iure dot. Mantica de tac. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 15. num. 7. fol. 701. & Gaill. pract. obseruat. obseruatione 82. num. 7 lib. 2. quem vide num. 8.* quid dicat in casu, quo filios habeat, & concludit attendendā esse dispositionē *tex. in l. hac edictali 6. C. de secūd. nupt.* scilicètnō plus cōcessisse viro, quam vni ex liberis filij matrimonij *Costa vbi sup. nu. 63.* quod intelligas, quando post secundas contractas nuptias aliquam dispositionē non fecerit, sed intestata decesserit; etenim si aliter disposuisset, illud deberet attendi per *text. in §. disponat auth. de nupt.* Nec sit mirum si vidua simpliciter nupta, intelligatur, cum prima dote, dum quoq; mulier, potest nuptias contrahere, vlla dotis expressa quātitate, cum illa simplicitèr promissa, debeatur arbitrio boni viri, ita *Azzo in summa, C. de locatione, & conductione nu. 2. fo. 1118. Rol. à Vall. cōs. 14. nu. 35. vol. 3. & latis infra in cap. 5. nu. 28. & seq.*

Sed quid si dos consistat in stabilibus, & non potest secundo nubere, quia forsan secundus vir aduena est,
62 & pecunias desiderat, an possit stabilia vendere, & dotem in pecunia obsignare? & affirmatiuè tenet Reg. *Don. Anton. de Marin. tom. 1. resol. 274. n.* 30. & hoc est vnum ex magnis mulierum priuilegijs; vt possit vendere stabilia pro dāda dote in pecunijs viro, prout de consimili videmus in filia, quæ vt condignum contrahat matrimonium potest non tantū maiorē partem imò, & omnia bona in dotem dare, secundum *Bald. in auth. resque num. 4. C. commun. de leg* quod ampliatur dato quod sint subiecta fideicōmisso ex traditis per *Rolan. à Valle vol. 1. cons. 85. num. 4.* vnde si mulier simpliciter nubat vlla dote constituta ad fauorē
63 matrimonij contracti, censentur cuncta eius bona in dotem data, & pręcipuè si vir, quem duxit erat dignus homo, & instrumentum interueuit purè de dote danda absq; expressione quātitatis, cum legibus non sit vetitum, totum mulieris patrimonium in dotem dari posse per *textum in l. nulla 4. C. de iur. dot.* vbi vide *glos. allegantē*, multa iura *Boer. decis. 201. num. 1. & Iason. in l. si constante nu. 219. ff. sol. matr.* secus autem si instrumentum non interuenisset, sed tantum mulier virum duxit, quia tunc eius bona cēsentia potius paraphernalia, ità idem *Bald. in l. 4. nu. 8. C. de sent.* quæ pro eo quod interest *vbi addētes, & in l. nulla n. 5. C. de iure dot. & Bar. in d. l. si cōstāte 3. quest. principali, ff. sol matr.* est ratio quia dos non est essentialis pars matrimonij, cum sine dote dari possit secundùm adducta per nos in florilegio *conclus. 23. nu. 9.* tamen si vxorata erat vidua, & per istrumentum promisit dotē absolutè, omnia cēsentur cōstituta in dotem, dato quod aliqua paraphernalia habeat ex ratione, quia vidua requirit maiorē dotē, quā virgo, dum est spoliata naturali puritate, & induta alienis moribus, quę ferre multoties difficile est. *Cassan. ad consuet. Burg. rub. 7. §. 12. in text. & alaquelle num. 7.* & clariùs declarauimus supra *speciali 4 nu. 120.* hocq; videtur mihi satis rationabile ad aliquod dedecus euitandum, & malum, quod posset interuenire, & sic de duobus, minus eligi debet, & est vt per iuris dispositionem potius in bonis, quam in honore damnum sentiat, & sic melius, est quod mulier vendat, & omnia possit pro dote dare, & nubat, quam sit eius arctata facultas in hoc, vt improperiū aliquod faceret, proùt etiā prouida lex nostra fuit, quod si (vt in dies accidit) aliqua vidua annis onusta, quia diues est trahat ad eam ducendam forsan iuuenem, potest paci-

sci,

sci, vt ipse secundus vir totam dotem
64 lucraretur, etiam in preiudicium fi-
liorum primi matrimonij, salua tamē
eis legitima de iure debita, ita *Matt.*
de Affl. in Rubr. si de feudo fuerit con-
trouer. vèr. mulier habens nu. 5. Neapod.
in consuet. si qua moriens super verba
relinquere, & Boer. decis. 200. n. 5. & 6.
Cōsil. Hodiern. in lib. 1. contr. for. c. 31.
nu. 22. quod pactum fieri potest etiam
cum primo viro, vt si secundò nube-
ret post solutum primum matrimo-
nium vxor; non possint succedere fi-
lij ex secundo nisi in legitima. & hoc
vt facilius maritos cum his pactioni-
bus inueniāt de *Afflict. vbi sup.* vndè
tex. in l. hac edictali 6. C. de secūd. nupt.
quem exornauit *Abbas par. 2. cons. 97.*
& cons. 111. vol. 2. n. 2. et 3. & latissimè
Pres. de Franch. decis. 435. videtur in
hoc casu si credendum est adductis
aliquo modo limitatus.

Et quid si vigeat statutum, vt vir
totam dotem lucretur, an vidua secū-
65 do nubens, & habens filios primi ma-
trimonij absq; pacto de lucrando, vel
non lucrando, decedente ipsa mulie-
re, vir integram dotem lucretur in
preiudicium filiorum ex primis nu-
ptijs contra dispositionem *text. in*
alias citata l. hac edictali? & affirmatī-
uè concludunt addentes ad *Bart. in*
l. si itaquis promiserit 135. §. ea lege lit.
C. cel fin. f. mihi 51. at. ff de verb. oblig.

Sic etiā viduas comprehendi sub
altero statuto dictante, quod mulier
non possit testari, nisi de tertia parte
dotis, vel æqualiter disponere inter
liberos, vt per *Fach. lib. 10. contra iur.*
cap. 29. quia semper quod de nuptijs,
66 & rebus ad eas concernentibus, vel
ex eis dependentibus tractatur, non
debet minus primas, quam secundas
comprehendere, & tanto magis quā-
do disponitur sub nomine generali,
nempè vt mulier non possit, vel
possit nubendo hoc facere, dum
sub mulieris vocabulo omnes hu-
67 ius sexus connumerantur, & si di-
uersum statum habeant *l. argumento*
27. §. muliebri vbi gloss. ver. feminini, ff.
de auro, & argento legato, & plenius
colligitur ex nostris ad hunc laborem
præfationibus, & ex dictis supra ad
caput tertium.

Habent viduæ, & alteram faculta-
tem ipsis à Iure similiter impartitam,
scilicet petendi, & habendi lugubria
68 vestimenta ab hæredibus defuncti,
cum quibus datur etiam lectus vi-
dualis cum linteis ceruicalibus, &
alijs necessarijs, vt ex *Capyc. decis. 26.*
vbi dicit circa hoc seruari loci con-
suetudinem, vedentur quæ consigna-
ri sunt solita, & firmat decisio *Pres. de*
Franch. 473. dicentis esse onus hære-
ditarium harum vestium traditionē,
quod etiam voluit *Capell. Tholos. decis.*
335. in fin. Consil. de Bottis ad consuet.
heredesq; mariti de iure dot. lit. G. & Cō-
sil. Marcell. Marcian. tom. 1. cons. 35. n.
2. & quod hoc sit verū, adduco, quod
obseruant Ianuenses, vt legitur *lib. 5.*
Statutorum cap. 9. de Antephato in fine,
scilicet, quod vxor defuncti viri ha-
bebit pro dictis vestibus 25. libras in
bonis mariti in metropoli Ciuitate,
& quinque in dominio; quæ determi-
nata consuetudo mihi valdè placet,
dùm sic euitantur prætentiones, & vl-
trà eā, nō habet quid amplius mulier
exposcere: & vide *Vrs. ad Matth. de*
Affl. decis. 318. n. 3. & 4. qui remissiuè
loquitur, ad quæ vide *Borr. summa de-*
cis. to. 3. tit. 9. à nu. 113. vsq; ad n. 133.

Sed difficultas est, an transeunte
vidua ad secundas nuptias deferre
secū possit vestes, & alia quæ per cō-
suetudinem in viduitate debentur?
& si attendamus iura præcedentia,
69 quibus fundatum est mulierem
priuari legato sibi facto per virum, si
nubat; eodem modo spoliari debet
vestibus prædictis, quibus tantùm
tenetur indui vxor vidua per *Capel.*
Thol. vbi suprà, attamen hæc mihi non
videtur bona comparatio, nec validū
argumentum; legatum enim datur ex
liberalitate viri; vestes verò ex legis
dispositione, quæ non debet subesse

alicui limitationi; sed secundum
70 aliorum sensum posset dici, quod si per secunda vota cessant viduæ alimenta *Costant. Roger. de dote quæst. 15. nu. 4.* debent etiam cessare ista vestiaria, quæ veniunt alimentorum appa-ritione, *l. 4. l. legatis 6. & l. rogatus 13.* vbi *gl. ff. de alim. & cib. legat. & Bar. in l. pen. §. seruis vxoris nu. 3. ff. solut. matr. gl. in l. si vel parens 5. §. nō tantū lit. H. ff. de lib. agnosc* & *Tass. de Anteph. ver. 3. obseru. 3. n. 234.* dicit expressè, quod finita mestitia per noua sponsalia debet cessare luctus, dedecet enim mortis insigna euidentèr trahere apud maritum viuentem; portat exemplū,
71 quod Ciuitas nostra Neap. dans vestimenta Sindico, & Electis, eorumq; fa nulis, vt possint honorabilitèr per plateas æquitare cùm magna nobiliū cohorte in aliquo bono nostri C. Regis euenctu ad ostendendum letitiæ signum; functione finita, vestes restituendæ sunt. *Rom. verò ex professo cons. 97. vol. 1.* disputat articulum cùm opinione quāplurium doctorum diuersimodè dicentium, at verior sententia sibi videtur sub hac distinctione posita, quod aut nubit intrà annum luctus, aut post, vt diximus de legato suprà *nu. 24.* licèt *Pasc. de Patria potest. par. 3. cap. 10. n. 52.* dicat etiam circà hoc pęnas esse sublatas secundò nubentibus infrà annum luctus. Primo casu non debentur ob iniuriam primo viro illatam ex nuptijs, adeò festinantèr cōtractis, secundo casu debentur, cùm sufficiat reuerentiam præstitisse defuncti viri ossibus per anni circulum, & licèt hac distinctione vtatur, nec minus dicto Regenti secura videtur hæc distincta conclusio, vnde tenet aliter in præsenti articulo censendum esse, nempè attendendam locorum
72 consuetudinem, prout suprà circà vestium qualitatem diximus, quæ in hac Ciuitate viget, quod non restituuntur lugubria, vt decisum ipse refert, & sic de iure obseruandum testatur, & vide *Pasc. vbi suprà nu. 53. & 54.* & remissiuè *Vrsill. ad Mat. de Affl. decis. 315. nu. 3. & 4.* circà autem mobilia, quæ lucrantur primo viro, an nubendo iterum secundo restitui debeant, vide *Azzon. in summa C. de secundis nupt.*

At maior difficultas est circà ornamenta, cùm semper prætendunt vxores mortuo viro, omnes anulos, tornatiles, monilia adamantorum, piroporum, smergdorum, & similium
73 preciosorum lapillorum ad eas spectare, etiam cùm omnibus vestibus, & calculant sibi rationes spirante viro, quod dos, antephatum, gemmę, & vestes ad tātam quantitatem ascendunt, & diuites in somnu euadunt, & cogitānt meliorem secundum ducere virum; infame genus: sed habent rationem, ob virorum ignauiam; dicebat enim tempore suo *Gaill.* (& quid nos hodie?) *obseruat. 92. lib. 2. sub n. 3.* quod infelices mariti obsequentes vxorum ambitioni, plus pro ipsarum ornamentis expendunt, & luxurioso cultu, quam pro dote recipiant, quod etiam deplorauit *D. Regens de Marinis quotid. resol. to. 1. cap. 98. nu. 3.* Ego nil dico, quæ video in hac nostra Ciuitate, cùm nec calamus, nec lingua sufficiat ad istas miserias exprimendum, & non licet homini loqui quantum sapit: tetigit hanc quæstionem *Bar. in l. in his rebus la penul. § seruis vxoris, ff. solut. matrim.* vbi addētes lit. C. attestantur communitèr *DD.* tàm in docendo, quàm in consulendo, nō dissentiri à *Bar.* dicente, iniquitatem esse excogitare res pretiosas vxorem præsumere ad se spectare, cùm in dubio censeri, haud possit ei à viro fuisse donatas: quotidianæ verò suę sunt, quasi ad vsum semper necessariæ, *Cagnol. in l. contractus nu. 36. ff. de reg. iur. Alex. cons. 135. nu. 11. Gaill. d. obseruat 91. nu. 3. Cassan. ad consuet. Burgun. rubr. 4. in tex. ibi. sur la morte num. 11. col. 2. Campagna in c. regn. mulier dotarium nu. 91. de dotarijs mulierum. Castrill. decis. 93. Capel. Tholos. i alias citata decis. 337. & Matth. de Affl. in l. la

hi tàm vulgata decis. 315. vbi totam hanc differit materiam, & omnes necessarios casus distinguendos accuratè distinguit; & firmes, vt sēper quod sunt expressè donata præfata bona à marito vxori in vita, licèt iure vetitū sit, morte tamen donatio confirmatur, & habet vim legati, *l. cum hic senatus 33. ff. de donat. inter virum, & vxorem, Vrsill. ad Matthæ de Affl. decis. 44. nu. 9. Clar. §. donatio. q. 9. nu. 6.* & vide *Gabr. comm. contras. de donat. conclus. fin. fol.* 424. & erunt vxoris iuxtà *tex. in l. 1. vers. est, & illud, ff. de dote prælegat.* & in hoc casu videtur esse seruata consuetudo nostræ Ciuitatis *instrumenta donationum fol.* 301. quæ vult, requiri rei donatæ veram traditionem, vt donatio valeat, proùt decisum, & obseruatum refert. *Vrsill. ad eundem de Affl. decis. 275. nu. 9.* tenens, vt per clausulam constituti, & precarij dicatur facta traditio, quæ in omnibus donationibus per notarios apponi solet, quod videns suo tempore *D. Reg. Merl. to. 2. controuer. for. cap.* 18. hanc doctrinam non admisit, sed transit ipse cùm opinione Neap. in supracitata consuetudine, vt intelligatur, quando cùm dicta clausula interuenit aliquis actus extrinsecus, vt traditio clauium, & similis, de quo meminit etiam idem *Vrsill. ubi supra.* & latius dicemus infrà ad *cap.* 4. proùt etiam poterunt esse, si in testamento relinquantur, quod iure permittitur, vt fecit diebus nuper elapsis, (licèt testamentum non esset scriptum, sed voce declarata inrētio) Frācifcus elefante suæ vxori Bernardinæ de Vrso acerbi morte præuentus non absque magno cordis dolore Ioannis Baptistæ eius carissimi genitoris omni humanitate, omni virtute insigniti; semper enim quod iocalia ista pretiosa præfatis modis non concedantur vxori, vnquam donata censeri possint, sed tantùm accommodata à viro pro eius honore, dùm in dubio donatio
75 non præsumitur *Petr. G. A. singul.* 56. latè *Hippol. de Mars. sing. 57.* qui incipit, *non præsumitur, Reg. Sanf. decis. 317. nu. 3.* & maximè quando alicuius rei concessio potest trahi secundum dictum *Mars. ibid.* ad alium sensum, proùt communitèr trahitur in casu nostro, quod censentur accomodata, ut magis vxor ornata appareat, quælibet secundum eius conditionem, plebea vti plebea, nobilis vti nobilis; non minus enim rusticus æstimat vnum anulum aureum, quam eques Zonam margaritarum, ità originalitèr *Bar. in d. §. seruis vxoris. Angel. inst. de act. §. fuerat nu. 76. Oenòt. in §. quædam actiones nu. 6 t. d. tit. de Action. per tex. in l. cum de indebito 25. §. 1. ff. de probat. Fontan. de pactis nupt. to. 2. claus. 7. gl. 3. par. 6. nu. 69. Soccin. Iun. cons. 139. vol. 2. nu. 12. Honded. cons. 30. nu. 14. vol. 2. Grat. discep. forensium discept. 189. nu. 12. & 23. to. 1. de Affl. decis. 166. nu. 27. Caual. decis. 12. §. 2.* omnium latissimè *Hieronym. Leo decis. Val. 36. num.* 8. *Rota Auen. decis. 105. ver. sed pone lib. 2. ac Rota Rom. decis. 113. nu. 3. 4. & seq. in recoll. per Farin. par. 1. to. 1.* contrà *Lucam de Penna*, qui contrarium sentijt in *l. 9. C. de incoll. lib. 10. col. 2. in medio:* & ex professo, & ad faraitarem uidendus est *Borr. summa decis. lib. 3. tit. 9. à n. 70. vsq; ad n. 130*

Genuæ autē quomodò seruetur. Vi-
76 de circà hoc *Flam. Clar. decis. 133. nu. 6.* In Sardinia adest lex specialis sub *tit. 40. cap.* 5. ubi *Franciscus Vico*, quæ incipit *Suelen embiar los desposados*, & in Ciuitate hac nostra Neap. uiget consuetudo, siue usus tradendi gemmas, & uestes nuptiales sponsæ; & proinde sub tit. donationis mis-
77 sæ censeri debent, quæ donatio tàmquam inter sponsum, & sponsam ualet, nec poterit inficiari per *tex. in l. si sponsus 5. ff. de donat. inter virum, & vxor.* proùt est decisio. *D. Pres. de Franch. 503. & consilium D. Consiliar. Mar. Martiani 59. vol. 2.*

At in hoc responderur talem consuetudinem non esse approbatam, nec

 repe-

reperiri scriptam, & proindè non potest adduci ad decisionem articuli cõtrà communem sensum Doctorum, sed dato cõcedaremus, quod talis vi-
78 geret consuedo, ergò per eam inducitur donatio rerum iocalium sponsæ transmissarum. neg. consequentia, tãquam barbara; talis enim vsus innoleuit ad totalem viri honorem, dùm dedecus reprehensibile esset, vxorem suam è parentum domu trahere infantem, & nudam, & sic patet, ad hũc effectum præfata bona videri accommodata, non autem donata; vndè necessitate compulsus quilibet qui nubit, nè sui met pudoris, & verecundię author fiat ab vsu necessario nõ discedit pro eius honore, ità in terminis idẽ *de Affl. d. decis.* 315. *n.* 9. quod comprobat *Hierony. Leo. d. decis. Val.* 36. *nu.* 11. *&* *Ricc. coll.* 2220. *de Marin. vbi supra.*

Immò dato maritus tempore primi ingressus vsus sit verbis liberalitatis, cùm tradidisset dictas res, nempè donandi &c. donatio aliqua facta non videtur, dixit nàmq; similia verba, vt maiori amore reciperetur ab vxore siuè sponsa, & nè rusticus iudicaretur, quia non poterat dicere domina sponsa hęc tibi accomodo, tùnc quan-
79 dò humanitatem profiteri oportebat, & si voluisset eam tanquàm extraneã tractare; fuisset modus potiùs distrahendi, quàm contrahẽdi affinitatem, itàq; talia verba dicta sunt ad pompam, non eum animo, & effectu donandi, & ad propriam turpitudinem euitandam, vt post *Anchar. consil.* 181. tenet *Corn. consil.* 81. *vol.* 1. *sub nu.* 7. per hæc verba, ***Tamen salua veriori sententia inhæreo, quod si dictus sponsus in trahendo collanam dixit, dono: non per hoc censetur donasse***; id tangit etiam *Imol. in l. pen.* §. 1 *ff. solut. matr. nu.* 11. *ver. si verò*, & diffusiùs docuit *Vinc. Honded. consil.* 30. *nu.* 28. *& seq.* ac *Caualc. decis. Tui.* 2.64. *nu* 19. *par.* 2. ità quod soluto matrimonio ad defuncti viri hæredes, dicta bona spectare firmandum est, vt tenet *Io. Lup. in rubr. de don. inter vir. & vxor.* §. 7. *nu.* 1. *Rol. à Vall. consil.* 10. *nu.* 15. *lib.* 1. *Grat. d. discept.* 189. *nu.* 26. *Fontan. d. gl.* 3. *n.* 76. & *Ricc. coll.* 3634. *in fine*, vbi dicit, quod si sponsus vsus fuisset verbis habentibus significationem donandi, in hoc casu verba ista debent impropriarij, ità vt donatio censeatur facta quo ad vsum tantùm, non quo ad perditionem, prout decisum partat, *Farin. d. decis.* 113. *nu.* 11. *&* *Canal. vbi supra, idem de Marinis super citato loco nu.* 7.

Limitatur tamen primò prædicta, quandò aliqua disparitatis ratio contrarium suaderet, & aliqua iusta causa dictaret, vt res illæ transmissæ potiùs dotatæ, quam accommodatæ dicantur, puta si plebeus nobilem ducat vxorem, tùnc enim in natalium recompensam, largitione vti velle putandum est, vt optimè, ex *Lupo*, & alijs notauit *Rota d. decis.* 113. *nu.* 14.

Secundò limitantur in anulo desponsationis, qui alio vocabulo, vocatur fides, quæ postquàm à parocho benedicta est, consignatur sponso, vt eam in anulari sponsæ digito imponat, nàm dato prætiosissimus sit anulus iste, videtur donatus, quo semper vti si voluerit, poterit mulier, & si vidua fit insignum fidei datæ, vndè
80 non modica uerecundia esset illum uxori tollere, ità tenet *Surd. d. decis.* 165. *nu.* 1. *& Fontanella d. gl.* 3. *nu.* 56. cum alijs per eum adductis latissimè *Borr. summa decis. to.* 3. *tit.* 9. *de donat. inter vir. & vxor. à n.* 94. *vsq. ad* 103. licèt *Ricc. coll.* 2219. quasi sibi contrarius ampliorem partem sustineat, ut omnia iocalia donata præsumantur à sponso sponsæ, quæ non firmantur per ea, quæ iàm suprà diximus.

Tertiò limitatur in gemmis donatis à consanguineis viri, secundum *Clar. in* §. *donatio. q.* 9. *nu.* 2. & uide *Borrell. vbi supra, & Cõsiliar. Marc. citato consil.* 59.

In Sacro tamen nostro Consilio, nõ obstantibus præadductis iuribus contra-

trarium uidisse decisum sub die 12. *Iulij* 1662 In Rota vigilãtissimi Dom. Cōsil.Io:Bapt.Iouini in causa Magn. Erasmi de Laurentio Ciuitatis Suessę cū Domina Maria de Castrillo, vt ex verbis sententiæ apparebit, post factū enarratum existente causæ Commissario D. Iosepho de Rosa in banca Actuarij de Litto, Scriba Liberato; volentes habere domini de consilio pro vera consuetudine indicata *n.*77. *& sequ. d. dec. de Frãch.* & notata per *Marcian.citatis locis*.

Cum Ioseph de Laurentio filius dicti Erasmi nuptias contrahere voluisset cum Domina Maria de Castrillo, nonnullas gemmas, dicti pater, & filius priusquam matrimonium per fectum esset, adduxerunt Marię sponsę in eius domicilio; & post matrimonium multas alias fecit, & eidem dedit effatus Ioseph in domo propria, quæ sic acerbo fato volente, cum ad viduitatem deuenisset post breue nubile tempus, afflicto genitori, cui ille natus tantum extabat afflictiorem addidit, petẽdo in S. C. gemmas prędictas, integrum antefatum pro dote in capitulis promissa, lectum viduale, ac interesse dictæ dotis, & antefati à die soluti matrimonij, non obstante alimentorum sibi facta subministratione per socerum Erasmum in sua domo.

Et licet Erasmus ipse diuersas coniecturas adduceret, ex quibus liquidò constabat animo accomodandi, iocalia tradidisse, atq; adductis iuribus tueretur, decretum, sic, per dominos de Rota fuit *Condẽnetur Erasmus de Laurentio ad soluendum antefatum liquidandum per S.C. pro vera, & effectiua quantitate dotium dictæ D. Mariæ, prestita cautione seruata forma consuetudinis vna cum interesse dicti antefati à die discessus dictæ D. Mariæ à domo dicti Erasmi ad rationem quinq; pro centenario, interesse verò dicti antefati decursum antè diem dicti discessus compensentur cum alimẽtis præstitis per dictum Erasmum dictæ D. Mariæ. Et similitèr condennetur idem Erasmus ad restituendum dictæ D. Mariæ gemmas, & iocalia in actis deducta, & petita per dictã D. Mariã; à lecto viduali, & vestibus lugubribus, cęterisq; prætensis pro parte dictæ D. Mariæ absoluatur dictus Erasmus conuentus &c.*

81 Aliud viduarum priuilegium est alimentorum prestatio, vt tetigi supra *de mulieribus vxoratis nu.*37. anno luctus perdurante; & firmat *Ludouis. decis.*250.*nu.*4. dato, quod fructus dotis non sufficerent secundum eundem *decis.* 462. quod dotis interesse haud peti potest per *decis. de Affl.* 284. *& Ioseph Sesse decis. Arag.* 68. *n.*26. *&* 27. ac vide *Bald. in l. omnem* 4. *nu.*2. *C. de bon. mater. & Leotard. de Vsur. q.*30. *nu.* 33. qui dixit infra *nu.*54. quod si post dictum annum luctus, mora facta sit ad restituendam dotem, debetur, etiã interesse lucri cessantis, & damni emergentis si per legitimas probationes constiterit, *Carlen. de iud. tom.* 2. *lib.*1. *tit.*3. *sect.*4. *per tot.* quod interesse alio vocabulo fauorabiles vsuras appellauit *Surd. de alim. lib.*9. *tit.*31. *nu.* 63. cum vtrumq; nomen in idem conueniat secundum *Cacher. decis.* 129. *nu.* 12. quę alimenta à quibus, quomodò, & quando, & si vidua sit diues, nobilis, & aliundè viuere habeat, habitat coniunctim, vel disiunctim, à filijs, vel hæredibus, & in alijs quibuscunq; casibus debeãtur vide *Ant. de Amat. tom.* 1. *var. resol. c.*49. *n.*53. *ad fin.* qui cum accuratissimè de omnibus tractet, eius recollectos labores transcribere, iniuriosum esset; hoc tamen dicere non omittam per *consilium D. Marcel. Marc.*6. *nu.*3. *&* 4. *vol.*1. quod dicta alimenta debentur, quoq; hæreditate iacente super bonis tamen obligatis pro dotium restitutione, cum quibus alimentis etiam lectũ currere tenuit

82 *Bar. in l. cum qui, §. qui transigit nu.* 1. *ff. de transf.* & lecti appellatione venire omnia necessaria, nempè materaccia, culcitras; & similia iuxta personarum

conditionem docuit per diuersa Iura
Grat. discep. forens. tom. 4. c. 610. n. 12. &
13. & Petr. Pecchius de testamentis con-
iugum cap. 10. nu. 2.

Sic similitèr sunt priuilegiatæ vi-
duæ, vt indicaui supra *c. 1. n. 44. 83. &*
87. quod viduitate perdurate retinēt
maritorum dominium, eorumq; priui-
83 legijs fruūntur, vt colligitur etiā ex
Bar. in l. filij 22. §. vidua, ff. ad municip.
& in l. fin. n. 1. C. de Priuil. schol. lib. 12.
Tiraq. in tract. cessante causa par 1. nu.
110. Fontan. vbi sup. nu. 46. & seq. Hie-
ronym. Buccafer. cons. 11. nu. 39. & seq.
& Mars. cons. 13. P. Laima de rub. regul.
tom. 1. par. 1. q. 4. nu. 2. fol. 59. intellige
in his, quę ad earum vtilitatem resul-
tant, non autèm ad dannum, & pro-
pterea, cum in viduitate potiātur cō-
modis maritorum, & non incommo-
dis, si alicubi vigeret aliquod statutū;
siuè lex municipalis, quod rebellium
84 vxores eijciantur à Ciuitate si mariti
mortui sint, ipsis factis viduis possunt
habitare in loco interdicto, dum solu-
to coniugio cessat etiam pęna, *ita*
Bart. in l. Titia Seio 88. *§. vsuras, ff. de*
leg. 2. ratio postmodū est quare vidua
gaudeat priuilegijs viri in his quæ
sunt eius commodi, quia & si in vidui-
85 tate permaneat, adhuc vxor dicitur
Tiraq. vbi sup. num. 37. Grat. discep. for.
tom. 1. cap. 100. num. 13. & videtur in
eod. matrimonio perdurare *Marcian.*
dicto cons. 6. nu. 4. & antiquitùs per lu-
gubrem statum; Matronarum viduę si-
bi acquisiuerunt dignissimum nomen
apud Romanos, quando vno conten-
tę marito, pudicitiam obseruabāt, de
quibus forsan sensijt *Apost. 1. Timoth.*
5. in illis verbis *viduas honora; quæ ve-*
rè viduæ sunt, & notatur in *c. viduas 5.*
in ordine 1. q. 2. sicut in contrarium
quæ ad vlteriores nuptias ausę fuerīt
conuolare, multis priuilegijs priua-
bantur. *Azo in summa, C. de secundis,*
nup. vt etiam hodie priuantur, prout.
Tiraq. in l. boues, §. hoc sermone num.
154. *& seq. ff. de verb. signif. &* Fontan.
86 *de pact. nuptial. d. to. 2. clau 5. gl. 8. p. 11.*
n. 22. hoc particulare notat; quod sicut
prius viduæ perferrabantur filijs in
accusando cōtra viri occisores, vt di-
ximus supra *cap. 2. nu. 110.* ità post se-
cundas nuptias spoliantur hac præla-
tione, reputantur indignæ ad aliquid
agendum, & repelluntur à limine iu-
dicij, prout etiam videmus, quod exē-
plaris substitutio matri permissa, si ad
secunda vota transierit, est ipsi inter-
dicta, vt in *l. humanitatis 9.* vbi *Bald.*
et cęteri scribentes, C. de Imp. et alijs
subst. Bar. in l. ex facto 43. nu. 12. ff. de
vulg. et pup. subst. ea ex ratione, nam si
exemplaris ex humanitate introdu-
cta est, cum ista cesset per binubitum,
debet etiam priuari huiusmodi sub-
stituendi beneficio, *l. quod edictū 33.*
ff. de pac. l. adigere 6. §. quāmuis nulla, ff.
de iure patron. quibus fauoribus à for-
tiori esse priuatas viduas illas firmā-
dum est, quæ non per nuptias offen-
dunt animam viri, sed per illicitos lu-
87 xuriosos actus, eius decus fędando,
ità *Luc. de Penna in l. 3. col. 2. C. de Pri-*
uil. schol. lib. 12. & ex professo *Conarr.*
tom. 2. pact. quæst. lib. vnico cap. 7. nu. 1.
Fontan. vbi sup. nu. 53. de Afflict. super
const. lege presentis nu. 5. de dādis aduoc.
Menoch. de arbitr. iud. casu 66. num. 10.
Pręs. de Franch. decis. 233. num. 2. et 5.
Campag. super c. Regni. vt de laicis nu. 8.
de non procedendo ex off. Guid. Papa de-
cis. 379. nu. 1. vbi diffusè addētes *Ca-*
nens. super ritu. 10. n. 7. Clar. in § stuprū
n. 7. Mars. vbi sup. n. 10. et Foller. pract.
crim. Rub. audiātur excusatores. nu. 82.
per tex. in auth. ex ijsdē ge. is, C. de se-
cūdis nupt. prout etiā dicimus de mu-
88 liere nobili, quę si impudicè viuat
perdit beneficium nobilitatis, & ex
statu honoris transit ad statum īnfa-
miæ, vt optimè dixit *Sylua nup. Rubr.*
non est nubendum nu. 23. etenim pudi-
citia est honestas, & honestas est ho-
noris conseruatio secundum *Bald. in*
decret. c. Rex pacificus in Proemio n. 38.
& sic cum careat honore, eius priua-
tur beneficijs. *Lancellot. in tract. de off.*
Prætor. Rub. de stuprator. nu. 2. vbi di-
cit orbari etiam dote, tutelis, ac omni-
bus

bus alijs prerogatiuis. Sic etiam indignæ fiunt viduitatis prærogatiuis, nō dum nubentes, & luxuriantes, sed ex
89 infames, quæ maritorum sunt carnifices, siuè per se, siuè per alios, sufficit enim si non mortem, saltim causam morti virorū dedisse *Couar. d. lib. unico cap. 6. sub nu. 3. vers. sed si quis*, dum frustra legis petit auxilium, quæ in lege committit *c. quia frustra 14. de Vsur. c. an sit 42. de appellat. c. fin. §. cum in eo,*
90 *ubi gl. de immunit. eccl. l. auxilium 38. §. vltimo in fine, ff. de minor. 25. ann. l. scimus 22. §. sin verò postquā, C. de iur. delib.* non debet viduitatem offendere, dum voluntariè necandò virum in viduitatem incidit, si viduitatis mulier intendit priuilegijs potiri, esset namq; iniqua, lex si occisi viri dignitatibus, & honoribus prauam vxorē frui permitteret, nec est mirum quod bonæ viduæ sint adeò priuilegiatæ,
91 dum equiparantur virginibus per castitatem, quam seruant, de *Affl. in cōst. matres num. 2. de matribus tarum filias prostituentibus*, dum castitas est amica Deo, & ipsa sola coram eo potest animas presentare, vt per *tex. in §. sancimus auth. de lenon.* docet *Poll. sua praxi crim. ver. item quod fuit leno num. 35.* & adeò verum est, quod mortuis viris, in viduitate viuentes coruscant radijs eorum, quod si viri tamquam nobiles, prout in multis partibus seruatur sunt exempti ab aliqua contributione, vel ab aliquo onere; defun-
92 ctis illis, superstites mulieres cogi nō possunt ad contribuendum oneribus vniuersalibus *Guid. Papa decis. 370.* de qua meminit etiam *Camp. in c. porrecta culmini. nu. 113. de modo, & forma appretij.*

Limitatur tamen hoc priuilegium in dignitate cum administratione, nam vidua non est in hoc priuilegiata, ponit exemplum *Franc. de Ponte a potest. prorog. tit. 10. §. 1. n. 33. & 34.* si fuerit Ducatus, vel Marchionatus;
93 id hoc intelligendum est de vidua simpliciter, secus autem si cum ea aliqua alia causa concurrat, nempè successionis, puta sunt duo affines, & preuia licentia Pōtificia copulantur per matrimonium, si vir decedat, & sua vxor, tanquam proximior ipsi succedat in terris, castris, & feudis, tunc retinebit dignitatem, cum administratione, ità singulariter *Abb. in c. cum dilecta nu. 17. de confirm. vtil. vel inut.* & his priuilegijs gaudere; non dum vi-
94 uentes in seculo, sed etiam, immò à fortiori religionem ingressas, cum tutiorem viam elegissent docet *Campagna super c. regni 250. nu. 15. de viduen.*

Nec mirum vobis sit, si tot prerogatiuis, & beneficijs decorantur miserrimę mulieres in viduitate manentes in vtroq; Iure; quia maioribus apud Deum potiuntur gratijs; vide igitur quæsò quæ dixit *Iacob. Apost. cap. 1. in fin. Quod religio munda, & immaculata apud Deum, & Patrem hæc est; visitare pupillos, & viduas in tribulatione*
95 *eorum.* & Eccles. 35. iniungitur. *Non despicies patres pupilli, nec viduam si effundat querelam gemitus;* ac *Isai. cap. 1. Quarite iudicium subuenire appresso, defendite viduam,* quod concordat cū Zacch. 7. ibi, *viduam, pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari,* & cum *Ieremia cap. 22. in princ.* dicente: *Facite iudicium, & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris, et aduenam, et pupillum, et viduam nolite contristare; neq; opprimatis inique;* valdè namq; delinquūt qui viduas cōculcant, & enormitèr peccant, vt per *Viguer. inst. Christ. de cōsolat. desolator. litt. A. et B. et sub rub. de pecc. orig.* ità quod Deus contra eos indignatur per hoc, vt apud *Matth. 23.* minaturq; iudicibus, & scribis, qui earum iustitiam deprimunt, dicēs. *ve vobis scribe, et Pharisei hypocrite hypocrita, qui comeditis domus viduarum;* ista autē generatio à Deo benedicta est, vt in *Ps. 131* ibi, *Viduam eius benedicens benedicam, et pauperes eius satur abo panibus,* & sciant cunctis, quod viduarum cu-

custos Dominus est, vnde qui eas rapere, ipsisq; nocere voluerit, inueniet vigilem Deum ad tutelam, vt *in ps. 145. Dominus custodit aduenam pupillum, & viduam suscipiet, & vias peccatorum disperdet*, & *in prouerb. 15. Domum superborum demolietur Dominus, & firmos faciet terminos viduæ*, qui potiùs vltionem faciet, quam iustitiam ministrabit contrà viduarum offensores, vt habetur *Exod. 22. lit. D. viduæ scilicet, & pupillo non nocebitis, si læseritis eos vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli*; caueant igitur mortales ab appræssione viduarum, nè Diuinam indignationem experiantur, & habeant vltorem Patrem misericordiarum, à quo liberet nos ipse met clementissimus Dominus. Amen.

DE MVLIERIBVS SOLVTIS.

SPECIALE SEPTIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres solutæ quatrupliciter esse possunt, sed quæ propriè. nu. 6.*
Gaudent priuilegijs viduarum, & virginum.
2 *Moniales, siue bizochæ in sæculo manentes in eorum domibus, gaudent beneficio l. vnica C. quando* Imp. *int. pup. & vid. & alijs, vt sub num. 5.*
3 *Tex. in l. palam 43. §. non solùm, ff. de Ritu nup. intellectus, & dicto nu. 5.*
4 *Meretrix non dicitur, quæ peccare desijt, secus autem si intermiserit.*
5 *Filia peccans in corpus suum, & si possit exhæredari à patre, tamen hoc cessat, quando ab errore se penituerit, imò in vita alenda, & dotanda est; sicut prius, nec ali, nec dotari poterat.*
6 *Meretrices sunt in multiplici differẽtia.*
7 *Stuprum cum quo committatur: & an longa consuetudine purgetur. nu. 8.*
Sayri opinio, quod fornicatio sit viduam cognoscere, quomodò saluetur.
8 *Vidua inhonesta, expellenda est à conuicinio honorato.*
9 *Rem habens cum vxorata meretrice, non potest plecti pœna adulterij.*
10 *Fornicatio simplex, peccatum est, & quæ sit eius pœna apud Deum, cum apud homines non puniatur, & nu. seq.*
11 *Coitus quodq; prohibitus præter coniugalem:*
12 *Incestus committitur cum consanguinea meretrice.*
13 *Fornicatio vnde dicta.*
14 *Meretrices insidiantes tanquam fures, spernenda sunt.*
15 *Fornicationis definitio.*
16 *Fornicatio etiam est, si clericus solutam cognoscat.*
17 *Meretrix, quæ propriè sit.*
Maritata non præsumitur, nisi clarissimè constiterit, & priuatur antephato.
18 *Conseruatorium est filiarum meretricum in Ciuitate Neapolis, ad hoc nè fiant sicut matres, & quid circà hoc seruetur.*
19 *Meretrices, quæ propriè sint, quæ possunt eijci à conuicinio honorato, dato, qui habitent in proprijs domibus, & nu. 2.*

quos

quod idem est de scholaribus.

20 *Meretrices quare demigrãt de una vicinia ad aliam?*

21 *Persona facit locum, non locus personam, nam ibi dicitur Roma, ubi est* Papa.

22 *Pensio domus à quo soluenda cum meretrices ex fractauerint à conuicinia honorato?*

23 *Meretrices non possunt expelli à loco solito habitationis.*

24 *Meretrix vndè dicta?*

Non dicitur si sine pretio se prostituat.

Et si recesseris à malo, adhuc potest expelli à conuicinia honorato, & quare? & quando?

25 Malus *semper præsumitur malus.*

26 Meretricis *priuilegia.*

27 *Meretrices sunt miserabiles; & tamquàm stercus conculcantur, & nu.29.*

Soluunt de meretricio gabellam in Ciuitate, in qua degunt, & quid si sint de transitu, & per nonnullos dies commorentur?

Sunt continuis malis vexatæ, & multis alijs, vt hic.

28 *Secreta contrà morbum gallicum remissiuè.*

29 *Meretrices gaudent beneficio l. unicæ* C. *quando* Imp. *inter pup. & vid. habet primum, & secũdum beneficium, & alia, & quare.*

30 *Paradoxa Sansonis enunciantur.*

31 *Meretrices tolerantur à lege ad euitãdum maius malum.*

De duobus malis, *minus est elegendũ.*

32 *Meretrices possunt expelli à ciuitatibus, & melius infra. nu.58.*

33 *Meretricis consuetudo quot mala producat exponitur.*

34 *Meretrices sunt liberæ, & non possunt ab uno compelli ad rem cum eo habendi, quia cum alio habuit.*

35 *Violentia illata meretricibus capitali pœna punitur.*

36 *Furtum si fiat meretrici ob fractas Ianuas à Titio; Titius de furto non tenetur.*

37 *Odoardus* Monaldes: *bi laudatur.*

38 *Meretrices non dum legitima recipiunt mercedem, sed etiam possunt de quæstu alemosinam facere.*

Turpitèr agunt, sed non turpitèr accipiunt.

39 *Donatum meretrici non potest repeti, imò ipsa pro promissis agebit.*

40 *Meretricem fraudantes à debita mercede peccant.*

41 *Meretrices possunt compellere fornicarios ad dandam solitam mercedem.*

42 *Donatio facta meretrici remoto Veneris actu valet, & sic etiam institutio hereditatis.*

43 *Anima vnius plus valet, quam totus mundus.*

44 *Meretrix vel concubina, cui sit factum legatum si castè, & honestè vixerint, debent de hoc præstare cautionem.*

45 *Donatio facta à minore, milite, vel clerico meretrici, quando valeat?*

46 *Affinitas contrahitur etiam ex damnato coitu, sed quomodò.*

47 *Filij nati ex meretrice vulgo quæsitis dicuntur.*

48 *Meretrices non se confitentes semel in anno nõ possunt excõmunicari, & quare.*

49 *Peccata sua quilibet post annum discretionis saltim semel in anno confiteri debet, alias potest excommunicari, & quomodò sit de hoc praxis.*

50 *Meretrices impœnitentes carent* Eccle*siastica sepultura. & nu.59.*

51 *Meretrices non possunt esse testes, nisi in quatuor casibus, quod Author non approbat.*

Possunt admitti ad accusandum, exceptis nonnullis casibus.

Deo infideli vlla est adhibenda fides.

Meretrici asserenti prægnãtem esse ex aliquo non creditur, sicuti virgini fuisse strupatam.

52 *Meretrices etiam habent testamenti factionem actiuam, & passiuam.*

53 Meretricibus *tanquàm prodigis, & furiosis potest curator dari.*

54 *Filia meretrix poterit à patre exhæredari; sed quando perbellè.*

Dolus cum dolo compensatur.

55 Meretrices *possunt carcerari, dato quod sint maritatæ, quod non procedit in alijs mulieribus honestissimis.*

Mere-

56 *Meretrix maritata quando trahenda ad carceres particulares, & quando pro debito ciuili capi non possit.*

57 *Meretrix penitens, gaudet priuilegijs honestarum personarum, licet infamia restet secundum* Io: Fab.

58 Meretrices *non dum non possunt stare in uicinia honorata, sed possunt expelli ab urbe.*

Concubina nō potest expelli à vicinia.

59 *Mortui impenitentes, carent Ecclesiastica sepultura.*

60 *Meretricis cuiusdam tumulus ab Alciato honoratus.*

61 *Meretrices non possunt deferre vestes honestarum matronarum, prout è obseruatione in* Ciu. Neap. *&* Mediol. *secundum* Menoch. *& à fortiori non possunt deferre vestes monialium, sed author conqueritur de non perfecta obseruantia, usq; ad nu.65.*

62 *Mulieres in quibus imitentur meretrices.*

63 *Meretrices non possunt ire in rhedis, & in sellis, sed malè seruatur.*

64 *Mulieres in quibus, hominibus se faciunt similes.*

65 *Meretrix inuenta cum vestibus hominis induta, fustis cęsa fuit.*

66 *Mulieres Venetæ & Iannenses quando auro, & sumptuosis vestibus vtantur.*

67 *Meretrix uxorata punietur tamquam adultera, sed non accedens ad eam.*

68 Meretrix *tamquam pestis nocet, & necat: cum* PLAVTI *sententia.*

69 *Meretricis dona quæ sint.*

70 *Amantium est deplorabilis status.*

71 Meretrix *comparatur mari, & vide, quæ* Salamon *de meretrice fatur.*

72 *Amor meretricis, est aurum.*

73 Meretrices *solent deligere primos earum defloratores.*

74 *Amasiæ non sunt meretrices, nec à conuicinio honorato expelli possunt, nec infamant.*

Prolem melius est non habere, quam illegitimam.

75 *Nubere est melius, quam vri.*

76 *Fornicatio vera, quæ dicatur, & quomodo definiatur.*

Est minimum omnium peccatorum.

77 *Amare omnes habent è natura.*

78 *Amoris incendium, quomodò Sācti Patres extinguebant.*

79 *Amor Platonicus grandis est.*

Amicus alter ego.

80 *Natura est prona ad malum.*

81 *Amor fortis, ut mors, & omnia vincit.*

82 *Iuuentus amore capta excusatur.*

83 *Philosophi sunt amantes sed raro, & quare.*

84 *Amantes sunt pauidi.*

85 *Sapientes quandoq; amantes, & solent esse tristes.*

86 *Amantes æquiparantur furiosis, & extraordinariè punitur deliquendo amoris causa.*

87 *Amoris furore nil vehementius, & est ratio in versibus hic adductis.*

88 *Amoris infirmitati remedium quod, & si secundum aliquos sit morbus insanabilis.*

89 *Melius est antè tempus occurrere, quàm post malum remedium quærere.*

90 *Otium inimicus virtutis, & quomodò boni religiosi illud eyciant.*

91 *Otium est causa destructiua* Castitatis.

Poetas allegare permissum est.

92 *Concubina quæ, & in quibus differat ab amasia.*

93 *Concubina parū differet ab uxore, usq; ad nu.95.*

Concubinatus quid sit.

94 *Concubinas diuersas eodem tempore habere, nemo potest sicut diuersas uxores.*

95 *Vxor re vera est diuersa à concubina, & nu seq.*

96 *Concubina non succedit concubinario.*

97 *Filij concubinariorum, quādo ipsis non succedant.*

Concubina quando nō potest esse uxor, dato temporis cursu talis esse possit, eius filij procreati in concubitu non succedunt concubinario.

98 *Concubina non potest instituì hæres, & si instituatur institutio, non tenet, nec minus ei donari.*

99 *Filij nati de concubina non reprobata à lege, legitimātur per subsequens matrimonium.*

Arti-

100 *Articulandi modus, qui ad probandum filios natos ex concubina esse legitimatos per subsequens matrimonium.*
Concubina quando vera talis dicatur.
101 *Concubina non sequitur forum concubinary, ut uxor forum viri; imò nec etiam domicilium mutat.*
102 *Vxor sicùt ratione turpis quaestus euitandi dotata praesumitur de bonis viri, ità & concubina de bonis concubinarij, sed ad finem, ut potiùs de furto conuinci possit, & quid si euidentèr ex meretricio mulier acquirat, an à viro repeti valeat?*
103 *Concubina nomen honestius est, quam nomen meretricis, uel amica.*
Nomen amicę est generalissimum ad omnes fœminas.
104 *Concubinatus antiquitus non erat punibilis, sed habitus pro re quasi honesta, at hodie damnatus prorsus est iure canonico.*
105 *Concubinarius debet segregari à consortio fidelium, & non audiri cum pęniteat, nisi priùs concubinam dimittat.*
106 *Concubinarius in articulo mortis cōstitutus potest absolui, etiam non dimissa concubina.*
107 *Sacerdos quilibet etiam non approbatus ab ordinario potest confessiones audire in mortis articulo, & ab omnibus censuris absoluere.*
108 *Concubinatus crimen an sit mixti fori, & quomodò probatur remissiuè.*
Quomodò damnatus per S.C.Trid. & potest in eo ex officio procedi.
109 *Concubina quare possit ab urbe expelli, & banniri? & quare non concubinarius.*
Remota causa, remouetur effectus.
110 *Vxor pro concubina potest à viro se segregare, & non redire, nisi praestita per virū cautione de eam bene tractando.*
Fructus concubinatus.
111 *Concubinarius uxoratus infamis est, & non admittitur ad accusandum, nec potest hares institui.*
112 *Concubina an possit esse testis pro concubinario, & an eum possit haeredem instituere.*
113 *Peccata luxus breuiant ętatem.*
Veneris usus destruit naturam.
114 *Salamon vixit paruo tempore propter luxuriam.*
Pęna luxuriae apud Deum est gehenna.
115 *Clericis concubinarij, quae sint introductae pęnae.*
116 *Excommunicatio minor regularitèr contrahitur per communicationem cum excommunicato, sed quando limitetur.*
117 *Cohabitatio clericorum, & mulierum interdicta.*
118 *Materia, ut appetit formam, ità mulier virum.*
119 *Cohabitando clericus cum muliere suspecta, quomodò puniendus.*
120 *Sacerdotis publici concubinarij non sunt audienda sacrificia.*
121 *Deo plus placet latratus canis, quàm cantus clerici luxuriantis.*
122 *Episcopi opera, quae debeant esse.*
123 *Episcopi luxuriosi quomodò puniendi.*



DE MVLIERIBVS SOLVTIS.

CAPVT TERTIVM.

SPECIALE SEPTIMVM.

1 MVlieres quatruplici modo solutae esse possunt. Primò aetate, & sic virgo, quae maior facta nec vxorata, nec vidua est, soluta dicitur, & ista aequiparatur viduae, eiusq; priuilegijs potitur, vt dixit

Menoch.de Arbitr.Iud.casu 534.*nu.*11.
& latiùs dixi superius *De Mul. Vid.*
speciale 5.*nu.*1. colligitur hoc ex *Apo-*
stoli sententia 1. *cor.* 7. *lit.* E. in illis
verbis, *Solutus es ab vxore, noli quæ-*
rere vxorem, gaudetq; etiam virgi-
nis prærogatiuis, cum virgo sit, vndè
videtur dupliciter priuilegiata. Se-
cundo statu, quia viduæ solutæ dici
possunt secundum eundem *Apost. ad*
*Rom.*7. cum dixerit. *Si autem mortuus*
fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Ter-
tio exercitio, si mulier, quæ aliquan-
do virum cognouit in se reuersa pę-
niteat, & deindè vitam cœlibem du-
cat, & se tanquàm monialem exer-
ceat castè, & honestè, & solitariè, vt
sunt quædam moniales laicæ, quæ
domi mortificatè viuunt, quibus ho-
die sub diuersarum religionum insi-
gnijs copiosè abundat Ciuitas ista, &
2 hæ sunt priuilegiatę circà beneficium
l.vnica C. quando Imp. int. pup. & vid.
*secundum Con.to.*2.*lib.vnico cap.*7.*n.*2.
& propriè cœlibes dicuntur per lexi-
con iuris in *Ver. Cælebs*, ac inter per-
sonas miserabiles computantur per
Menoch.casu 66. *de Arbitr.iud. nu.*8. &
quamuis posset opponi aduersus istas
hoc modo solutas per *tex. in l. palam*
43.*ff.de ritu nupt. in* §. *non solùm*, vbi
legitur, *Non solùm autem ea, quæ facit,*
& si desijt lege notatur, neq; enim abo-
letur turpitudo, quæ postea intermissa est.
Nempè non esse purgatam noxiam
per recessum à malo, & proindè opti-
3 marum mulierum priuilegijs non po-
titi, nihilominus veritas in contra-
rium est, vt respondet *gl. in d.* §. *non so-*
lum lit. F. ibi *Nisi statum mutauerit.*
Etenim mutatio status ab intermissio-
ne differt. *Tex. vulte* quod quando
mulier intermittit mechari; adhùc di-
catur meretrix; proùt etiam de febre
dicunt medici; quod licèt intermittat,
nō est sanus egrotus; diciturq; semper
in eadem indispositione permanere
vsq; dum febris totalitèr recedat; se-
cùs autem quando peccatum omni-
nò derelinquit, nàm tùnc amplius nō
infirmus, sed sanitate restauratus ad
4 exemplum egroti, noua censetur per-
sona per *tex. in c. ferrū* 18. *in ordine* 50.
dist. Episcopus Ricciul. *de statu reprobo*
*c.*4.*lib.*2.*per tot.* & nō immeritò viden-
dus est *Matth. de Affl. decis.* 36.
& propterea dixit optimè *Viu. in*
*sua sylua opin.*308. post articuli dispu-
tationem, quod licèt filia peccans in
corpus suum possit à patre exhæreda-
5 ri, si tamen conuertatur, moresq; mu-
tauerit, non dicitur peccasse, sed est
instituenda, ac vllum vnquam patras-
set errorem, imò in vita alenda, & do-
tanda secundum *Ias. in l. in arenam, C.*
de inoff. test. & Menoch. de Arbitr. iud.
casu 464.*n.*24. sicùt è contrà prius nec
alimenta, nec dotem prętēdere pote-
rat secundum *Gratia. disc. for. cap.* 5.
*nu.*45. Altera datur responsio ad *di-*
ctam l. palam per Io. Fabr. *inst. de inoff.*
*test. vers. soror aut, à nu.*4. *ad* 8. dicen-
tem non comprehendi sub disposi-
tione *dicta l.* quæ semel, vel bis per
fragilitatem cadit in peccatum, nec
quæ libidinis calore cum aliquo vti-
tur, quia non possunt dici infames,
sed tantùm turpes, & inhonestæ, &
propterea, si Diuina fauente gratia ab
errore recessetint, & cœlibem vitam
duxerint, omni sublata maculæ me-
moria, sunt alio nomine nuncupan-
dæ, alijsq; decorandæ fauoribus, & pa-
rum est inter solutas, morigera-
tas, & honestas mulieres connumera-
re eas, quæ retinēt omnia priuilegia,
(vt vnico verbo me expediam) quæ
ipsis impartiuntur à legibus, tàm Vel-
leiani, tàm electionis fori, tàm resti-
tutionis in integrum, quàm aliorum
quorūcūq; dūmodò tamē dicta bene-
ficia, & signantèr dicta restitutio in
aliquibus casibus nō improbetur; sed
regularitèr errantibus in actu, in sol-
lemnitate, & in validitate alicuius in-
strumenti, vel petitionis, iure succur-
ritur iuxtà *Vulp. sententiam in l.* 1. §.
fin. ff. de edendo, proùt meminit, & co-
mendauit *Gabr. de Pareya to.* 2. *de in-*
strum. edit. tit. 9. *resol.*5. *in princ.* Quar-
to

to vitæ lapsu solutæ dicuntur mulieres, & istis propriè cadit solutarum nomen, quæ honestatis expulso de-
6 core palam peccant; & sunt dupliciter, meretrices, & amasiæ, nempè publicæ, & priuatæ secundum *Anton. Solae.ad consuetud. sabaud. de meretric. gl. vnica n.1.fol.289.* & hęc etiam duplici modo considerantur, nempè vti amasiæ simpliciter, & vti amasiæ concubinæ *c. non omnis el. 12. 32. q.2.* vt paulatim inferiùs dicemus: hasq; meritò Doctores solutas appellant, cum eis recedendi ab earum opera libera sit facultas. *arg. tex. in l.2. ff. de libero hom. exhib. Alc. in l. quod neq; 48. §. solutum ff. de verb. signif.*

Cum duabus primis solutarum
7 speciebus, idest cum virgine, & vidua rem habere stuprum est, vt *in l. stuprum 34. ff. ad l. Iul. de adult. & l. inter stuprum 101. ff. de verb. & rerum signif. Clar. §. stuprum in princ. Hyppol. de Marsil. cōs. 13. & Menoch. de* Arbitr. *iud. casu 288. nu.3. contrà Sayr. in sua claui regula lib.8. cap.2. de fornicat. nu.* 8. vbi dixit fornicationem esse cum vidua coire; qui tamen potest, vt decet defendi hac distintione, quod aut loquimur de vidua casta, & honesta, & ista si fuerit cognita, stuprum est, & stupri pœna puniendum secundum *Clar. vbi supra nu. 3.* & plenè dixi in *Florilegio rub. de adult.* aut de vidua incontinenti, & inhonesta, & quia viduitatis decus obscurauit, vt loquitur *Grill. q.11. de pœnis omnifaria &c.* & fornicatio est, cum vidua amplius censenda non sit, sed soluta, immò meretrix dùm variat nomen, sicùt mutat statum; & adeò verum, quod
8 dixit *Cauens. super ritu 10. nu.8.* expellendam esse à conuicinio honorato: sic paritèr puella, virgo dicitur vsq; dum incorrupta existat, sed si stuprata meretricetur, meretrix est, vt habetur ex *Reg. Donato Antonio de Marinis resolut. 255. numer. 16. & Reg. Rou. tom. 2. conf. 74. num. 6.* qui dicunt stupri delictum ex longa consuetudine purgari, vxor talis dicitur, vsq; dum viro fidem seruet, sed si eam frangat, & in meretricio viuat vxoris nomine, nominanda non est; ità & talitèr, quod adulterij pœna plecti non
9 posse ad eā accedentem, tradidit *Capyc. decis. 4. in fine.* sequitur *Clar. in §. adulterium n.3. & Reg. Rou. super prag. 1. de meretric. ad finem.*

Coninquinari postmodùm cum alijs solutis, simplex fornicatio est, quæ non sinè mortali peccato com-
10 mittitur, vt dixit *Abb. in c. inter opera nu.4. de sponsāl. & matr. Sayr. in claui Regia lib.8. cap 2. de fornicatione nu. 2. & 6. Arec. inst. de patr. potestate. §. in potestate in fine. Filiuc. to.2. cap.2. de speciebus luxoriæ nu.37. Con. to.1. de sponsal. cap 4. primæ partis nu.8. Viglius instit. de success. ab intest. nu.27. fol.218. Clar. §. fornicatio in princ. & Menoch. de Arbitr. iud. casu 289. nu.* 8. & eius pœna erit sicùt cæterorum peccatorum (quando misericorditèr à Deo non indulgetur) ignis æternus. *Menoch. vbi supra.* etenim omnis coitus
11 prætet coniugalem, damnatus est, *c. nemo 4. & c. meretrices 11. 32. q.4. Grill. d. q. 11. in fine, & Clar. vbi suprà,* qui dicit, quod hæresim sapit opinio illa, quæ contrarium asseuerate præsumerit, & est optima *gl. additionata in §. quibus ver. præsliterunt instit. de hæred. quæ ab intest. deferuntur,* est tamen verùm, quod à lege ciuili nòn punitur secundum *Bar. in l. fin. nu.4 de his qui bus, vt indig. & in l. in concubinatu. ff. de concub. Alex.* qui de communi testatur *in l. ex facto. §. siquis rogatus nu. 3. ff. ad Treb. Socc. in l. cum vnus nu. 65. vers. magis etiam ff. de condit. & demonstrat. Farin. q.138. nu 30. de delict. car. Clar. ibid. nu.2. Menoch. d. casu 289. nu. 14. Luca de Penna in l.9. C. de Incol. lib. 10. col.5. in fine, & Præs. de Franch. decis. 47.* contrà *Abb. Fel. Ripam, & alios,* cōtrarium sentientes; quod habet locum, dato in lupanario consanguineā, quis cognouerit, intellige ignorantèr tamquam meretricem, secùs tamen

 si

bus alijs prerogatiuis. Sic etiam indignæ fiunt viduitatis prærogatiuis, nõ dum nubentes, & luxuriantes, sed et
89 infames, quæ maritorum sunt carnifices, siuè per se, siuè per alios, sufficit enim si non mortem, saltim causam morti virorũ dedisse *Couar. d. lib. unica cap. 6. sub nu. 3. vers. sed si quis.* dum frustra legis petit auxilium, quæ in lege committit *c. quia frustra 14. de Vsur. c. an sit 42. de appellat. c. fin. §. cum in eo,*
90 *ubi gl. de immunit. eccl. l. auxilium 38. §. ultimo in fine, ff. de minor. 25. ann. l. scimus 22. §. fin verò postquã, C. de iur. delib.* non debet viduitatem offendere, dum voluntariè necandò virum in viduitatem incidit, si viduitatis mulier intendit priuilegijs potiri, esset namq; iniqua, lex si occisi viri dignitatibus, & honoribus prauam vxorẽ frui permitteret, nec est mirum quod bonæ viduæ sint adeò priuilegiatæ,
91 dum equiparantur virginibus per castitatem, quam seruant, de *Affl. in cõst. matres num. 2. de matribus earum filias prostituentibus,* dum castitas est amica Deo, & ipsa sola coram eo potest animas presentare, vt per *tex. in §. sancimus auth. de lenon.* docet *Boll. sua praxi crim. ver. item quod fuit leno num. 35.* & adeò verum est, qu od mortuis viris, in viduitate viuentes coruscant radijs eorum, quod si viri tamquam nobiles, prout in multis partibus seruatur sunt exempti ab aliqua contributione, vel ab aliquo onere; defun-
92 ctis illis, superstites mulieres cogi nõ possunt ad contribuendum oneribus vniuersalibus *Guid. Papa decis. 370.* de qua meminit etiam *Camp. in c. porrecta culmini. nu. 113. de modo, & forma appretij.*

Limitatur tamen hoc priuilegium in dignitate cum administratione, iam vidua non est in hoc priuilegiata, ponit exemplum *Franc. de Ponte a potest. proreg. tit. 10. §. 1. n. 33. & 34.* fuerit Ducatus, vel Marchionatus;
93 Id hoc intelligendum est de vidua simpliciter, secus autem si cum ea alia alia causa concurrat, nempè successionis, puta sunt duo affines, & preuia licentia Põtificia copulantur per matrimonium, si vir decedat, & sua vxor, tanquam proximior ipsi succedat in terris, castris, & feudis, tunc retinebit dignitatem, cum administratione, ità singulariter *Abb. in c. cum dilecta nu. 17. da confirm. vtil. vel inut.* & his priuilegijs gaudere; non dum vi-
94 uentes in seculo, sed etiam, immò à fortiori religionem ingressas, cum tutiorem viam elegissent docet *Camp. pugna super c. regni 250. nu. 15. de violen.*

Nec mirum vobis sit, si tot prerogatiuis, & beneficijs decorantur miserrime mulieres in viduitate manentes in vtroq; Iure, quia maioribus apud Deum potiuntur gratijs; vide igitur quæsò quæ dixit *Iacob. Apost. cap. 1. in fin. Quod religio munda, & immaculata apud Deum, & Patrem hæc est; visitare pupillos, & viduas in tribulatione*
95 *eorum.* & Eccles. 35. iniungitur. *Non despicies patres pupilli, nec viduam si effundat querelam gemitus,* ac *Isai. cap. 1. Quarite iudicium subuenire oppresso, defendite viduam,* quod concordat cũ *Zacch. 7. ibi, viduam, pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari,* & cum *Ieremia cap. 12. in princ.* dicente: *Facite iudicium, & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris, et aduenam, et pupillum, et viduam nolite contristare, neq; opprimatis inique;* valdè namq; delinquũt qui viduas cõculcant, & enormitèr peccant, vt per *Viguer. inst. Christ. de cõsolat. desolator. litt. A. et B. et sub rub. de pecc. orig.* ità quod Deus contra eos indignatur per hoc, vt apud *Matth. 23.* minaturq; iudicibus, & scribis, qui earum iustitiam deprimunt, dicẽs. *ve vobis scribe, et Pharisei hypocrite hypocrita, qui comeditis domus viduarum;* ista autẽ generatio à Deo benedicta est, vt in *Ps. 131* ibi, *Viduam eius benedicens benedicam, et pauperes eius saturabo panibus,* & sciant cunctis, quod viduarum cu-

custos Dominus est, vnde qui eas rapere, ipsisq; nocere voluerit, inueniet vigilem Deum ad tutelam, vt *in ps. 145. Dominus custodit aduenam pupillum, & viduam suscipiet, & vias peccatorum disperdet*, & *in prouerb.* 15. *Domum superborum demolietur Dominus, & firmos faciet terminos viduæ*, qui potiùs vltionem faciet, quam iustitiam ministrabit contrà viduarum offensores, vt habetur *Exod. 22. lit. D. viduæ scilicet, & pupillo non nocebitis, si læseritis eos vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli*; caueant igitur mortales ab appræssione viduarum, nè Diuinam indignationem experiantur, & habeant vltorem Patrem misericordiarum, à quo liberet nos ipse met clementissimus Dominus. Amen.

DE MVLIERIBVS SOLVTIS.

SPECIALE SEPTIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres solutæ quatrupliciter esse possunt, sed quæ propriè. nu. 6.*
Gaudent priuilegijs viduarum, & virginum.
2 *Moniales, siue bizochæ in sæculo manentes in eorum domibus, gaudent beneficio l. vnica C. quando Imp. int. pup. & vid. & alijs, vt sub num. 5.*
3 *Tex. in l. palam 43. §. non solùm, ff. de Ritu nup. intellectus, & dicto nu. 5.*
4 *Meretrix non dicitur, quæ peccare desijt, secus autem si intermiserit.*
5 *Filia peccans in corpus suum, & si possit exhæredari à patre, tamen hoc cessat, quando ab errore se penituerit, imò in vita alenda, & dotanda est, sicut prius, nec ali, nec dotari poterat.*
6 *Meretrices sunt in multiplici differētia.*
7 *Stuprum cum quo committatur: & an longa consuetudine purgetur. nu. 8.*
Sayri opinio, quod fornicatio sit viduam cognoscere, quomodò saluetur.
8 *Vidua inhonesta, expellenda est à conuictnio honorato.*
9 *Rem habens cum vxorata meretrice, non potest plecti pœna adulterij.*
10 *Fornicatio simplex, peccatum est, & quæ sit eius pœna apud Deum, cum apud homines non puniatur, & nu. seq.*
11 *Coitus quodq; prohibitus preter coniugalem.*
12 *Incestus committitur cum consanguinea meretrice.*
13 *Fornicatio vnde dicta.*
14 *Meretrices insidiantes tanquam fures, spernenda sunt.*
15 *Fornicationis definitio.*
16 *Fornicatio etiam est, si clericus solutam cognoscat.*
17 *Meretrix, quæ propriè sit.*
Maritata non præsumitur, nisi clarissimè constiterit, & priuatur antephato.
18 *Conseruatorium est filiarum meretricum in Ciuitate Neapolis, ad hoc nè fiant sicut matres, & quid circà hoc seruetur.*
19 *Meretrices, quæ propriè sint, quæ possunt ejici à conuictnio honorato, dato, quod habitent in proprijs domibus. & nu. 2.*

quo

quod idem est de scholaribus.

20 *Meretrices quare demigrãt de una vicinia ad aliam?*

21 *Persona facit locum, non locus personam, nam ibi dicitur Roma, ubi est* Papa.

22 *Pensio domus à quo soluenda cum meretrices exfractauerint à conuicinio honorato?*

23 *Meretrices non possunt expelli à loco solito habitationis.*

24 *Meretrix undè dicta?*

Non dicitur si sine pretio se prostituat.

Et si recesserit à malo, adhuc potest expelli à conuicinio honorato, & quare? & quando?

25 *Malus semper præsumitur malus.*

26 *Meretricis priuilegia.*

27 *Meretrices sunt miserabiles, & tamquàm stercus conculcantur, & nu.29.*

Soluunt de meretricio gabellam in Ciuitate, in qua degunt, & quid si sint de transitu, & per nonnullos dies commorentur?

Sunt continuis malis vexatæ, & multis alijs, ut hic.

28 *Secreta contrà morbum gallicum remissiuè.*

29 *Meretrices gaudent beneficio l. unicæ C. quando Imp. inter pup. & vid. habet primum, & secũdum beneficium, & alia, & quare.*

30 *Paradoxa Sansonis enunciantur.*

31 *Meretrices tolerantur à lege ad euitãdum maius malum.*

De duobus malis, minus est elegendũ.

32 *Meretrices possunt expelli à ciuitatibus, & melius infra. nu.58.*

33 *Meretricis consuetudo quot mala producat exponitur.*

34 *Meretrices sunt liberæ, & non possunt ab uno compelli ad rem cum eo habendi, quia cum alio habuit.*

35 *Violentia illata meretricibus capitali pœna punitur.*

36 *Furtum si fiat meretrici ob fractas Ianuas à Titio; Titius de furto non tenetur.*

37 *Odoardus Monaldesi bi laudatur.*

38 *Meretrices non dum legitima recipiunt mercedem, sed etiam possunt de quæstu elemosinam facere.*

Turpitèr agunt, sed non turpitèr accipiunt.

39 *Donatum meretrici non potest repeti, imò ipsa pro promissis agebit.*

40 *Meretricem fraudantes à debita mercede peccant.*

41 *Meretrices possunt compellere fornicarios ad dandam solitam mercedem.*

42 *Donatio facta meretrici remoto Veneris actu valet, & sic etiam institutio hæreditatis.*

43 *Anima unius plus valet, quam totus mundus.*

44 *Meretrix vel concubina, cui sit factum legatum si castè, & honestè vixerint, debent de hoc præstare cautionem.*

45 *Donatio facta à minore, milite, vel clerico meretrici, quando valeat?*

46 *Affinitas contrahitur etiam ex damnato coitu, sed quomodò.*

47 *Filij nati ex meretrice vulgo quæsitis dicuntur.*

48 *Meretrices non se confitentes semel in anno nõ possunt excõmunicari, & quare.*

49 *Peccata sua quilibet post annum discretionis saltim semel in anno confiteri debet, alias potest excommunicari, & quomodò sit de hoc praxis.*

50 *Meretrices impenitentes carent Ecclesiastica sepultura. & nu.59.*

51 *Meretrices non possunt esse testes, nisi in quatuor casibus, quod Author non approbat.*

Possunt admitti ad accusandum, exceptis nonnullis casibus.

Deo infideli ulla est adhibenda fides.

Meretrici asserenti prægnãtem esse ex aliquo non creditur, sicuti virgini fuisse strupatam.

52 *Meretrices etiam habent testamenti factionem actiuam, & passiuam.*

53 *Meretricibus tanquàm prodigis, & furiosis potest curator dari.*

54 *Filia meretrix poterit à patre exhæredari; sed quando per bellè.*

Dolus cum dolo compensatur.

55 *Meretrices possunt carcerari, dato quod sint maritatæ, quod non procedit in alijs mulieribus honestissimis.*

Mere-

56 Meretrix maritata quando trahenda ad carceres particulares, & quando pro debito ciuili capi non possit.

57 Meretrix penitens, gaudet priuilegijs honestarum personarum, licet infamia restet secundum Io: Fab.

58 Meretrices non dum non possunt stare in uicinia honorata, sed possunt expelli ab urbe.

Concubina nō potest expelli à vicinia.

59 Mortui impenitentes, carent Ecclesiastica sepultura.

60 Meretricis cuiusdam tumulus ab Alciato honoratus.

61 Meretrices non possunt deferre vestes honestarum matronarum, prout è obseruatione in Ciu. Neap. & Mediol. secundum Menoch. & à fortiori non possunt deferre vestes monialium, sed author conqueritur de non perfecta obseruantia, vsq; ad nu. 65.

62 Mulieres in quibus imitentur meretrices.

63 Meretrices non possunt ire in rhedis, & in sellis, sed malè seruatur.

64 Mulieres in quibus, hominibus se faciant similes.

65 Meretrix inuenta tum vestibus hominis induta, fustis cęsa fuit.

66 Mulieres Venetæ & Iannenses quando auro, & sumptuosis vestibus vtantur.

67 Meretrix vxorata punietur tamquam adultera, sed non accedens ad eam.

68 Meretrix tamquam pestis nocet, & necat: cum PLAVTI sententia.

69 Meretricis dona quæ sint.

70 Amantium est deplorabilis status.

71 Meretrix comparatur mari, & vide, quæ Salamon de meretrice fatur.

72 Amor meretricis, est aurum.

73 Meretrices solent deligere primos earum defloratores.

74 Amasiæ non sunt meretrices, nec à conuicinio honorato expelli possunt, nec infamant.

Prolem melius est non habere, quam illegitimam.

75 Nubere est melius, quam vri.

76 Fornicatio vera, quæ dicatur, & quomodo definiatur.

Est minimum omnium peccatorum.

77 Amare omnes habent è natura.

78 Amoris incendium, quomodo Sancti Patres extinguebant.

79 Amor Platonicus grandis est.

Amicus alter ego.

80 Natura est prona ad malum.

81 Amor fortis, ut mors, & omnia vincit.

82 Iuuentus amore capta excusatur.

83 Philosophi sunt amantes sed rarò, & quare.

84 Amantes sunt pauidi.

85 Sapientes quandoq; amantes, & solent esse tristes.

86 Amantes æquiparantur furiosis, & extraordinariè punitur delinquendo amoris causa.

87 Amoris furore nil vehementius, & est ratio in versibus hic adductis.

88 Amoris infirmitati remedium quod, & si secundum aliquos sit morbus insanabilis.

89 Melius est antè tempus occurrere, quàm post malum remedium quærere.

90 Otium inimicus virtutis, & quomodò boni religiosi illud eyciant.

91 Otium est causa destructiua Castitatis.

Poetas allegare permissum est.

92 Concubina quæ, & in quibus differat ab amasia.

93 Concubina parū differet ab uxore, vsq; ad nu. 95.

Concubinatus quid sit.

94 Concubinas diuersas eodem tempore habere, nemo potest sicut diuersas uxores.

95 Vxor re vera est diuersa à concubina, & nu. seq.

96 Concubina non succedit concubinario.

97 Filij concubinariorum, quādo ipsis non succedant.

Concubina quando nō potest esse uxor, dato temporis cursu talis esse possit; eius filij procreati in concubitu non succedunt concubinario.

98 Concubina non potest institui hæres, & si instituatur institutio, non tenet, nec minus ei donari.

99 Filij nati de concubina non reprobata à lege, legitimātur per subsequens matrimonium.

Arti-

100 *Articulandi modus, qui ad probandum filios natos ex concubina esse legitimatos per subsequens matrimonium.*

Concubina quando vera talis dicatur.

101 *Concubina non sequitur forum concubinarij, vt vxor forum viri; imò nec etiam domicilium mutat.*

102 *Vxor sicùt ratione turpis quæstus euitandi ditata præsumitur de bonis viri, ità & concubina de bonis concubinarij, sed ad finem, vt potiùs de furto conuinci possit, & quid si euidentèr ex meretricio mulier acquirat, an à viro repeti valeat?*

103 *Concubinæ nomen honestius est, quam nomen meretricis, uel amicæ.*

Nomen amicę est generalissimum ad omnes fœminas.

104 *Concubinatus antiquitus non erat punibilis, sed habitus pro re quasi honesta, at hodie damnatus prorsus est iure canonico.*

105 *Concubinarius debet segregari à consortio fidelium, & non audiri cum peniteat, nisi priùs concubinam dimittat.*

106 *Concubinarius in articulo mortis cõstitutus potest absolui, etiam non dimissa concubina.*

107 *Sacerdos quilibet etiam non approbatus ab ordinario potest confessiones audire in mortis articulo, & ab omnibus censuris absoluere.*

108 *Concubinatus crimen an sit mixti fori, & quomodò probatur remissiuè.*

Quomodò damnatus per S.C.Trid. & potest in eo ex officio procedi.

109 *Concubina quare possit ab vrbe expelli, & banniri? & quare non concubinarius.*

Remota causa, remouetur effectus.

110 *Vxor pro concubina potest à viro se segregare, & non redire, nisi præstita per virũ cautione de eam benetractando.*

Fructus concubinatus.

111 *Concubinarius vxoratus infamis est, & non admittitur ad accusandum, nec potest hæres institui.*

112 *Concubina an possit esse testis pro concubinario, & an eum possit hæredem instituere.*

113 *Peccata luxus breuiant ętatem.*

Veneris vsus destruit naturam.

114 *Salamon vixit paruo tempore propter luxuriam:*

Pęna luxuriæ apud Deum est gehenna.

115 *Clericis concubinarijs, quæ sint introductæ pęnæ.*

116 *Excommunicatio minor regularitèr contrahitur per communicationem cum excommunicato, sed quando limitetur.*

117 *Cohabitatio clericorum, & mulierum interdicta.*

118 *Materia, vt appetit formam, ità mulier virum.*

119 *Cohabitando clericus cum muliere suspecta, quomodò puniendus.*

120 *Sacerdotis publici concubinarij non sunt audienda sacrificia.*

121 *Deo plus placet latratus canis, quàm cantus clerici luxuriantis.*

122 *Episcopi opera, quæ debeant esse.*

123 *Episcopi luxuriosi quomodò puniendi.*



DE MVLIERIBVS SOLVTIS.

CAPVT TERTIVM.

SPECIALE SEPTIMVM.

1 MVlieres quatruplici modo solutæ esse possunt. Primò ætate, & sic virgo, quæ maior facta nec vxorata, nec vidua est, soluta dicitur, & ista æquiparatur viduæ, eiusq; priuilegijs potitur, vt dixit

Menoch. de Arbitr. Iud. casu 534. nu. 11. & latiùs dixi superius *De Mul. Vid. speciale* 5. nu. 1. colligitur hoc ex *Apostoli* sententia 1. cor. 7. lit. E. in illis verbis, *Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem*, gaudetq; etiam virginis prærogatiuis, cum virgo sit, vndè videtur dupliciter priuilegiata. Secundo statu, quia viduæ solutæ dici possunt secundum eundem *Apost. ad Rom.* 7. cum dixerit. *Si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri.* Tertio exercitio, si mulier, quæ aliquando virum cognouit in se reuersa pęniteat, & deindè vitam cœlibem ducat, & se tanquàm monialem exerceat castè, & honestè, & solitariè, vt sunt quædam moniales laicæ, quæ domi mortificatè viuunt, quibus hodie sub diuersarum religionum insignijs copiosè abundat Ciuitas ista, &
2 hæ sunt priuilegiatæ circà beneficium *l. vnica C. quando Imp. int. pup. & vid.* secundum *Con. to. 2. lib. vnico cap. 7. n. 2.* & propriè cœlibes dicuntur per lexicon iuris in *Ver. Cœlebs*, ac inter personas miserabiles computantur per Menoch. casu 66. de Arbitr. iud. nu. 8. & quamuis posset opponi aduersus istas hoc modo solutas per *tex. in l. palam* 43. ff. de ritu nupt. in §. *non solùm*, vbi legitur, *Non solùm autem ea, quæ facit, & si desijt lege notatur, neque enim abolletur turpitudo, quæ postea intermissa est.* Nempè non esse purgatam noxiam per recessum à malo, & proindè opti-
3 marum mulierum priuilegijs non potiri, nihilominus veritas in contrarium est, vt respondet *gl. in d. §. non solum lit. F.* ibi *Nisi statum mutauerit.* Etenim mutatio status ab intermissione differt. *Tex. vult*, quod quando mulier intermittit mechari; adhùc dicatur meretrix; prout etiam de febre dicunt medici; quod licèt intermittat, nō est sanus egrotus; diciturq; semper in eadem indispositione permanere vsq; dum febris totalitèr recedat; secùs autem quando peccatum omninò derelinquit, nàm tùnc amplius nō infirmus, sed sanitate restauratus ad-
4 exemplum egroti, noua censetur persona per *tex. in c. ferrū* 18. *in ordine* 50. *dist. Episcopus* Ricciul. *de statu reprobo c. 4. lib. 2. per tot.* & nō immeritò videndus est *Matth. de Affl. decis.* 36. & propterea dixit optimè *Vsu. in sua sylua opin.* 308. post articuli disputationem, quod licèt filia peccans in corpus suum possit à patre exhæreda-
5 ri, si tamen conuertatur, moresq; mutauerit, non dicitur peccasse, sed est instituenda, ac vllum vnquam patrasset errorem, imò in vita alenda, & dotanda secundum *Ias. in l. in arenam, C. de inoff. test.* & *Menoch. de Arbitr. iud. casu* 464. n. 24. sicutè contrà prius nec alimenta, nec dotem pręt ēdere poterat secundum *Gratia. disc. for. cap.* 5. *nu.* 45. Altera datur responsio ad *dictam l. palam per Io. Fabr. inst. de inoff. test. vers. soror aut, à nu.* 4. *ad* 8. dicentem non comprehendi sub dispositione *dictæ l.* quæ semel, vel bis per fragilitatem cadit in peccatum, nec quæ libidinis calore cum aliquo vititur, quia non possunt dici infames, sed tantùm turpes, & inhonestæ, & proptereà, si Diuina fauente gratia ab errore recesserint, & cœlibem vitam duxerint, omni sublata maculæ memoria, sunt alio nomine nuncupandæ, alijsq; decorandæ fauoribus, & parum est inter solutas, morigeratas, & honestas mulieres connumerare eas, quæ retinēt omnia priuilegia, (vt vnico verbo me expediam) quæ ipsis impartiuntur à legibus, tàm Velleiani, tàm electionis fori, tàm restitutionis in integrum, quàm aliorum quorūcūq; dūmodò tamē dicta beneficia, & signantèr dicta restitutio in aliquibus casibus nō improbetur; sed regularirièr errantibus in actu, in sollemnitate, & in validitate alicuius instrumenti, vel petitionis, iure succurritur iuxtà *Vulp. sententiam in l.* 1. §. *fin. ff. de edendo*, proùt meminit, & commendauit *Gabr. de Pareya to.* 2. *de instrum. edit. tit.* 9. *resol.* 5. *in princ.* Quarto

to vitæ lapsu solutæ dicuntur mulieres, & istis propriè cadit solutarum nomen, quæ honestatis expulso decore palam peccant; & sunt dupliciter, meretrices, & amasiæ, nempè publicæ, & priuatæ secundum *Anton. Solae.ad consuetud.subaud. de meretric. gl.vnica n.1.fol.289.* & hęc etiam duplici modo considerantur, nempè vti amasiæ simpliciter, & vti amasiæ concubinæ *c. non omnis cl.* 12. *32.q.2.* vt paulatim inferiùs dicemus: hasq; meritò Doctores solutas appellant, cum eis recedendi ab earum opera libera sit facultas. *arg.tex.in l.2.ff. de libero hom.exhib.Alc.in l.quod neq;48.§.solutum.ff.de verb.signif.*

6

Cum duabus primis solutarum speciebus, idest cum virgine, & vidua rem habere stuprum est, vt *in l. stuprum 34.ff.ad l.Iul.de adult.& l. inter stuprum 101.ff.de verb.& rerum signif. Clar. §. stuprum in princ. Hyppol. de Marsil.cōs.13.& Menoch.de Arbitr. iud.casu 288.nu.3. contrà Sayr. in sua claui regula lib.8.cap.2.de fornicat.nu.* 8. vbi dixit fornicationem esse cum vidua coire; qui tamen potest, vt decet defendi hac distintione, quod aut loquimur de vidua casta, & honesta, & ista si fuerit cognita, stuprum est, & stupri pœna puniendum secundum *Clar. vbi supra nu.* 3. & plenè dixi in *Florilegio rub. de adult.* aut de vidua incontinenti, & inhonesta, & quia viduitatis decus obscurauit, vt loquitur *Grill. q.11.de pęnis omnifaria &c.* & fornicatio est, cum vidua amplius censenda non sit, sed soluta, immò meretrix dùm variat nomen, sicùt mutat statum; & adeò verum, quod dixit *Cauens.super ritu* 10.*nu*.8.expellendam esse à conuicinio honorato: sic pariter puella, virgo dicitur vsq; dum incorrupta existat, sed si stuprata meretricetur, meretrix est, vt habetur ex *Reg. Donato Antonio de Marinis resolut. 255. numer. 16. & Reg. Rou. tom. 2.cons.74.num. 6.* qui dicunt stupri delictum ex longa consuetudine purgari, vxor talis dicitur, vsq; dum viro fidem seruet, sed si eam frangat, & in meretricio viuat vxoris nomine, nominanda non est; ità & taliter, quod adulterij pœna plecti non posse ad eā accedentem, tradidit *Capyc.decis.4. in fine.* sequitur *Clar. in §. adulterium n.3.& Reg.Rou.super prag. 1.de meretric. ad finem.*

7

8

9

Coninquinari postmodùm cum alijs solutis, simplex fornicatio est, quæ non sinè mortali peccato committitur, vt dixit *Abb.in c.inter opera nu.4. de sponsal. & matr. Sayr. in claui Regia lib.8. cap 2.de fornicatione nu. 2. & 6.Are.inst.de patr.potestate.§.in potestate in fine. Filiuc. to.2. cap.2.de speciebus luxoriæ nu.37.Cou.to.1.de sponsal.cap 4.primæ partis nu.8. Viglius instit. de successs. ab intest. nu.27.fol.218. Clar. §.fornicatio in princ. & Menoch. de Arbitr. iud. casu 289.nu. 8.* & eius pœna erit sicùt cæterorum peccatorum (quando misericorditèr à Deo non indulgetur) ignis æternus. *Menoch.vbi supra.* etenim omnis coitus præter coniugalem, damnatus est, *c. nemo 4.& c.meretrices 11,32.q.4.Grill. d. q. 11. in fine, & Clar. vbi suprà,* qui dicit, quod hæresim sapit opinio illa, quæ contrarium asseuerare præsumerit, & est optima *gl. additionata in §. quibus ver.præstiterunt instit.de hered. quæ ab intest.deferuntur,* est tamen verum, quod à lege ciuili non punitur secundum *Bar.in l.fin.nu.4 de his quibus,vt indig. & in l.in concūbinatu.ff. de concub: Alex.* qui de communi testatur *in l.ex facto.§. si quis rogatus nu. 3.ff.ad Treb.Socc.in l.cum vnus nu. 65. vers.magis etiam ff.de condit.& demonstrat.Farin.q.138.nu 30.de delict. car. Clar.ibid.nu.2.Menoch.d.casu 289.nu. 14.Luca de Pęnna in l.9.C.de Incol.lib. 10.col.5.in fine, & Præs.de Franch. decis.47.* contrà *Abb. Fel.Ripam, & alios,* cōtrarium sentientes; quod habet locum, dato in lupanario consanguineā, quis cognouerit, intellige ignorantèr tamquam meretricem, secùs tamen

10

11

12 si scientèr, tùnc enim diceretur ince-
stus, & esset alitèr obseruandum, ità
Menoch. vbi sup. nu. 16.

Et fuit desumpta vox fornicationis
13 à verbo fornix *Sayr. d. lib. 8. cap. 2. in princ. Menoch. vbi sup. nu. 3. & Iuris Lexicon in verbo fornicari*, quod signifi-
cat certum opus à fabro factum ad
modum speluncæ, vbi olim meretri-
ces se prosternebant forsan ex pudo-
re, vt in fatuo peccarent quod hodie
14 non est in praxi, cum satis publicæ fa-
ctæ sint, & adeò quod manent ad fo-
res, & transeuntes compellunt ad
peccandum, proùt legitur *cap. 5. & 7. prouerb. lit. B.* vbi *Salam.* dicit. *Et Ecce currit illa mulier ornatu meretricio præparata ad decipiendas animas garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis, nùnc foris, nùnc in plateis, nùnc iuxtà angulos insidians, & cap. 9. C.* ibi *sedet in foribus domus suæ super sellam in Excelso Vrbis loco, vt vocaret transeuntes per viam, & pergentes itinere suo*; vndè dixit *Anton. Columbanus in tract. procedendi in controu. crim. art. 53.* cauendum esse ab
his mulieribus, quæ insidiantur in
via quasi latrones: oh deprouata na-
tura, infamatum decus, & definitur
15 fornicatio sic. Est copulatio solu-
ti cum soluta, quæ solutio debet
esse ab omni vincolo, vt fornicatio-
nis nomen non mutet, nempè, con-
iugij, consanguinitatis, ordinis, reli-
gionis, voti, affinitatis, vel alterius cu-
iuscunque & ista est propria, vera, &
specifica fornicatio, cùm in genere
sumpta dicatur omnis coitus, qui fit
extrà legitimam vxorem, vt de om-
nibus restatur *Abb. in c. plerumq; nu. 2. de donat. inter virum, & vxorem. & Menoch. vbi sup. nu. 1. & 2.* quam for-
nicationem committere dicitur non
16 dùm laicus, sed etiam clericus, si cum
solum vtatur, vt reiectis aliis opinio-
nibus eum magis recepta tenet *Menoch. ibi. nu. 6*

His positis modò dignoscendum
est de meretrice, nempè quomodò
probetur talem esse, & quæ verè me-
retrix dicatur, quæ amasia, & quæ
concubina.

Probatur, mulierem esse meretri-
cem, & tunc meretrix est, quando cõ-
stiterit, quod cum pluribus vtatur,
17 nempè quod vltra tres admittat *tex. est in c. vidua 16. vbi glos. litt. E. 34. dist. c. meretrices 11. in ord. 32. q. 4. palam 43. ff. de ritu nupt. Abb. in c. inter. opera in fin. de spons. & matr. Couarr. pract. q. tom. 1. cap. 8. 2. par. §. 11. nu. 4. Alc. in l. masur us 144. ad fin. de verb. sign. Sayr. dicto lib. 8. cap. 2. num. 9. Nevizz. in Sylua nupt. Rubr. non est nubendum num. 145. de Franch. decis. 68. per tot. Gizzarell. decis. 54 nu. 7. Gram. decis. 58. nu. 16. Ricciull. de statu reprobo lib. 2. cap. 2. nu. 1. Anton. Solac. vbi supra nu. 2. Menoch. de Arbitr. Iud. casu 291. nu. 6. & Peregr. de immun. eccl. c. 6. n. 9.* mulier verò maritata ad euitandam
infamiam matrimonij, regularitèr nõ
præsumitur meretrix, dato quod dicatur
per eam plures admitti, nisi plusquã
claris probationibus mechari consti-
terit *Bald. in l. iura 3. nu. 3. ff. de leg. per tex. in l septimo mense 12. ff. de statu hominum*, quo constito, si maritus dece-
dat, tamquã indigna antefatũ nõ ha-
bebit in bonis viris per eaque docet
R. Merlin. tom. 2. contr. forens. cap. 38. ad fin. practicatur theorica ista in no-
stra Ciuitate, in qua adest conseruato-
rium Spiritus sancti, vbi recipiuntur
18 filiæ meretricum, ne maternam con-
ditionem sequantur, & ad Dei gloriã
honestè, & castè viuant, et non pos-
sunt acceptari nisi fidem complatea-
riorum produxerint, earum matres es-
se publicas meretrices, & in meretri-
cio viuere, aut per matriculam in qua
sit descripta secundum *Ricciull. vbi supra cap. 5. in princ.* & istæ sunt, quæ
includuntur sub dispositione statuti,
19 ne possint habitare in conuicinio ho-
norato secundum *Alc. vbi sup. Io: Vinc. de Anna singul. 338. & Reg. Rou. super prag. 3. de meretr. per tot. Sanfel. decis. 127. nu. 7.* vbi ampliat hoc procedere

etiam

etiam si in eatũ proprijs domibus habitent *Menoch. de arbitr. ind. casu* 535. *nu.* 6. & nos in Regno habemus *text. in prag.* 5. quę incipit *Essendo. de Meretricibus.* latissimè *Gizzar. decis.* 5. *n.* 22. *& d. decis.* 54. vbi *de Angelis num.* 7. ampliat idem in Scholaribus, sed non qui sunt Neapolitani, vel de suburbio, prout habetur etiam ex *Rov. in. fracti. loco nu.* 3. *&* 4. *Camill. de Medic. cons.* 149. *num.* 23. *& seq. Montan. in c. imperialẽ, §. propterea ducatus nu.* 102. *Anna cons.* 59. *vol.* 1. & Ciuitas Neap. habet circà meretrices, studentes, & Lenones *c.* 58. 59. *&* 60. *Regis Ferdin. sub datum Sugonia, anno* 1505. & vide ad materiam istã, latissimè *Tasson. de anteph. ver.* 3. *osseru.* 3. *nu.* 131. *&* 132. *fol.* 175. suntq; nonnullæ quæ ad homines decipiendos migrant ab vno conuicinio ad alterum distantissimũ, adhoc ne possint ibi cognosci, quod
20 cum honoratũ sit, putant ipsas quoq; inter honestas computari, sed paucos post dies detegitur infamia, ex libera vita, quam ducunt, nec eis prodest dicere, quod sunt, qui ad eas accedũt compatres, consanguinei, & affines, dum. *In tutto è orbo chi nõ vede il Sole.* Et quando cogitabant connumerari inter honestas, dum in honesto loco habitabant; iniungitur, quod exfractent, & iure; quia non est locus qui facit personam, sed persona, qui facit
21 locum; hinc dicimus, vbi Papa, ibi Roma, quæ exfractatio licito iure imponitur, dum sufficit, quod quæstus causa meretricentur cum pluribus, vt expelli possint, vide optimè *Couar. tom.* 1. *pract. quæst. de matr.* 2. *par. c.* 8. §. 11. *n.* 4. *Vin. opin.* 679. *n.* 3. *& Prες. de Franch. decis.* 68. *nu.* 9. *Arnon. singul.* 67. *num.* 2. & in hoc casu nota, quod amittit pensionem domuũ dominus, qui locauit, dum non debebat introducere meretrices ad locum honoratum, & tenebatur scire, illis esse interdictum honestum conuicinium, vt ex *Nauarr.* fundat *Ronit. super Rubr. de schol, doctor.* qui insuper tenet propter hoc mortalitèr peccare *n.* 5. *&* 6. quãdo verò est locus promiscuus, in quo habitant honoratæ, & interdum etiã meretrices; si superueniat bannum,
22 quod ab eo exfractent, debent soluere pensionem pro eo tempore, quo habitarunt, vt per *Nouar. decis.* 94. pro reliqua parte anni soluent vicini, si bannum ipsi procurarunt pro eorũ quiete; si secùs, dominus domus, vt videre est apud *Capib. sing.* 105. *& Baldax. de Angel. in sua prax. C. de episc. aud. l.* 5. *nu.* 12. *& seq* qui ambo citant *Ricc. in* 2. *tom. sua prax. archiep. resol.* 133. & vide *Ricciull. d. lib.* 2. *cap.* 21. *in fin.* sed quando ex tẽporis diuturnitate consueuerunt in aliqua oppidi parte habitare, non possunt eijci, quia earum locus est, & locum habere debent, in quo habitent, sic seruaui, fuisse practicatum annis elapsis quando in quarterio supra macellis in platea Charitatis, fuit publicatum bannum, pro exfractione, & quia ibi per longissimi temporis spatium semper hæ solutæ steterunt, emanatus ordo non potuit sortiri effectum, prout in
23 terminis tenet idem *Nou. decis.* 95. *n.* 1. & annis præteritis cum esset conquæstus quidam Doctor, quod habitabant nonnullæ meretrices in suburbio Sancti Antonij extra ianuã Capuanã, vbi dicitur *La Speranza* facto accessu super faciem loci per Ill. Marchionem Torelli Regentem Capyc. Latro prudentissimè iuxtà solitũ dixit illi, qui procurauit accessum, quod ipse exfractaret, quia honoratus homo non debet quærere habitationem vbi infames faciunt incolatum; dum locus ille earum prauarum mulierum habitatio erat, & illùc non debebat accedere, & sic ipsi imputandũ erat, qui cum leprosis se miscuerat; imò ait *Gizzar. d. decis.* 5. *nu.* 23. quod domini domorum possunt compelli ad locandum ratione publicæ vtilitatis, dum ędes sunt solitę ipsis meretricibus locari.

Denominaturq; meretrix à merendo,

do, dum operando meretur mercedẽ
24 obquam copiam sui corporis facit,
vnde si ex amore, vel impetu luxus
admitteret homines, vsq; ad 40. vllo
pretio interueniente, non diceretur
meretrix si credere debemus *Gom. ad l. 62. Tauri in fine.* hocq; scelus adeò
damnatum est, quod semper infamat
mulieres, nàm & si à meretricando recesserint, adhùc infames dicũtur argumẽto *tex. in d. l. palam. 43. ff. de ritu nup.*
Menoch. *d. casu* 535. *nu.* 20. quod adeò
pro vero putauit *Matth. de Affl. super const. Regni, quæ passim nu. 3. de prohib. habit. meretr.* quod dixit, non posse
habitare in conuicinio honorato, non
obstante prauæ vitæ repudio; forsan
25 quia scimia semper scimia, & semel
malus semper præsumitur malus in
eodẽmet genere *l. si cui 7. § ijsdem vbi gl. lit. K. & l. alij 9. ff. de Accus. & Inscript.* quod tamen iudicio meo procedit, quando non eius voluntate, sed
necessitate abstinuit à malo, vel quia
senex facta est, vel quia deformis ex
aliquo accidenti, & sic peccatum ipsam, non ipsa, peccatum dereliquit;
sed quando verè cordis dolore pœniteat, & gradum reuocat à via scandali, vel quando virum ducat, & vti bona vxor viuat; est attendenda sententia supra citata in *nu. 4. & 5.*

At scias, quod licèt sint tali infa-
26 mia innodatæ, nihilominus in multis
iuuantur varijs priuilegijs.

Primò sũt priuilegiatæ, quia dicũtur
miserabiles, *Amẽd. ad dec. de Frãc. 243.*
& *Borrell. summa decis. to. 1. tit. 56. n. 12. & 13.* & tali miseria, q *Eccl. cap. 9.* dixit
quod mulier fornicaria quasi stercus
in via ab omnibus prętereuntibus cõculcabitur, & reuera; quæ nàm mise-
27 ria maior, quam meretricem esse, &
in peccato viuere, vt postmodum necessè habeat in paupertate decedere,
viuunt nàmq; vt porcæ in humana
carne, & tanquam bestiæ suppositæ
Gabellæ, etenim quælibet meretrix
soluit patrono huius datij singulis ãnis certã pecuniarũ quãtitatẽ, & quæ
non se facit annotare in libro meretricum, cũ meretricalitèr viuat, multabitur, & hanc gabellam soluunt in
ea ciuitate, in qua resident, vndè si per
aliam transeãt, licèr per nonnullos
dies ibi commorẽtur, non tenẽtur aliquod onus subire, vt nouissimè dixit,
Danza in suo tractatu de Baron. obser. 17. *cap.* 1. *nu.* 25. & 26. *fol.* 185. & quem
dicam earum statu miserabiliorem,
dùm quanto abundant culpa, tanto
egent pane, rarissimæ sunt illæ, quæ
citrà miseriam viuunt, & miserrimè
non moriantur: deh infelices, & deplorandæ semper, de ipsis quidem fari potest vllam inesse à pedibus vsq;
ad verticem aliquã valetudinem, dũ
inter angustias, & dolores nutriuntur,
cibus, & potus earum est continuum
malũ, quod semel acquisitũ amplius
nõ dimittitur, vt igitur tibi ab his possis cauere vtere lectura secretorũ *Falloppij*, si eius remedia cupies euitare,
docet enim author iste pessimos effectus; quos gallicus morbus producit,
per quos tu cogita, quam detestabilis
esse debeat meretricalis consuetudo,
& prauarum fęminarum, vsus, quæ si
aliquid boni aliquando adipiscuntur,
non deficit, qui decipiendo, eas excoriet, & quandoq; interficiat: *oportet enim vt cùm sicarijs viuant, vt tutę existant,* & isti sunt postmodum earum delaniatores, vt iàm euenit in
hac Ciuitate duabus miserrimis matri, & filię simul quæ pugione necatę,
ære, & vita spoliatæ fuerunt inuentæ
in propria domo, dùm plusquam verum est, quod Poeta noster Sanazarius dicit.

Regnan le voglie praue, & le perfidie
Per la robba mal nata, che gli stimula,
Tal, che'l figliuol al padre par ch'insidie.

Sed isti licèt Romam proficiscerentur
condignam pœnam, non euaserunt,
dùm detecti ob immanitatem delicti
furcis appensi animam spirarunt *mense Septembris* 1651. meritò igitur miserabiles putantur, proùt eas sic no-
minat

minat *Imper. Feder. in constitutione Regni omnes nostri vers. miserabiles*, itàq; *de violentia meretricibus illata*, vbi *Matth. de Affl. nu.2.* docet *Menoch. de Arbitr. iud. casu.66.n.25.& de Franch. decis.233.* & propterea ijdē *Menoch. de Franch. & Borr. d.tit.56.nu.12.& 13.* dixerunt potiri priuilegio *l. vnica*, C.
29 *quando Imper. inter pup. & viduam*, ac simili modo suffragio primi, & secundi beneficij, vt per ea ipsarum indemnitati succurratur, sic in specie tenet *Gallup. sua praxi S.C. lib.2. cap.31. à n. 4. vsq; ad 7. & Ricc. collect. 163.* quod primum, & secundum beneficium, seù prima, & bina restitutio, in Regno nostro tantùm sic denominantur, cùm de iure cōmuni in integrum restitutio nuncupetur, teste *Reg. Rou. super prag. 16. de ordine Iud. de Affl. decis. 210. num. 1. de Franch. dict. decis. 233. in princ. Capyc. latro decis.91. nu. 4. & 5. vol. 1. & Ricc. coll. 186.* Ratio omnium supradictorum est, quod cum similia beneficia sint concessa mulieribus intuitu earum fragilitatis, non quia aliqua sit meretrix, desinit esse mulier; immò ipsis à fortioribus est succurrendum tamquam miserabilioribus, dùm fragiliores fuerunt, vt videre est apud eundem de *Franch. vbi sup. n.5.* quod est contrà *Bal. in c. quia mulier de cohabit. Cler. & mul. nu.3.* vbi indistinctè dicit beneficium restitutionis in integrum, non sic competere mulieribus ob fragilitatem sexus, sicùt minoribus ob ætatem; adducit rationem, quia mulier faciliùs impetrat veniam ætatis. Sed æquior pars erit primam sequi opinionem ex traditis. Pia lex, sacrosanctum ius, dùm tanta prouidentia indignis, ignarisq; succurrunt; quis vnquam excogitasset ex miseria oriri beneficium, & ex fecia aurum, paradoxa nuncupari possunt simillima illis Samsonis, quando di-
30 xit *Iud. tit. C. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo*: quæ philisthym diuinare non voluerunt, erat nàmq; impossibilè excogitare fauum mellis in ore Leonis repertum esse; sicùt non minus pro incredibile putari tàm pessimis mulieribus tot bona in eorum fauorem esse disposita, & & introducta.

Secundò sunt priuilegiatæ, quia & si infames, & malæ sint; à lege, & ab Ecclesia tolerantur, siuè dissimulan-
31 tur, vt in *cap. 1. nu. 213.* & comprobāt *Menoch. de Arbitr. iud. casu 535. à nu. 11. vsq; ad 15. Port. in rubr. de adopt. n. 7. Carleu. de Iudic. to. 1. lib. 1. disp. 3. tit. 1. nu. 12.* rationem affert *Couar. pract. quæst. to. 1. de Sponsal. cap. 4 nu. 7.* cum *Matth. de Affl. super const. vsurariorum, nu. 31. de vsur. pun.* & super alias citata *const. quæ passim nu. 3. Bonac. to. 1. q. 4. puncto 14. de ijs, quæ pert. ad vsum matr. nu. 4. Fern. Vasq. lib. 1. controu. illustr. cap. 48. nu. 1. & 2. & alijs*; nempè ad euitandum maius malum; vt ex *Ricciul.* latissimè de statu reprobo *lib. 2. cap. 6. nu. 12.* quod solet in Repub. oriri circà fedissimas cōiunctiones, & promiscuam inter mares luxutiam iuxtà vulgatam regulam, de duobus malis, minus esse eligendum secundū *gl. in l. si procurator 9. ver. iustus, ff. de doli mali, & metus exceptione*, sed non propterea, quod tolerantur, earū vsus non improbatur, & detestatur, cùm earum contagio, vrbem, sed melius dicam totum orbem inficiare videatur, quapropter pluries legitur, è ciuitatibus non-
32 nullis, fuisse deiectas, vt testatur *Menoch. vbi sup. nu. 11.* & reuera pestifera est earum consuetudo, & tanquàm pestis eijcienda, cùm nemo sibi gloriari possit, quin ad eas acces-
33 serit, & cū aliquo morbi non munere migrauerit, sunt sicùt carbones, qui aut in totum cōburunt, aut in partem tingunt, ipsę sunt familiarum destructiones, domorum dissentiones, iuuenum perditiones, sanctitatis maiores, & omnium scelerum authrices: Vndè dixit *Verinus.*

Nil lethale magis, quam luxu perdere mores

Ne

Nec peñis iuuenum eß fauior ingenijs
Et *Alciatus* hoc *Emblem.* notauit, quod est 75. in ordine suo.

Villosa indutus piscator tegmine capra
Addidit, vt capiti cornua bina suo,
Fallit amatorem stans summo in littore sargum,
In laqueos simi, quem gregis ardor agit.
Capra refert scortum: similis fit sargus amanti,
Qui miser ob feno captus amore perit,

& in *Emblem.* 76.

Sola fata Circes, tàm magna potentia fertur.
Verterit, vt multos in noua monstra viros.
Testis equum domitor Picus, tùm Scylla biformis,
Atq; Ithaci postquã vina bibere sui.
Indicat illustri meretricem nomine Circe,
Et rationem animi perdere, quisquis amat.

ac Card. *Vgo. in parabol. Salm.* ingeniosum de meretrice composuit abbecedarium perpetua memoria dignum, & est.

A. *Aegeum mare naufragiorum.*
B. *Basiliscus, qui visu venenat.*
C. *Conuenticulum demonum.*
D. *Destructio iuuenum.*
E. *Euersio ciuitatum.*
F. *Fera indomita.*
G. *Gabella intolerabilis.*
H. *Hospitium omnium nationum.*
I. *Inquietitudo mentium.*
K. *Krestia bonorum morum.*
L. *Liber fallaciarum.*
M. *Mare confusionum.*
N. *Nauis pestilentia.*
O. *Origo malorum.*
P. *Porta inferi.*
Q. *Querela tribunalium.*
R. *Refectorium Iacci.*
S. *Sepulcrum portatile.*
T. *Tuba infamia.*
V. *Via perditionis.*
X. *Xenodochium infirmitatum.*
Z. *Zerus, qui cũ vno multiplicat scelera.*
Rx. *Rampicollum.*
Bus. *Bussula calamitatum.*

Tertio dicuntur priuilegiatæ; quod dùm liberæ sunt, habent libertatem
34 vendi, quibus voluerint, & sympatia concurrat, de *Affl. in constit. omnes nostri de violent. meretr. Ec. nu.* 4. vbi etiam *Isern. col. 2. nu. 3. fol. mihi* 38. hocq; adeò verum est, quod idem de *Affl. vbi sup. nu.* 7. dixit in mortis pœnam incurrere, qui ausus fuerit per violentiam ad eas accedere, & in di-
35 *cta constit. qua passim in fine. Ricciul. de statu reprobo lib. 2. cap. 25. nu. 3. Couar. to. 2. pract. quest. lib. 3. cap. 14. nu. 2. Menoch. de Arbitr. iud. casu* 291. *& casu* 535. *nu.* 28. *&* 29. *Gizzarel. decis.* 56. *n.* 16. & dictum est etiam suprà *cap.* 1. *n.* 211. sed nota hoc, quod si quis fregerit ianuas meretricis, & cum ea mechatur, & si reneatur de fractura ostij, si fures postmodum ingrediantur, eiq; furentur, non tenebitur fractor de furto inde secuto, cũ animus fractoris fuerit tantùm cum ea rem
36 habere, proùt cum Bar. *Angelo*, & alijs tenet idẽ *Couar. d. cap.* 14. *nu.* 2. Euenit casus in Terra Iesualdi, quod quidam bannitus, sed vt ità loquar ritiratus nepos famosissimi foriudicati Marini teste ausus fuit de nocte violentare quandam meretricem, & rupto ostio eam vi cognoscere, quod cum egretulisset Generalis Guberna-
37 tor Domini Principis Venusiæ Odoardus monaldesohi vir animi integritate, & gubernij experientia singularis, illicò illum admodum belli in arbore suspendi post factum fidelis officium per sacramentalem confessionem, & scopictis occidi mandauit.

Quarto sunt priuilegiatæ, quia licitè recipiunt corporis mercedem,
38 absq; scrupulo restitutionis, immò possunt facere de ea ælemosinam, vt docet *Abb.* in vtroq; casu super *c. quia plerïq;* 8. *nu.* 12. *& seq. de Immun. Eccles.* sed videas *tex. in cap. elemosina* 7. *in ordine* 14. *q.* 5. vbi legitur *elemosi-*

na

na Redemptoris noſtri oculis illa placet, quæ non ex illicitis rebus, & iniquitate congerit, ſed quæ de rebus conceſſis, & benè acquiſitis impenditur, c.non eſt putanda 27.vbi gl.1.q.1.c.non ſunt el 10. 32.q.4. de Affl. in conſt. quanto cæteris num.18. de decim.gl.tamen in d.cap.ex transmiſſa ſupra lit. H. eſt in eadem ſententia ſicut *Abb.* & eſt ratio, quia cum ſit ſibi ipſis translatum dominiũ, acquiſitum, eorum eſt, & per conſequens poſſunt de eo facere ælemoſinam, prout in terminis ex profeſſo tenet *Ricciull. de ſtatu reprobo lib.2. cap. 35.* qui etiam dicit *cap.ſeq.* oblationẽ fieri, & decimã ſolui poſſe, prout ipſe pleno calamo ſcripſi in meo *Florileg. ad Rub.de Decim.* & ratio rationis eſt, nàm & ſi turpiter agunt, non tamèn turpiter acquirunt. *l.idem 4.§.ſed, & quod in fine, ff.de condit.ob turpem causã,* vbi latiſſimè *Bar.* itaquod non ſolum eis datũ, irrepetibile eſt per *gloſ. in c. ex trãſmiſſa 23. in ordine de decimis, & in l.2.in princ.C.de condit.ob turp.cauſ. & Fernand. Vaſq lib.1.controu.Illuſtr. cap.48.n.10.* ſed ſi fuerit ipſis aliquid

39 promiſſum, cõpelli poteſt promiſſor ad tradendum quod promiſit, vt poſt diſputatum articulum concludit *Couar.tom.1. pract. quæſt. de reſtit. §.2.ſecundæ partis n.1. Iſer.in rubr.quib.mod. feud.amit.in verſ. Additio col.2.nu.11. Abb.in d.c.quia pleriq. ſub nu.14. Vin. in ſua Sylua opin.499.nu.1.* vbi de cõmuni teſtatur, abſente tamen dolo, forſan in promiſſione, vel fraude; im-

40 mò amplia, vt peccet fraudans meretricem à promiſſis ſecundum *Cyn.* quem adducit *Abb.d.nu.14.* & deciſiuè concludit *Io. Bapt. Thor.* bonæ memoriæ *tom. 2. comp. deciſ. ver. meretrix fol.351.col.2.ac Gomes ad 62. legem Tauri in fine:* & quod plus, ſi nil dederit, vel promiſerit qui ad eas acceſſerit, ne remaneant mercede de-

41 fraudatæ; poterunt à fornicantibus petere, quod eſt ſolitum ob fornicationem lucrari, etiam in conſcientia, vt *per Sot. Abb. d. c. quia pleriq. 8. ſub n. 14.* & alios docet *Vaſq. vbi ſup. nu.5.* contra *Port.de inutil.ſtipul.ad §.item nemo n.6.* qui poteſt defendi quod loquatur de promiſſione, & ſic nõ de ſolito, necnon, ſi non tempore concubitus, ſed remoto veneris actu aliquid eis donetur donationis titulo irreuocabilitèr inter viuos, ſunt donationis

42 capaces *l.affectionis 5. ff.de donat.* vbi *gl.* communitèr reprobatur teſte *Viuio opin.205.in princ.* qui dicit, ex ipſa agere poſſe, & cõuenire donantẽ, & poſtmodum ampliat communem ſententiam, vt poſſint etiam generalitèr hæredes inſtitui; ait enim *gloſ.* ibi dictam donationem valere quoad exceptionem, ideſt ſi fuerit tradita, non poteſt repeti, non quoad actionem, vt non poſſit peti; quod vtinam, & admitteretur eius doctrina, quia obuiaretur fatuitati, & dementię nonnullorum, qui ſpoliatis cõſanguineis, meretricibus donant, quod aliud non eſt, niſi mittere panẽ canibus; Laudarem tamen aliquorum magnanimitatem, quando ſic donarẽt his peſſimis mulieribus ſub conditione, ſi deſtituto peccato in monaſterium ingrederentur, dum eſſet ſummæ pietatis opus, cum ſciamus eximium eſſe *Domini* gaudium ſuper vno peccatore pęnitentiam agente ſecundum *Luc.c.15.* eo quod eius prætium quo redẽptus eſt infinitum dicitur ob Chriſti ſanguinem effuſum, vnde aiunt Theo-

43 logi, & cum eis *Io: Neuiz.in ſua Sylua nupt.rub.eſt nubendum n.143.fol.443.* quod plus valet vna anima, quã totus mundus; de qua donatione diſcurrẽdo *Couarr.* in terminis validam eam eſſe ex omni parte firmitèr tenet in *eod.§.2. num.7.* dat tamen cautelam *Epiſcopus Sperellus tom. 2. deciſ. 159. n.6.* quod ſi legetur meretrici, vel cõcubinæ, ſi caſtè, & honeſtè vixerit ad

44 hoc, vt faciliòr reddatur reſtitutio, eſt danda cautio de reſtituendo in caſu honeſtatis, & caſtitatis non ſeruatæ, prout etiã diximus de muliere vidua ſupra *cap.3.ſpeciale 4. n.143.* Excepto

tamen si qui donauerint, fuissent mi-
nores,aut milites,& à fortiori clerici,
qui dicuntur militare sub vexillo mi-
litiæ cælestis , vt ex Viuio opin.205. &
latissimè Ricciull. de statu reprobo cap.
30. lib.3. Belluga in spec. Princ. Rubr.
20.num.14. & 15.fol.115. Io. Vinc. de
Anna sing.134. his namq; meretribus
donare omninò interdictũ esse cõstat
ex l.2. vbi Salyc. & Bald. C. de donat.
inter virum,& vxor & doctrina Neap.
decis.141 per tot. Bar. in Rubr. digestor.
de concubinis, & ex professo, Grat. disc.
forens. tom.1. cap.31. per tot. Bart. in l.
miles nu.4. ff. de re iudic. dummodò ta-
men ob benemerita,& accepta serui-
tia non donetur, tunc enim quasi re-
muneratoria, si donatio fiat, tenet, &
45 debetur de Afflict. vbi addentes , &
præcipuè Vrsill. decis. 102. & Capyc.
vbi latissimè Masull. etiam decis. 102.
in princ.& addẽtes ad eundẽ Bar. in l.
ex hoc iure ver. quoad 3. col.2. ff. de iust.
& iure. Ricc. coll.791.

Quintò, quod & si earum coitus
damnatus sit,nihilominus inducit af-
finitatem, vnde si quis habeat rem cũ
meretrice,statim est cõtracta affinitas
cum suis consanguineis , vt per Felin.
46 in c. per tuas in vers. nota 2. de probat,
ità quod impedit matrimonium con-
trahendum secundum Abb. in c. præ-
terea 12. in ordine num.3. de spons. &
matr. immò contractum dirimit,& de
hoc dixit Port. in glos. ad titulum de
gradibus instit. in fin. intellige vsq; ad
primum gradum, vel secundum iuxta
decretationem Tridentini Concilij
sess.24. de reform. matr. cap.4. tamen
47 licèt ista vera sint , nihilominus filij
qui ex meretrice nascuntur, semper
vulgo quæsiti dicuntur, qui patrem
demonstrare non possunt Sylua nupt.
Rub. stuprator nu. 23.

Sextò, omissis a ijs , sed illud pessi-
mum priuilegium est, sunt liberæ , &
immunes à pęna laquei excommuni-
48 tionis, in quam cæteri incurrunt ob
non adimpletum pęnitentię pręceptũ
per sacramentalem confessionem
saltim semèl in anno in die Paschatis
iuxta famosum tex. in c. omnis vtri usq;
sexus 12. vbi latissimè glos. de Pen. &
Remis. q; prius erat ter in ãno seruãdũ
per text. in c. & si non frequentibus 16.
de consecrat. 2. dist. quod præceptum
procedere ex l. intrinseca, Mosayca ,
Prophetica, Euangelica,& Canonica
49 docuit D. Anton. 2. parte sua summę tit.
13. de confess. cap.6. §.1. & seq. & adest
particulare cap. in S. Conc. Trid. sess.
14. de confess. quod est 5. & incipit
ex institutione : vnde postquam quis
ad discretionis annum septimũ æta-
tis suæ peruenerit: statim est innoda-
datus huius præcepti vinculo:, ità
quod, si non confiteatur sua peccata
indicato tempore Paschatis, incurrit
in excommunicationem , circa quod
hodie seruatur quod annotantur om-
nes fideles, qui præcepto obediunt,
& prorogatur terminus ad arbitrium
locorum Prælatorum, vsq; ad octauã,
vel ad mensem post Pascha, vt Chri-
sticolæ adebiant, & adimpleant, tàm
sanctum præceptum : quo tempore
elapso declarantur excommunicati
omnes,qui indurato corde Sacramẽ-
talem hãc confessionem destituerint;
& ab hac excommunicatione sũt im-
munes meretrices; dũm non excom-
municãtur,est ratio quia,quod maius
malum eis poterit iniungi peccato,
& eius ostinationi , in qua insensatè
viuunt ? peius quidem expectare non
possunt , quam Dei gratia priuari ; &
si excommunicatio aliud non opera-
tur circa corpus , nisi quod excom-
municato ecclesiastica interdicatur
50 sepultura; hæc iam meretricibus im-
pęnitentibus denegatur . Ricciull. de
statu reprobo lib. 2. cap.40. ergo super-
flua excommunicatio; veritas ita est ,
& paucis nota, vndè memoria comẽ-
danda est , vt docet in sua Summa
censurarum Frãc. Ant. Gitanes in verb.
meretrix. fol. mihi 379.

At cum omne ortum habeat oc-
casum , est videre tanto in alijs esse
meretrices depressas, quanto priuile-

gia-

giatas ostendimus, dùm non merentur legum aliarum dispositionibus iuuari, vt dixit *Matth.de Affl.super cõst. generalia iura num.17.Rub.veritas accusata*, &

Primò, cum infames sint infamia facti, vt præter alibi dicta docet *Menoch.infra cit.loco nu.* 20. non possunt
51 esse testes in criminalibus *de Affl.sup. const. mores dissoluta de aleator n.9. per tex.in l.3.ff.de test.in princ.* ibi, *& an honesta, & inculpatæ vitæ*, & confirmat *Menoch.de Arbitr.Iud.q.27.nu.6.& 7.* exceptis quatuor casibus ab eo positis; nempè læsæ Maiestatis, infamię alterius detegẽdę, dispensationis à superiore, per quam habilitantur ad ferendum testimonium, & in subsidium probationum per tormenta, & diffusiùs notat idem *Menoch.casu 535.nu.* 21. & est communis opinio doctorum secundum *Clarum* §.*fin. q. 23. nu.* 14. *& Viu.opin.970. nu.* 1. quod ipse non probo, dùm quantò est grauè facinus, tantò maiores, omni exceptione requiruntur probationes: non decet quidèm, vt læsæ maiestatis crimen tàm atrox per meretrices credatur; & dignitas, & dilectio principis per os mendacium adumbretur, ac vassallorum fidelitas maculetur, vndè cùm de re tàm graui tractetur, non possibile, nec credibilę, quod per infames detegatur, & non per personas honestas, quas faciliùs instructas esse, putandum est, nàm sicùt diximus supra *cap. 2. nu.* 108. naturalitèr, mulieres omnes mendacio repletæ sunt, istæ mendacissimæ censeri debent, itaùt si dixerint ex aliquo, esse prægnãtes, ipsis, haùd credendum esse voluit *Fabr. in suo C.lib.4.tit.14.defin.*18. sicùt virgini asserenti esse stupratam; vt dixi in *Florilegio conclus. 2. sub nu.* 31. sic etiam non posse admitti ad accusandum tenuit *Aldobr. super instit. in* §. *consequens de susp. tut. nu.*20. excepto aliquo magno crimine; cùm denunciare non sit attestari; vndè si post factam denunciationem probetur, faciliùs ipsæ ad deponendum idem admittuntur, & signantèr secundum dictum *Aldobr.* in casu suspecti tutoris, & simbnix, vt *in num. 18. & 19. Lancell.* tamen generalitèr tenet *in tract.de off.Prætor.rub. leno, & meretrix. nu.18.f.138.* quod cùm infames sint, etiam in ciuilibus, non admittuntur, cum Deo infedeli vlla vnquam sit adhibenda fides.

Secundò carent testamenti factione actiua; quia ad exemplum prodigi,
52 eis curator datur *l.& mulieri 15.ff. de Cur.furiosi Vant.de nullis.rubr.de nullitate respectu inhabilitatis.n.24.f.151.*
sensu connubiali. Ant. Solae ad consuet.
subaud. de concubinatu gl. vnica nu. 2.
*& Petr.Vander.de priuil.credit.cap.*14.
propè finem, quod etiam comproba-
uit *S.Io.Chrisost. de non iterando coniu-*
gio fol. mihi 200. *suorum sermonum* in
his verbis, *Quod si vno viro contenta*
perpetuò sit,coniunctionem istam matri-
monij nomine verè appellaris, & dixit
exactissimè *Menoch.de Arbitr.Iud.casu*
418 *nu.*17.*& desumitur.* ex descriptio-
ne, quæ concubinatui datur per *Sayr.*
in sua claui regia lib.8.cap.2.de fornica-
tione;& concubitu nu.9. vbi dicit, quod
concubinatus *est fornicatio quadam*
cōtinuata cum soluta determinata, stans
sit velut cohabitatio quædam ac si matri-
94 *monio esset coniuncta*, vndè sicut eodē
tempore prohibitum est habere plu-
res vxores *l.cū quis duas* 18.*C.de adult.*
§.*item si adhuc,&* §.*sacrum ist.tit.de nupt.*
Bonac.tom.1.q.3.pun.50. nu. 10. *de im-*
*pedim.matr.fol.*337. ità quoq; diuersas
concubinas secundum *Angl.in l.* 1. *eod.*
titul. §.*illud nu.2.* & *glos.eod.tit.* §.*item*
si adhuc sub lit. F. *in additione Solae*
*vbi sup.num.*4.& ex descriptione con-
cubinæ tradita per *Viuium opin.* 315.
*nu.*8. vbi voluit *concubinam illam dici,*
quæ indubitato affectu in domo est retenta ab vxore parum distans, & *opinione*
1058.*nu.5.& Por.in rub.de adopt.n.*12.
dixit illam appellari concubinam quę
tenetur in domo in figuram ma-
trimonij *Mangr.ad Bar. in rubr.dige-*
storū de concubinis,quod idem est quod
causa consuetudinis illam retinere se-
cundum *Ricciull.de statu repr.bo.lib* 2.
*cap.2.num.*11 quam etiam approbauit
*Masull.ad Capyc.decis.*201.*nu.*18. Sed
95 ista parua distantia ab vxore longè
abest à legis fauoribus vxori cōcessis;
cum re |vera alia est vxor, & alia
concubina, vt in *d.c.non omnis* 12. *in*
ordine 32.*q.*2. possem multa dicere in
hoc, scilicet, quod vxor permittitur,
cōcubina reprobatur, dato quod deti-
neatur ad finem experiendi si filios
procreasset, vt inde illam duceret in
vxorem, vt docet singularis *glos.in* §.
quibus inst.de hered.quæ ab intest. def.
vers.præstiterunt.in addit. vxor succe-
dit viro abintestato, concubina non
96 concubinario ob defectum consan-
guineorum, sed Fiscus, *glos.in* §.*consi-*
deremus in margine, ac etiam *glos.ordi-*
*naria ibid.col.*2. *auth de Triēt.& semiss.*
optimè *Oliuer.textor.de success.abintest.*
*nu.*98.*fol.*609. Imò quando concubi-
na non potest esse vxor, quia forsan
concubinarius est vxoratus, & dij fas-
sint,& hodiè istorum genimina essent
deperdita, cum eodem tempore duas
vxores habere, interdictum sit *l.cū qui*
18.*ff.ad l.Iuliam de adult.* & diximus
nuper *num.*94. itaquod si nascerentur

til.)

97 filij ex secunda vxore essent successiones incapaces iuxtà *text. in d. c. non omnis* §. 1. vbi fertur sententia *Genes.cap.21.* quæ dicit *Eijce ancillā hanc, & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac*, dato quod mortua prima, secundam verè, & realitèr deindè desponsaret *c.tanta 6. qui filij sint legit.* & vidè *Abb. in c. veniens 7.nu.5. de eo qui duxit in matr.* Si fuerit hæres instituta, institutio non valet,
98 nec potest hæreditatem prætendere, sed idem met fiscus deficientibus sanguine coniunctis succederet, vt per *consilium Capra 127. tenet Viu. opin. 205.nu.5.* & à milite nec minus potest fieri donatio, & si fit facta, non tenet, dato sit iuramento confirmata, durante tamen concubinatu; sed si erat solutus benè valebit ità ex professo *Thes.decis.111.nu.2.4.& 7.* sicùt si fiat propter benemerita tenebit cum antidoralis obligatio cadat etiā inter animalia, sed dicta benemerita sunt probāda, vt per eundē *Thes. vbi sup. nu.6. Sanfelic.decis.314.n.4.* & faciunt optimè dicta *glos.in addit.ad §.sed quosdam sup.lit. B inst.de donation.* & vide *Oliver.Text. de success.abintest.n.99.* Vxor dum parit facit filios legitimos, Concubina naturales; est tamen verum; quod si fuerit soluta, & inde ducatur
99 in matrimonium, filij nati legitimātur, vt ex *Panormit.in c.1.nu.1. sup. cit. tit. qui filij sint legitimi.* latissimè infrà *speciali 9.nu.20.& seq.* de qua legitimatione si dubitaretur in aliquo casu,
100 modus eam articulādi erit ponere, quod, quādo vtebatur talis concubina, affectionem, & intentionem cum ea habebat contrahendi matrimoniū; quod iam inde fuit secutum, vt per *Gala.de modo articulandi. §.2.gl.vnica nu.1182.* quod iudicio meo superfluū est, & defectuosum, sed debet potius probari, quod nati sunt ex soluto, & soluta in figuram matrimonij, vt desumitur ex *Pasc. de Patria potest.par.2. cap.2.nu.31.& seq.* & quod inde cum dicta concubina fit secutum matrimonium; dum parùm prodest quod habebat, vel non an.mū eam despōsandi, & quod maritali, vel non maritali affectione eam diligebat, etenim subsecutæ nuptiæ sunt veritatis testimonium, est tamen essentiale probare, quod erant saluti, dūm illa dicitur vera concubina, cum qua non cadit crimen incestus, adulterij, & similium secūdum *Rolandin. 1. parte florum. Rubr. 18. de denatural. tantùm liberis nu. 2. fol.19.* nàm si alias tempore concubinatus non poterat matrimonium inter eos cōtrahi, matrimonium ipsum subsequens, non est habile ad natorum legitimationem, vt per *Aldobr.S. aliquando de nup.nu.11.* de qua legitimatione disseritur infrà *de nul. legitimis, speciale 9. vers. de filijs his naturalibus*, & quod inter ipsos solutos postmodum fuit matrimonium contractū. Vxor sequitur forum viri, vt alibi ex
101 professo dictum est. Concubina verò non ità *gl.in c.3. vers. clericum 13. q.1.d.Aldobr.de Patria potest. §.1.num.24.Oliuer.textor.d.nu.99.* imò nec etiā domicilium mutat secundum *gl. in l. cum quadam.29. vers. peruenerat, ff. de Iurisd.omniū Iud.* & adsunt multæ aliæ differentiæ, quas si vellem recensere, esset opus volumen particulare componere ad modū differētiarū inter ius ciuile, & canonicū, & ìter cōtractus, & vltimas volūtates; sed ìter has differētias nota tu vnā hāc dignā cōuenietiā,
102 & est, quod sicùt vxor in acquirēdo, & seditādo, id de viri bonis euenisse præsumitur, ratione turpis quæstus euitādi, *l.quintus Mutius 52. ff.de donationibus inter virum ex vxorem, l. etiam 6. C. eod.tit. vbi Salyc.gl.in §.igitur inst.* Per quas personas nobis acquiritur, *vers. propterea fortuna*, vbi etiam *Oin.n.21. Franc.Crem.singul. 6. Ioseph. Ludouic. decisione Perusina 12. nu.19.* sic etiam & concubina de bonis amasij, licèt nō eadem ratione turpis quæstus euitandi secundum optimam decis. *Bal.in l.1.C.de natur lib. Frāc. Crem.d.singul. 6.& Anton. Gabr. conclus. 14. in prima* ampliatione

ampliatione lib. 1. sed causa conueniẽdi eam potiùs de furto, quod memoria dignum est.: tamèn quando sunt eæ vxores, quæ viribus cõsentiẽtibus meritricialitèr viuunt, si aliquid acquirant, non operitur sub tegmine honestatis, non possunt prætendi per viros, neq; eorum hæredes, dùm non militat ratio supra adducta, ità *Sanfel. decis.* 147.

Et nota concubinæ denominationem honorabiliorem esse cæteris alijs
103 liberis mulieribus, ità quod *Bal.* dixit *in l.3.nu.2.C.de Condit. inser.* non esse turpe cum concubina morari; honestius nãq; eius nomen est, quã meretricis, vel amicæ, dũ amicę significatio ãplissima, & generalissima est ad õnia, sub qua omnis mala fęmina comprehenditur, & apud veteres (licèt hodie alitèr sentiamus, nec peius nomen auribus nostris sonat, quam nomen concubinæ) non reputabantur inhonestæ, imò habitæ sine metu criminis
104 secundum *Alc.in l.masurius.nu.6.& seq. de verb. signif.* & probatur ad litteram *in l. 3. ff. de concub. in fine.* Ibi *nàm quia concubinatus per leges nomen assumpsit, extrà legis pœnam est*, quod etiam notauit *Oinot. inst.de success. lib. nu.2.* ac quod plus à l. ciuili permissæ siuè toleratæ post annum 12. quo pubescebant *l.1. eod. supracitato titulo ff. de cõcub.* vel dissimulatæ, vt dicit *Port. inst.de adapt.nu.8.& 9.* quamuis contrà dicat *Solae. vbi sup. nu.1.* licèt postmodum à iure Canonico damnatæ, per quod mulierùm tantùm vsus inconstantia matrimonij permittitur *d. c.nemo 4. & d. c. meretrices 11.32 q.4. Aldobr. d. §. aliquando num. 12. inst. de nupt. Viu.opin.315.nu.5.& Menoch. de Arbit.iud.casu superius adducto* 418. *nu.*13.14.*& seq.* quia re vera omnium pessimum est facinus; cùm qui concubinam habeat, semper sistat in statu, & proposito peccandi, ità quod concubinarius segregandus est à grege fidelium, dùm non potest confiteri, & cõ-
105 fitendo, non potest absolui peccato, si priùs non eijciat concubinam; & amplius ad eam non accedere permittat secundum *Sayr. vbi sup. d. n.6. Bonac. to.1.q.4. puncto* 14.*n.*11.*& seq. de ijs, quæ pertinent ad vsum matr.* vbi congerit authores, limitat hãc propositionem in multis casibus, & signantèr in mortis articulo, in quo potest cõcubinarius absolui, adhùc non po-
106 stulata concubinæ dimissione, cum periculum sit in mora; proùt etiam videmus, quod mortis imminente periculo, quilibet Sacerdos etiam non approbatus ab ordinario, potest absoluere à vinculo excõmunicationis alli-
107 gatũ cẽsuris *c. si quis suadente diabolo* 29.17.*q.4.c.nõ dubiũ* 5.*& c.à nobis* 28. *de sent.Ex.c.pastoralis* 11.*§.præterea de offic. iud. ordin.* etenim in his casibus receditur à iuris regula, dùm necessitas non viuit sub lege, *c. sicut non alij* 11.*de Consecrat.* 1.*dist.*

Sequitur ex his dictis videre, quod dùm iure canonico concubinatus est
108 prohibitus, & à l. ciuili admissus; an sit crimen mixti fori, & ab vtroq; Iudice Ecclesiastico, & sęculari punibile, & in hoc, nè in aliquam foueam incidam, tanquàm in his iuribus cecus, vide *Filin.in c.Ecclesia Sãcta Maria col.43. de constit. Bonac. supracitat. titulo puncto* 14. *num.* 18. & 19. *Episc. Ricc.decis.*36. *Reg. Sanfel.decis.*245. & iterum eundem *Ricc. coll.*684. vbi docet modum probandi concubinatum, *per Sacrum verò C. Trid.* sic dãnatum, & reprobatum inuenies *in c. 8. de reformat. matr. sess.*24. Nempè. *Graue peccatum est, homines solutos concubinas habere, grauissimum verò, & in huius magni Sacramenti singulares contemptu admissum vxoratos, quoq; in hoc damnationis statu viuere, ac audere eas, quãdoq; domi etiam cum vxoribus alere, & retinere quare, vt huic tanto malo sancta synodus opportunis remedijs prouideat; statuit huiusmodi concubinarios tàm solutos, quàm vxoratos, cuiuscunq; status, gradus, & conditionis existant, si postquam ab ordinario, etiam ex offi-*

cio

cio tèr admoniti (vndè nota quod in
hoc crimine citrà partis instantiam
procedi potest) *ea de re fuerint, concu-
binas non eiecerint, excommunicatione
feriendos esse, à qua non absoluantur,
donec re ipsa admonitioni factæ paruerint:
quod si in concubinatu per annum
censuris neglectis permanserint contrà
eos ab ordinario, seuerè pro qualitate cri-
minis procedatur, mulieres, siuè coniu-
gatæ, siue solutæ, quæ cum adulteris, seù
cum concubinarijs publicè viuunt, si ter
admonitæ non paruerint ab ordinarijs
locorum, nullo etiam requirente ex offi-
cio grauitèr, pro modo culpæ puniantur,
& extrà oppidū, vel diœcesim si id eisdem
ordinarijs videbitur inuocato, si opus
fuerit brachio sæculari eijciantur. alijs
pœnis contrà adulteros, & concubinarios
inflictis in suo robore permanentibus;*
quod etiā cōfirmatur per eūdē *S.C.T.
sess.25.de refor. c.25.* & vide *tex. in c. si
cōcubina 55. de sententia Excommun. &
Bonac. d. puncto 14. in fine*; ac *Gramat.
super instit. §. iuris præcepta de iust. &
iure nu.2.* vbi dicit posse per Iudicem
Ecclesiasticum compelli concubina-
rium ad dimittendam concubinam,
quod etiam per sæcularem fieri posse
tenet singularitèr *Arnon. de S. Angelo
sing.67. nu.5. per tex. in l. iustitia §.1. ff.
de iustitia, & iure*, quæ etiam vitæ ho-
nestatem seruari mandat.

Fuitq; statuta concubinis expulsio,
ad hoc, vt remota peccaminis occa-
sione, cesset ipsius malus effectus iu-
109 xtà philosophi sententiam. *secundo
phis. & c. cum cessante 60. de Appell. Ne-
uiz. in sua sylua Rub. non est nubendum
nu.205.* quod in concubinarios non
seruatur, & est ratio; nàm esset dura
lex canonica, in exilium damnare, qui
bona, & familiam retinet, vltrà quod
irrogaret ista aliquam infamiam, quæ
non potest considerari in concubinis,
quæ cùm adeò infames sint, vlla per
expulsionem eis infertur iniuria, &
detrimentum, quia semper vbiq; tales
extant, & earum abundantia, & com-
moditas luxus erit.

Et si concubinarius est vxoratus, li-
citè vxor eius ab eo recedere posset,
cum Zolotypiæ magna sit vis, & fa-
mulari ancillæ, intolerabilis seruitus:
alimenta petere, & amplius viro non
110 cohærere, si priùs concubinam non
dimiserit, cautionemq; dederit de
benè eam tractando, vt alibi dictum
est, & confirmat eidem *Masuk. ad
Capyc. decis. 101. nu. 22. Mangrella ad
Bar. in rub. digestorum de cōcubinis fol.
16. col.1.* & hic est fructus concubina-
tus, scilicèt vxorem amittere pro con-
cubina; bonam famam cum infamia
commutare; dùm infamis est, qui vxo-
111 ratus vtitur cōcubina *l. eum qui 18. ff.
ad l. Iul. de adult. Aretin. in inst. §. illud nu.
2. de nupt. Mang. vbi sup.* quę infamia
ipso iure, ipsoque facto irrogatur, &
adeò grauis est, quòd concubinarius
vxoratus non admittitur ad accusan-
dum de publico crimine secundum
Vsu. opin. 26. nu.6. imò secundum *Co-
stam de facti scientia cent.2. dist. 25. nu.
13.* nec minus potest hæres institui: &
postmodum dicamus ad quid prodest
concubina? ad nihil concubinario,
112 dùm pro eo nec attestari, nec in
eius beneficium testari valet; est ve-
rum, quod vltima testandi facultas
tollitur tantùm, quando concubina-
rius erit clericus, secùs si laicus, etiam
vxoratus, & hoc ad seruandam pari-
tatem, quia sicut ipsi concubinæ do-
nare vetitum est, ità quoq; passiuè ijs-
dem pęnis debet esse subiectus iuxta
tradita per *Vin. opin. 205. in fine*, & nō
attestari procedit tàm pro clerico,
quàm pro sæculari in causis eorum, vt
ex cod. *Vsu. opin. 970. nu. 2.* prosunt
tantùm, si prodesse dicitur ad aggra-
uandam animam, & destruendum
corpus; etenim peccata breuiant æta-
tem, & præcipuè peccata luxuriæ, quę
consumāt virtutem, & naturam, & re-
digit homines in dæmonis seruitu-
tem; à qua nos clementissimè libera-
uit cum morte Dominus noster Iesus
Christus, vt exclamat vas electionis
Paulus Apostolus ad Rom. cap. 7. & quod
natu-

naturalitèr coitus destruat homines,
113 eosq; antè tempus senescere faciat:
probat versus hic positus.

Vita raritas naturalitèr est viris mulier.

Et post aurigam *Aristotel. lib.7. de Histor. animal. currunt Auerrois in cantic. commento 156. Auicen. & Constant. lib. 22. cap. 4.* & alij phisicam profitentes cum *Alberto Magno lib. 15. de Animal. tract. 2. cap. 6.* & concludunt vnanimi sententia nil magis naturæ obesse, quam Veneris vsus, hocq; experientia docet, dùm in dies experimur castos religiosos visilitèr extare, ac si per senectutis viam non transiuissent, & è contrà multos libidinosos iuuenes virilitate carere, & nè reprehensione dignus censeri possim vtendo in hoc tantummodò authoritatibus meditorum, & philosophorum, quibus & si circà hoc standum esset, nihilominus, vt probabiliorem sententiam lectores intueantur, adduco *D. Anton.* cunctarum scientiarum epilogum, qui pro mille benè sufficit *2. to. eius summæ tit. 5. cap. 1. de luxuria* §. 11. *ver. 3. cõsumit, f.* 208. in his verbis. *Tertio cõsumit vitã Seneca: Plures occidit voluptas quã gladius, & quidã sapiẽs eã describens ait, luxuria est inordinatæ carnis petulantia, dulce venenum, importuna lues, perniciosa potio, quæ corpus humanum debilitat, & virilis animi robur eneruat; Vnam ex rationibus, quare antiqui patres tantùm viuebant, & robusti, nùnc autèm paruo tempore, & pleni debilitate, hanc esse puto, quod erant magis continentes, tardè contrahebant matrimoniũ interim seruandam castitatem; nùnc autèm à pueritia incipiunt pleni esse luxurijs, nimis cito cõtrahunt matrimonium se si differunt, perpetrant innumera ma-*
114 *la.* Hinc videmus, quod Salomon, qui luxuriæ deditus cum pluribus immoderatè cohibat eius senectus arctata fuit ad annos quinquaginta, tùnc quando ad minus viuebant homines spatio centum lustrorum; & hoc anteà pronunciauit *S. Io. Chrysost. in eius homilia sub titulo quod nemo ledatur;* vbi dicit; *quod libidinisorum vita est, quod agmine infirmitatum repleta, quibusq; ad cumulum malorum podagra tumor, & immatura senectus succedit, & est eis status semper cum medicis, & medicamentis:* vndè secundum me prauus magis non poterit prauæ sensualitati exitus experiri in hoc mundo, dùm alij peiores Venerei mali effectus concernunt animi detrimẽtum, cum illum priuent spirituali gratia, & conducant ad æternalem gehennam, secundum *D. Antonin. vbi sup. ver. 6. consumit, & ver. 7. consumit.*

Clericis postmodum concubinarijs, aliæ sunt introductæ à sacris ca-
115 nonibus pœnæ, vt *c. 2. vbi gl. de cohab. cler. & mul. & c. si concubinæ 5. § de sentent. Excommun.* ex quo *tex.* nota per communicationem in crimine in-
116 curri in excõmunicationem maiorem, cùm regularitèr communicans excommunicato, minoris vinculo excommunicationis innodetur *c. pastoralis. 7. de Cler. excommun. ministr. & nuper 29. in princ. de sentent. excõmun. Boller. pract. crimenan. rub. & si confessi nu. 141. & seq.* & tandem *per S. C. Trid. sess. 25. de Reformat. cap. 14.* ad euitandum scandala totalitèr interdicta est
117 cohabitatio clericorum, & mulierũ juxtà formam *in d. c.* traditam, cujus meminere videtur *Sayr lib: 8. cap. 2. sup. clau. regia de fornicat. num. 10. Gloanes summa censurarum ver. clericus concubinarius,* vbi multa dicit *de cohab. cler. & mul. in princ.* quod mulier appetit virum sicùt materia formam, & ex
118 hoc appetitu in reciprocam gratitudinem viri diligunt mulieres; vndè ad euitandum scandalum, & periculum, ne materia informetur, dicta cohabitatio feminarum cum clericis interdicta est, quam si habere voluerint post trinam, & canonicam monitionem, omnibus est priuandus beneficijs *c. si autem clerici 6. de cohab. cler. &*
119 *mul. Rota Romana apud Coccin. in nouiss. m.*

uissim. decis. 139 *nu.* 1. 2. *& per tot. fol.* 26 ;. At cum meum non sit opus hanc materiam disserere, aliud non dicam, nisi quod aliquando scrupulum ipse habui, quod cùm fuerit aliquis Sacerdos de concubitu imputatus per publicam famam, vel per denunciationem eius superiori, abstinendum putaui ab interuentu in eius sacrifi-
120 cio, nec ipsum audire cùm celebret; quia peccatum est, vt *in c. nullus .f. in ordine* 32. *dist.* & facit tex. *in c. quæsitū §l. finale de cohabitatione cleric. & mul.* dum *Sanctus August.* ait adductus *per Franc. Glan. vbi sup. Plus placere Deo canis latratum, bouis mugitum, & pecoris grunnitum, quam cantum luxurian-*
121 *tis clerici*, & hac de causa sicco pede transire quoq; putaui circà prælatos, cùm eorum personæ semper sanctæ censeri debeant, ob eximiam, & supræmam, quam retinent dignitatem, de qua adeas *Duaren. de Sacra Eccl. ministerys*; hoc tamen S. C. T. dicit *cap.* 1 *de Reformat. sess.* 25. quod Episcopi ad Episcopale ministerium suscepti, quæ sint eorum partes cognoscere debeant, scilicèt non ad propria com-
122 moda, non ad diuitias, aut luxum sed ad labores, & sollicitudines pro Dei gloria vocatos esse, cuius finis si fuerint obliti, & scandalosam duxerit vitam hæc aduersus eos, *Tridentinum idem C sup. citato cap.* 14 *in fine præcipit*, & statuit. *Episcopi quoq; (qui absit) si ab huiusmodi crimine nō abstinuerint,*
123 *& synodo prouinciali admoniti se non emēdauerint ipso facto, sint suspēsi*, itáq; cauti sint omnes, ne fœdantur hac macula, dùm etiam serica offendit, de quibus vide *Grat. discept. for. to.* 1. *cap.* 35. *nu.* 23. 24 *&* 25.



DE PRIVILEGIIS MVLIERVM.

SPECIALE OCTAVVM.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres seculares sunt in multiplici differentia.*
2 *Mulier hæretica omnibus iuris priuata est beneficijs.*
3 *Mulieres non faciunt plus, quod faciunt, quia non possunt.*
4 *Mulieres si laxas habenas haberent, essent incorrigibiles.*
Puniuntur leuius quam homines in delictis etiam in crimine lesæ M.
Sunt audacissime, quando data sunt in reprobum sensum.
5 *Mulieres sunt promptissime ad mendaciū.*
6 *Mulierum fragilitas semper excusatur.*
7 *Mulieres excusantur à contumacia, quæ delictum reputatur.*
8 *Mulieres rixosæ, & inuentrices dissentionum sunt ac ostinatissime, vsq; ad mortem.*
Troia destructio ob fœminam.
9 *Fœminarum defectus, & n. seq. vbi excusantur.*
10 *Fœmina nulla bona.*
11 *Indicatur tempus, quod author ad hæc operam impendit.*
12 *Qui ferrat; coactat.*
13 *Fœminarum encomia tradita per Nevizan.*

Fami-

14 *Faminę rigant, & surculant agros propè Partenopem.*

15 *Mulieres Ianuenses sunt omnes negotiatrices.*

16 *Mulieres parum deuotæ hodiè sunt in Ecclesijs, & crocitant potiùs, quam orant.*

17 *Mulieres propter luxus continuò rixantur cum viris.*

Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa.

18 *Melior est buccella panis cum gaudeo, quam domus plena victimis cum iurgio.*

19 *Mulier dicitur partus imperfectus.*

20 *Mala arbor sicùt non potest bonos fructus facere, itá non loqui bona, qui malus est.*

DE SECVLARIBVS MVLIERIBVS

CAPVT TERTIVM.

SPECIALE OCTAVVM.

MVlieres seculares, quæ sint nosti in præcedentibus dictis, easq; in multiplici differentia extare, variumq; statum habere probatum
1 est, dùm aliæ sunt solutæ, aliæ vxoratæ, aliæ viduæ, aliæ virgines, & aliæ diuersis alijs statu, modo, & conditione, vndè de eis amplius sermonem effundere reprehensibile esset, cunctæ vt sunt, suis potiuntur priuilegijs; si tamen orthodoxæ extent, dũ hæreticæ omnibus legum fauoribus
2 priuantur, vt *per Ludou. Carrer. in tractatu de hæreticis nu.* 150. dicam tantũ ingenere, & quod omnes mulieres sunt vnius confirmis naturæ; dùm sicùt à creatione non differunt, itá à moribus non secùs distant, non faciunt tanquam ambitiosissimæ plusquam faciunt, quia non possunt; nàm si possent, vellent cuncta gubernare; vndè virtutem de necessitate facere,
3 ipsas oportet, vt desumitur ex *tex. in l. multum interest & S. fin. C. si quis alteri, vel sibi sub alterius nomine &c.* & propterea statutũ est legibus, viuere, hominibus subiectas; nàm liberè nos
4 Deus ex laxas sensus proprij habenas haberent *l. si quis id quod 7. ff. de iurisd. omnium iud. Pach. lib. 3. controu. iur. cap. 11. ver. ego vero*, itá & taliter quod de criminibus sicùt viri tenentur, vt diuersimodè in superioribus dictum est; verùm tamen cum aliquo modetamine, etiam si tractetur de crimine læsę maestàtis, cùm sint natura timidiores masculis secũdum *Gig. de crimine lesę m. Rub. de pęnis quas filij incurrunt q. 14. n. 3.* exceptis tamen actibus venereis, dùm quando datæ in reprobum sensum audacissimæ sũt, itá vt non est quis eas corrigere possit, vt dixit idem *Gig. vbi sup.* per sequentem versum *Iuuenal.*

Fortem animum præstant rebus, quas turpitèr agunt.

Et in his omnibus faciunt optimè dictæ *Senec. in Octauia.*

Mulier dedit natura cui pronũ malo
Animum ad nocendum, pectus instruxit dolis.
Sed vim negauit, vt nè inexpugnabilis
Esset, sed ęgras frãgeret vires timor.

Sed super omnibus sunt audaces in
5 dolis, & excusationibus, vix enim inculpantur, quod in promptu mendacium verisimile veritati dictant ad reddendas se insontes, & plusquàm prudens esse oportet, qui cum ipsis tractat, vt eorum fraudes intueri valeat, est clara sententia *Proper. lib. 2. eleg. 8. ad Amicam.*

Sed

Sed vobis facile est verba, & componere fraudes.
Hoc vnum didicit fęmina super opus.

Et *Tibull.4. eleg.4. lib.3.*

Ah crudele genus, nec fidum fęminę nomen.
Ah per eas didicit fallere si qua virum.

Ac *Iuuenal.Satyra 6:*

Nil est audacius illis
Deprensis tramatq; animos à crimine sumunt.

Et quamuis hoc plusquam verum sit, adhùc eis indulgētur iura in mul-
6 tis casibus ob earum naturalem caducitatem, quæ semper excusatur,& sexus in aptitudinem, (licètin aliquibus à communi miserationis regula
7 aliquando recedatur) de quo est *tex. prouerbio.cap.31.* vndè *Menoch.de Arbitr. iud. casu 153.nu.8.* dixit excusari mulieres propter fragilitatē à contumacia,quæ putatur delictum,in quam inobedientes incurrunt ; vt diffusè posui in *Florilegio ad Rubr.de Cōtum. ob del.reorum.*

Suntq; omnes regularitèr mulieres pronæ ad malum, & procliues ad rixas, desacili indignantur,& indignatæ deueniunt ostinatissimæ, vsq; ad
8 mortem,teste *Tiraq.de legibus connub. l.9.n.39.f.98.*vbi dicit de illa muliere, quæ cum summergeretur, digitisnon cessabat pediculosum virum appellare, & quia sunt imbecilles, & vlcisci non possunt,inuentiones saltim,& discordias gignunt, ad pacem perturbandam, hincq; *Senec.* dixit *in Hippol.*

Sed dux malorum fæmina, & scelerum artifex
Obsedit animos, cuius incestæ stupris
Fumant tot Vrbes bella, tot gentes gerunt
Et versa ab imo tot populus premunt.

Et testis sit in hoc inueterata, adhùc viuens memoria celeberrimę Troianæ Vrbis; si vera concinunt *Ouid. & Virgil.* quia sunt segetes, vbi Troia fuit.

9 Sed quid erit, si dicam, quod sunt rapaces,auaræ,mēdaces,litigiosæ,intemperatæ,iracundæ, libidinosæ,celeres ad malum,pigræ ad bonum, volubiles,mutabiles,inconstantes,& alia imperfectæ, vt notauit *Cass.ad consuet Burg.Rub.3.§.5.nu.28.& seq.fol.112* veritas quidem odium pareret;sed nō sum ipse, qui loquor,alij talia putant; & dicunt, quod fęmina nulla bona,v-
10 nus eorum fuit *Neuiz. in sua sylua Rubr.non est nubendum. nu.162.* & *Tiraq.ad 9.l.connub.nu.194.* qui alio encomio eas honorauit, nempè esse cōtumeliosas, obstrectatorias, cauilatorias,obiurgatorias, vituperosas,caninas, nempè cōparatas canibus ex maledicentia, & crudeles; quod vltimum fallit, si ego non fallor, cùm potiùs, pietati, quā inhumanitati deditæ sint,essent hi, quidem reprehensione digni; nisi defenderentur,quod errore malè scribentium omne euenit,non eorum mordacitate,dùm non est credibile, adeò indiscretum esse hominum animum, quod nesciret fęminarum plaudere gestu, & adiuro multoties fuisse à fæminis prudentibus mihi responsum, quando iocosè enarrabam earum imperfectionem à legibus valdè cognitam ; hoc euenisse, quia iura homines, & non fęminæ statuerunt, vt etiam colligitur ex dictis *d.Neuiz. Rub.eū nubendum nu.95.* At mihi displicet, quod me scribente de ipsarum priuilegijs, prærogatiuis, & preheminētijs, nec scribere,nec legere sciūt,& si sciūt nōnullę, nō intelligūt,quæ meus calamus scribit multa
11 expectarem pręmia, & essent debita mei biennalis sudoris; si prauus error non mihi imputaretur in peccatum, quod refero, quę mala de eis scripta sunt, sed non debet esse hoc reprehēsibile, dùm non ipse loquor, sed authoritatibus vtor eorum, qui Mundi melius dignoscerunt calamitates, & fallacias obsaniorem doctrinam,& ob longinquiorem ętatem.Et posteà non est mirum, si tot inter dulcia pęrogatiuarum aliquid acri degustetur, &

aliquando erret lingua, & pluma trãscurrat, dùm vulgus dicit, quod qui
12 ferrat coactat; qui loquitur oportet, quod spuat; qui ambulat oportet, quod aliquando labatur *Neuiz.d.rub. non est nuben. num.* 163. posuit, quod
13 mulieres sunt Sanctæ in Ecclesia. Angeli in accessu, incedendo inter laudes, postmodum offendit in aliqua leuia, quod sunt dæmones in domo, bubones in fenestra, picæ in porta, capræ in horto, & fętores in lecto; quæ Epitheta non sunt admittenda tanquam poetica; cùm poetarum propriè sit honestè mentiri iuxtà illud.

Miranda canunt, sed non cudenda poeta.

Si hæc cuderem ego omnia, futuram laborum recognitionem perdere iustè mererer; dùm idē met *Neuiz. ibib.* strenuè defendit pręfatas contumelias non esse veras; & sigillatim probat oppositum; nempè quod sint odores in lecto ex earum munditia, vndè non potest excogitari apta materia ad profundendum fętorem; hortorum fontes, & cultrices, dùm vt plurimum fęminæ sunt, quæ viridaria gubernãt, & in hac nostra Parthenopea, florentèr
14 viuimus ob earum industriam, dùm padules plantant, & irrigant; mercatrices in porta, cùm non possint vagari, & videmus, quod quæ familiæ vtilia sunt, commodè tractant, & signantèr Ianuēses, cū ipsæ sint omnes nego-
15 tiatrices: fenestrarum seres, dùm vel vitreum, vt hodie introductum est, vel lignum, ante tectum habent, ne inspiciantur, & manent, ac starent in clausura; domus guberniun, cùm rerum sint ipsæ oculatæ custodes; Angeli sic in accessu, cùm incedant, ac oculos non haberent, & Sanctæ in Ecclesia, dùm in ea manent, ac si raptæ essent ad astra; quod vltimum an verum sit, hic labor, hic punctus, cum hodie prorsùs vanæ inspiciantur ob vsum superfluarum vestium, & ob fucatum nitorem, semper garrulæ, parum deuotæ, & diuinis intentæ, & genuflexione prorsùs eiecta, sedent in sedulis, ac starent in earum domibus, quod mihi affert tantam indignationem, qua non potest excogitari maior, summa ansia sanctorum expectant festiuitates, sed cõfabulandi causa, non gratia orandi; & si spuam hoc, non est mendacium, vt ab hominibus colantur, & quæ dicant, & quæ tractent, pu-
16 to, quod de omnibus præterquam de Dei honore, & sui nominis sanctificatione, & non mentior si addam, quod cuncta iudicant, vt dixit *Poeta Cortes. de Aulicis.*

Che per quinto elemento hanno il dir male.

Sed quod peius omnes nouos luxus intueri delectant, vt illis statim vtãn-
17 tur, & cum viris habent continua iurgia, dùm nil vident, quod non desiderent, & appetant, & hāc puto mortalium esse iaculam maiorem, qua vexantur tota die altercari ob nouos sumptus, esset melius, nec prolem, nec panem habere, quam rixis nutriri; & fuit sententia *Salám. prou.* 21. B. & C. vbi dicit dulciùs esse sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa in domo communi, meliùs habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa, & *prou.* 12. 17. *& Ec-*
18 *clesi.* 10.*lit.D. Melior buccella sicca cum gaudio; quam domus plena victimis cum Iurgio.* Et hæc sufficiant, nè in aliquam pœnam incurram, pro operis mercede, & tamen adhùc sunt excusabiles, cum non ipsis imputandum, sed natura cum imperfectas eas producat, & propterea nil perfectionis germi-
19 nare possunt, nàm secundum *Philosoph. in lib. de animal.* relatū per *Cagnol. in l.fæmina sub nu.8.ff.de Reg.iur.* Mulier dicitur partus imperfectus, vndè non potest mala arbor bonos fructus
20 facere, nec bona loqui, qui malus, secundum *Matth.* 12. *& Luc.* 6.

D E

DE RELIGIOSIS MVLIERIBVS.

SPECIALE OCTAVVM.

SVMMARIVM.

1 *Monialium nomen dignissimum est, qua alio vocabulo sanctimoniales nuncupãtur.*

2 *Monialium vita admirabilis.*

3 *Monialium appellatione, quæ veniant.*

4 *Mulieres viuentes tanquam moniales in communione, quibus gaudeant priuilegijs, & cuius sint iurisdictionis, remissiuè.*

5 *Monialem accipiens in vxorem, ea mortua, non potest amplius contrahere matrimonium.*

6 *Bastarda nõ legitimatur per ingressum congregationis mulierum communitèr viuentium, neq; eligi in earum Abbatissam absq; dispensatione.*

7 *Abbatissa, cuius debeat esse ætatis, & nu. 60.*

8 *Velatio quandoq; est assumptiò ad dignitatem Abbatissarum.*

9 *Moniales, vt possint profiteri cuius ætatis, olim, & cuius hodie esse debeant. & nu. 18.*

10 *Ætas hominis potest currere vsq; ad 120. annos.*

11 *Monialis priusquam profiteatur, quomodo debeat experiri.*

12 *Puellam non habentem animum ingrediendi religionem, Prælati recipi non permittant.*

13 *Ordinarijs locorum subiacent monasteria monialium, exceptis nonnullis ex particulari priuilegio: vt hic.*

14 *Suadentes, vel seducentes ad vitam, vel à vita spirituali puellas, excommunicationis vinculo innodantur.*

15 *Moniales, postquam professionem emiserant, non possunt exire de religione.*

16 *Professio monialium ante legitimam ætatem, inualida est.*

17 *Consensus consanguineorum, & tutorum, quando est, necessarius in professione monialium.*

18 *Professio monialium, & religiosorum non potest fieri ante annum 16.*

19 *Abbatissa non potest velare moniales, sed spectat ad ordinarium loci.*

Sollemnitates, & cerimonia, quæ interuenire solent in professione monialium, vsque ad nu. 28.

20 *Tonsura, siuè corona religiosorum, quid significat.*

Seruire Deo regnare est.

21 *Mulieres spontè sibi ipsis comam tondentes sunt excommunicandæ.*

22 *Tonsura monialium character non imprimitur.*

23 *Mulieres, quod non possint seruire in diuinis, quomodò intelligendum est.*

24 *Oculus scandalosus est proijciendus.*

25 *Visus corrumpit castitatem, & multos alios malos producit effectus.*

Vestes monialium non debent esse serica.

26 *Paupertas, & castitas Deo placent.*

27 *Moniales vouendo, quatuor vota iurant seruare.*

28 *Vidua, quãdo monialis fit, non profitetur cum sollemnitatibus virginis.*

29 *Prandium, & si vetitum dari sit, per nouam monialem alijs antiquioribus tempore professionis, hodie tamen est in vsu.*

30 *Dotem omnis monialis habere debet, aliàs recipi non potest, sed quando hoc limitetur.*

Non potest alienare monialis, nec minus de eius fructibus disponere, nisi de certa parua quantitate.

31 *Moniales monasterij huius* Ciuitatis, *dicti Hyerusalem de ordine Capuccinorum, perfectissima sunt.*

32 *Dos monialium quanta esse debeat.*

33 *Adiutorium tenentur dare vassalli tam pro filia maritanda; quam monacanda, sed cum differentia, vt hic.*

34 *Adiutorium, siue subuentio, qua debetur Baroni ab eorum vassallis, an debeatur pro focularibus effectiuis, vel pro illis, qua portat in taxa Regia Curia cum casu in facti contingentia.*

Non entis, nulla sunt qualitates.

Obseruantia est optima legum interpres.

35 *Paragium, quod est dandum filia moniali, quomodo intelligendum.*

36 *Monialis non renunciando tempore professionis succedit parentibus, & acquiritur monasterio.*

37 *Monialium bona ab intestato decedentium spectant ad monasterium.*

Et quid si fuerit feudataria?

38 *Renunciatio monialium facta cum profiteantur, quando valeat.*

39 *Statuto disponente, quod extantibus masculis, famina non succedant, an comprehendat etiam moniales?*

40 *Prag. vulgo dicta del Duca d'Offuna de Don. propter nuptias, non comprehendebat matrimonia antea contracta.*

41 *Transitus de vno monasterio ad aliud, monialibus est interdictus, excepta tamen legitima causa, & qua sint iusta causa, vsque ad nu. 45.*

42 *Furtum, quando permissum, & sub nu. 56.*

43 *Abbatissa feudataria potest exire è monasterio prastandi causa iurium fidelitatis, sed quando.*

44 *Moniales in eorum necessitatibus debent vti procuratoribus.*

45 *Bona monialis transeuntis de vno ad aliud monasterium, an spectent ad primum, vel ad secundum.*

46 *Monialis non potest testari de acquisitis post religionis ingressum.*

47 *Monialis transeundo ad alterum monasterium debet ire cum noua dote, & denuò profiteri, & cum hac conditione dispensatur à Papa; & adducitur casus nonus.*

48 *Legatum debetur ligatario à die mortis testatoris, siue à die adita hareditatis.*

49 *Moniales priusquā profiteātur, succedunt consanguineis, & non monasteriū.*

50 Excommunicatio *promulgata contra alloquentem moniales, non ligat alloquentem nouitias.*

51 *Forma dat esse rei.*

52 *Monialis ex iusta causa potest nubere prauia dispensatione* Pontificis.

53 *Moniali nupta prauia* Papa *licentia, an si decedat, sinè liberis succedant consanguinei, vel monasterium.*

54 *Monialis antequam profiteatur, reputatur tanquam secularis, & potest testari contrahere, & alia similia facere: postmodum verò non citrà interuentum superioris.*

Ingressu monialis vitiato, nec minus valet bonorum addictio.

55 *Monialis coacta egredi è monasterio ex iusta causa cum licentia ordinarij, an si noluerit ordinarius dispensare possit exire citrà veniam & absque metu excommunicationis, vsque ad nu. 59.*

56 *Carnibus vesci tempore prohibito, quando non sit peccatum.*

57 *Homicidium quando sit permissum.*

Fur nocturnus, an possit interfici.

58 *Pralati praua qualitatis quomodo reprehendantur.*

59 *Monialis, si euadat hermaphroditus non potest exire è religione citrà licentiā ordinarij.*

Hermaphroditus, qua prius fuit monialis, debet in saculo seruare etiam in religione emanata.

60 *Abbatissarum electio, vt canonica sit, qua sint seruanda, & nu. seq. vsque ad nu. 65.*

61 Electio *Abbatissa debet fieri per scrutinium, & dua partes votorum concurrere, & quid in hoc disponat.* S.C.T.

62 *Monialis vnius monasterij potest eligi in Abbatissam in alio.*

Duo

Duo officia exercere in diuersis locis eodem tempore, nemo potest.

Electus ad duo officia debet vnum ex istis resignare, alias electio esset inualida.

63 *Officiales ad iustitiam electi, debent esse annales.*

Officia non debent esse perpetua, sed temporalia, vt bona sint, & quare.

64 *Abbatissa non potest esse vltrà triennium.*

65 *Vota, siue suffragia in electione Abbatissæ, quando sunt paria, potest electio compromitti tertio.*

Electio Papæ potest fieri per compromissum etiam.

66 *Iustitiæ commutatiua pars Dei est, & in quo consistat.*

67 *Seculares non possunt accedere ad loca monialium absq; incursu pœnæ excommunicationis, imò quandoq; fuit hoc prohibitum sub mortis pœna.*

68 *Lex obligat ad eius obseruantiam sub pœna peccati.*

69 *Religiosis sub qua pœna prohibetur accedere ad conuentum monalium?*

Episcopi absque legitima causa non possunt accedere ad monialium monasteria.

70 *Excommunicationis pœna ab omnibus Prælatis alloquentibus moniales imponi soles, & ligat omnes: & habet locum dato monasteria non ei subdita sint. n.72.*

71 *Lege generalitèr prohibente, omnes sub ea comprehenduntur.*

72 *Mulieres non possent introire ad claustra monialium, etiam quod sint sanguine coniuncta citrà Papæ licentiam.*

73 *Licentia valet pro accessu ad monasteria monalium data etiam oretenus.*

74 *Infantes loquendo moniales non incurrunt in excommunicationem, & qui alijs nu. sequentib. vsq; ad nu. 80.*

75 *Parentes possunt alloqui moniales etiã sinè licentia ordinarij.*

76 *Religiosi alloquentes moniales non incurrunt in excommunicationem, sed in aliam pœnam, sed quando procedat, declaratur.*

77 *Religiosi, & si sistant ad seruitium monialium, vt videmus in S. Claræ huius Ciuitatis, & S. Sebastiani, non possunt loqui moniales citra ordinarij licẽtiam.*

78 *Scribẽtes litteras ad moniales, cum non sit per eas, propterea loqui, non incurrunt in excommunicationem, sic etiam scribentes bãnito, non incurrunt in pœnam banni, & nu. seq.*

79 *Interpetratio in pœnalibus semper stricte est facienda.*

80 *Scribere litteras monialibus, quando non possit absque pœna excommunicationis.*

81 *Priuilegium concessum religiosis, extenditur etiam ad moniales.*

82 *Moniales, quæ sint, quæ gaudent priuilegio can. si quis suad: Diabolo.*

Inuicem sopercutientes incidunt in excommunicationem, absoluitur ab ordinario.

83 *Moniales, nouitia, & conuersæ habent beneficium electionis fori.*

84 *Moniales, quæ sint ab omnibus oneribus gabellis, & alys contributionibus.*

Lacrimæ, & orationes sunt arma religiosorum.

85 *Apostatæ moniales, demoniales appellari debent, & quà pœna puniendæ, & quà si corrumpi patiantur.*

86 *Monialium raptores à quocunq; possunt interfici.*

Casus terribiles enunciantur circà monialium raptum.

DE RELIGIOSIS MVLIERIBVS

CAPVT TERTIVM.

SPECIALE OCTAVVM.

1 Monialium nomen adeò venerabile est, quod tàm antiquitus, vt in *c. hi ergo 12. in ordine 27.q. 1. & c. sanctimoniales 13.20.q.1.* quàm nouis-

nouiſſimè digniori vocabulo ſancti-
moniales nuncupari merentur; vt *in*
ſeſſ.25.S.C.Trid.de Regul.cap.9.& ſeq.
& reuera ſic vocari dignæ ſunt ex sũ-
ma veneratione, quæ ipſis debetur,
dùm eſt ſummi ſtuporis conſideratio;
quod quæ natura vanæ fragiles, &
2 volubiles ſunt, Mundo ſpreto intrà
quatuor muros mortificatæ perpetuò
maneant, mutatis ſericis in lanam,
pompis in mortificationem, conſue-
tudinibus in ſolitudinem, Mundique
voluptatibus in pœnitentiam: factum
quidem valdè mirabile, & propterea
earũ nomen venerabile ſemper, quod
conuenit, & ſub eo comprehendi de-
bent, non dùm quæ ſub probata re-
gula viuunt, ſiuè ſint profeſſæ, ſiuè
3 nouitiæ, ſiuè conuerſæ *Gambarup. de*
Caſib.reſeru.Rubr.qui moniales viol.n.
3.fol.190. verùm etiam, & quæ abſq;
onere profitendi in communione per-
manent, prout ſunt in hac Ciuitate
vulgaritèr dictæ lepentite, & filiolæ
Sancti Ianuarij, quæ manent in con-
ſeruatorijs, & in alma Vrbe mulieres
turris nouæ, & iſtę, cum quatuor or-
dinaria vota religioſorum non ema-
nent, cum illo tamèn perpetuæ clau-
ſuræ; veræ religioſę non ſunt, vt dixit
4 *D.Reg.Capyc.latro.vol.1.deciſ.118.nu.*
3. vndè propterea eſt quæſtio, ſi per-
tineant ad iuriſdictionem tempora-
lem, vel Eccleſiaſticam, vt eſt videre
apud *Conar. pract.quæſt. vol.2.cap.34.*
n.41.ſup.verſ. Tertia Panorm.fol.562.
tamèn in aliquibus; & circà electio-
nem pręcipuè primatis, ſiuè Vicarię
gaudent ijſdem prærogatiuis, quibus
moniales fruuntur, vt per *Tolet. in*
ſumma lib. 1. cap.38. nu. 5. qui an de
iſtis, quoq; intellixerit infrà *lib.7.cap.*
5 *19.nu.2.ver.ſextum eſt,* quando dixit,
quod monialem accipiens in vxorem,
ea mortua, non poteſt amplius con-
trahere, per *tex. in d.c.hi ergo,* vbi *gl.*
ver. coniugali, & poſuit etiam *Angel.*
per eũdem *tex.in §. illud inſt. de nup-*
tys nu.12. in pœnam, & in odium cri-
minis hucuſq; non capio, dùm in dies
videmus, quod cum his mulieribus,
quę conſeruantur in aliquo loco in-
differentèr nuptiæ contrahuntur, cum
moniales propriè non ſint, quibus vo-
to, & regula nubere interdictum eſt;
ſicut etiam non puto in his dari legi-
6 timationem per ingreſſum iuxtà *tex.*
in c. Dominus noſter 8.diſt.56. dùm nec
vouent, nec profitentur, ità quod ſi
aliqua fuerit baſtarda, non poterit
eligi in Abbatiſſam iſtarum collegia-
tarum abſq; diſpenſatione, vt nota-
runt addentes ad Toletum *d. lib. 2.*
cap.58.ver.moniales; quę Abbatiſſa, vt
tali officio fungi poſſit, neceſsè eſt, vt
ſit in ætate annorum 40. iuxtà Tridẽ-
7 tinam determinationem *in ſeſſio. 25.*
de Regular.cap.7. quæ videtur calorem
habuiſſe à diſpoſitione *tex.in d. c.ſan-*
ctimoniales; attento germano intelle-
ctu; licèt attentus ſufficientiſſima fuiſ-
ſet ætas 30. annorum, vt *in c.idem ni-*
tatibus 43. cum ſua gl.de Elect.& Electi
poteſt in 6. & poſtmodum per aliam
canonicam diſpoſitionem reducta ad
ſexaginariam, vt in *d. 20. q.1.c.iuuen-*
culas 12. vbi ſic legitur *Iuuenculas fie-*
ri Abbatiſſas vehemẽtisſimè prohibemus,
nullam igitur fraternitas tua, niſi ſexa-
genariam virginem, cuius vita hoc, atq;
8 *mores exegerint velari, permittat,* & ſic
colligitur, quod velatio in his iuribus
eſt aſſumptio monialis ad gradum
prioriſſę, & ætas ſexaginaria reſtricta
ad quadreginariam, vt *in d. c. ſancti-*
moniales, quę hodie attenditur, prout
etiam videmus ętates reformatas in
profeſſione, dùm puellę tùnc poſſunt
ſuſcipere velamen, quando ſunt duo-
decim annorum, vt in *d. ſeſſ.25. de re-*
9 *gular.cap.17. & d. c. indemnitatib. cum*
c. puellę el. 2. 20. q. 2. pro quo prius
oportebat eas eſſe quinq; luſtrorum
ſecundum *tex. in c.illud 10. vbi gl.lit.*
B.eadem 20.q.1. & cum maxima ratio-
ne, dùm adeò eſt noſtra abbreuiata
ætas, quia ſunt aucta peccata, vt alibi
dicam; quod pauciſſimi ſunt, qui per-
ueniunt ad ætatem 120. annorũ mor-
10 talibus conſtitutam, vt legitur *Geneſ.*

cap.

cap. 6. in princip. attamen professio postmodùm est facienda in anno 16. vt *ex eod. S.C. Trid. vbi sup. cap. 3.* & cõputatur à die Natiuitatis, non autem baptismatis secundum *P. Sayr. to. 3. tract. 12. de profess. mon. q. 18. fol. 211.* Istę postmodum si talis ętatis fuerint explorandę sunt, donec nouitię fuerint, si firmum animum, & constantem retineant voluntatem Deo inseruiendi, si perpetuam clausuram seruare voluerint, & si Diuina inspiratione, vel mundano timore id faciant, vt diximus supra *de mulier. impub. special. 1. nu. 28.* & est quoq; *tex. in d. c. illud* 10. vbi optima *gl. & d. c. puella, ac d. cap. 17. in Tridentino Concilio d. sess. 25. de Regular.* quia Deo seruiendum est in letitia, iuxtà *ps. Dau. 99. & tex. in d. c. illud in fine,* in his verbis scilicèt. *Quia satis inutile esset, si coacta seruitia Deo praestarentur,* quapropter canones pręcepetunt *in c. sicut 9. & 20. q. 2.* vllo modo recipiẽdam esse eam puellam, de cuius voluntate constiterit, nolle
12 ingredi in monasterium, & hęc diligentia adhibi debet à prelatis locorum, vt in *c. illud. & d. c. 17.* dùm monialium monasteria immediatè regularitèr subiacent Episcopis loci, à quibus visitantur, & gubernantur in anima, cùm faciant ipsis sacramenta ministrare, vt oportuniùs, & salubriùs
13 sancto Zelo prelatorum videbitur. *c. cognonimus 19. in ordine 18. q. 2. & c. monasteria 9. d. sess. 25. de Regul.* est & Bulla *Sanctissimae Memoriae Pij V.* quae incipit. *Cùm sicùt sub die 23. Iulij 1568.* & tenet *Bonac. to. 3. de Excomm. in part. cõtrà impedientes visitationes monalium puncto 4. nu. 1. fol. 184.* Et dixi, regularitèr monialium monasteria Episcopis subiacere, cùm sint nõnulla regalia, quę ex peculiari priuilegio à tali subiectione sunt exempta, prout hic est Conuentus S. Clarę, & similium, qui nõ est suppositus iurisdictioni ordinarij, sed Summo Pontifici, eiusq; Nuntio Apostolico, vt sancitum est per *S. C. Trid. sess. 22. cap. 8. de Reformatione,* ac meminit *D. Reg. Capyc. latro to. 2. decis. 193. nu. 38.* Et probata renitentia puellae contrà eos, qui cogerint ad illã monacandam, vel si bonam habuerit intentionem è contrà,
14 monacatione distraxerint illius animum; cum par facinus sit consulere malum, quam impedire bonum, anathematis pęna ipsis à iure iniungitur per *tex. in c. anathemati 18. supra allegata sess. 25. de Regular.* Quando itàq; sponte virgines, aut viduae profitentur, amplius à religione recedendi facultatem non habent; nàm si matrimonium temporale continet indiuiduam vitae consuetudinem, & solùm morte dissoluitur à fortiori spirituale,
15 quod cùm contrahatur cum cęlesti sponso; ipsi mentiri nefas est, secundum aperta iura in *d. c. puella, & c. viduas 16. & c. viduae 38. 27. q. 1.* excepto tamèn casu, quando puella antè 12. annum sacrũ sumpsisset velamen, quod hodie, vt diximus expresse vetitum est, & perdifficile, vt talis error succedat, quod aliqua profiteatur antè istam aetatem ex nimia dili-
16 gentia, & Praelatorum vigilantia, in qua professione antè dictam perfectã aetatem, si casus occurreret, vt esset valida, deberet etiam cum consensu monialis concurrere voluntas parentum, vel tutorum, alias enim ipsis cõquerentibus, possent reddere irritum monachationis actum, intellege, si intrà annum à die professionis in hoc institerint, secùs tamèn illo elapso,
17 vel puella, quae professa est, excedebat annum 12. quia tùnc non audiũtur, quia si matrimonium carnale liberum est, à fortiori spirituale, vt latè diximus supra *cap. 1. à nu. 54. vsq; ad 65.* dùm ait. *Diuus Hieronym. Epist. 1.* perge patrem, per calcatam perge matrem, & ad vexillum Dei Euola; est ratio praedictorum, quia cùm putetur in infantia nõ perfectam habere animi iudicium, & parentes ignorasse filiolae professionem, fuisse ad profitendum circumductam, quod non pro-

naturalitèr coitus destruat homines,
113 eosq; antè tempus senescere faciat:
probat versus hic positus.

Vita raritas naturalitèr est viris mulier.

Et post aurigam *Aristotel. lib.7. de Histor. animal. currunt Auerrois in cantic. commento 156. Auicen. & Constant. lib. 22. cap. 4.* & alij phisicam profitentes cum *Alberto Magno lib. 15. de Animal. tract. 2. cap. 6.* & concludunt vnanimi sententia nil magis naturæ obesse, quam Veneris vsus, hocq; experientia docet, dùm in dies experimur castos religiosos virilitèr extare, ac si per senectutis viam non transiuissent, & è contrà multos libidinosos iuuenes virilitate carere, & nè reprehensione dignus censeri possim vtendo in hoc tantummodò authoritatibus meditorum, & philosophorum, quibus &si circà hoc standum esset, nihilominus, vt probabiliorem sententiam lectores intueantur, adduco *D. Anton.* cunctarum scientiarum epilogum, qui pro mille benè sufficit a. *10. eius summa tit. 5. cap. 1. de luxuria §. 11. ver. 3. cõsumit, f. 208.* in his verbis. *Tertio cõsumit vitã Seneca: Plures occidit voluptas quã gladius, & quidã sapiẽs eã describens ait, luxuria est inordinatæ carnis petulantia, dulce venenum, impontuna lues, perniciosa potio, quæ corpus humanum debilitat, & virilis animi robur eneruat; Vnam ex rationibus, quare antiqui patres tantùm viuebant, & robusti, nùnc autèm paruo tempore, & pleni debilitate, hanc esse puto, quod erant magis continentes, tardè contrahebant matrimoniũ interim seruandam castitatem, nùnc autèm à pueritia incipiunt pleni esse luxurijs, nimis cito cõtrahunt matrimonium, se si differunt, perpetrant innumera ma-*
114 *la.* Hinc videmus, quod Salomon, qui luxuriæ deditus cum pluribus immoderatè cohibat eius senectus arctata fuit ad annos quinquaginta, tùnc quando ad minus viuebant homines spatio centum lustrorum; & hoc anteà pronunciauit *S. Io. Chrysost. in eius homilia sub titulo quod nemo ledatur;* vbi dicit; *quod libidinisorum vita est, quod agmine infirmitatum repleta, quibusq; ad cumulum malorum podagra tumor, & immatura senectus succedit, & est eis status semper cum medicis, & medicamentis:* vndè secundum me prauus magis non poterit prauæ sensualitati exitus experiri in hoc mundo, dùm alij peiores Venerei mali effectus concernunt animi detrimẽtum, cum illum priuent spirituali gratia, & conducant ad æternalem gehennam, secundum *D. Antonin. vbi sup. ver. 6. consumit, & ver. 7. consumit.*

Clericis postmodum concubinarijs, aliæ sunt introductæ à sacris ca-
115 nonibus pœnæ, vt *c. 2. vbi gl. de cohab. cler. & mul. & c. si concubinæ 5. 9. de sentent. Excommun.* ex quo *tex.* nota per communicationem in crimine incurri in excõmunicationem maio-
116 rem, cùm regularitèr communicans excommunicato, minoris vinculo excommunicationis innodetur *c. pastoralis. 7. de Cler. excommun. ministr. & nuper 29. in princ. de sentent. excõmun. Foller. pract. crim. can. rub. & si confessi nu. 141. & seq.* & tandem *per S. C. Trid. sess. 25. de Reformat. cap. 14.* ad euitandum scandala totalitèr interdicta est
117 cohabitatio clericorum, & mulierũ juxtà formam *in d. c.* traditam, cujus meminere videtur *Sayr lib. 8. cap. 2. sup clau. regiæ de fornicat. num. 10. Glianes summa censurarum ver. clericus concubinarius,* vbi multa dicit *de cohab. cler. & mul. in princ.* quod mulier appetit virum sicùt materia, formam, & ex
118 hoc appetitu in reciprocam gratitudinem viri diligunt mulieres; vndè ad euitandum scandalum, & periculum, ne materia informetur, dicta cohabitatio feminarum, cum clericis interdicta est; quam si habere voluerint post trinam, & canonicam monitionem, omnibus est priuandus beneficijs *c. si autem clerici 6. de cohab. cler. &*
119 *mul. Rota Romana apud Coccin. in nouissim.*

nissim. decis 139 nu. 1. 2. & per tot. fol. 261. At cum meum non sit opus hanc materiam differere, aliud non dicam, nisi quod aliquando scrupulum ipse habui, quod cum fuerit aliquis Sacerdos de concubitu imputatus per publicam famam, vel per denunciationem eius superiori, abstinendum putaui ab interuentu in eius sacrifi-
120 cio, nec ipsum audire cum celebret; quia peccatum est, *ut in c. nullus* §. *in ordine 32. dist.* & facit *tex. in c. quæsitū* §. *finale de cohabitatione cleric. & mul.* dum *Sanctus August.* ait adductus *per Franc. Glan. ubi sup. Plus placere Deo canis latratum, bonis mugitum, & pecoris grunnitum, quam cantum luxurian-*
121 *tis clerici*, & hac de causa sicco pede transire quoq; putaui circà prælatos, cum eorum personæ semper sanctæ censeri debeant, ob eximiam, & supræmam, quam retinent dignitatem, de qua adeas *Duaren. de Sacra Eccl. ministerys*; hoc tamen *S.C.T.* dicit *cap. 1 de Reformat. sess. 25.* quod Episcopi ad Episcopale ministerium suscepti, quæ sint eorum partes cognoscere debeant, scilicèt non ad propria com-
122 moda, non ad diuitias, aut luxum sed ad labores, & sollicitudines pro Dei gloria vocatos esse, cuius finis si fuerint obliti, & scandalosam duxerit vitam hæc aduersus eos, *Tridentinum idem C. sup. citato cap. 14 in fine* præcipit, & statuit. *Episcopi quoq; (qui absit) si ab huiusmodi crimine nō abstinuerint,*
123 *& synodo prouinciali admoniti se non emēdauerint ipso facto, sint suspēsi*, itàq; cauti sint omnes, ne fędantur hac macula, dùm etiam serica offendit, de quibus vide *Grat. discept. for. to. 1. cap. 35. nu. 23. 24 & 25.*

DE PRIVILEGIIS MVLIERVM.

SPECIALE OCTAVVM.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres seculares sunt in multiplici differentia.*
2 *Mulier hæretica omnibus iuris priuata est beneficijs.*
3 *Mulieres non faciunt plus, quod faciunt, quia non possunt.*
4 *Mulieres si laxas habenas haberent, essent incorrigibiles.*
Puniuntur lenius quam homines in delictis etiam in crimine lesæ M.
Sunt audacissime, quando data sunt in reprobum sensum.
5 *Mulieres sunt promtissima ad mendaciū.*
6 *Mulierum fragilitas semper excusatur.*
7 *Mulieres excusantur à contumacia, quæ delictum reputatur.*
8 *Mulieres rixosæ, & inuentrices dissentionum sunt ac ostinatissimæ, usq; ad mortem.*
Troia destructio ob fœminam.
9 *Fœminarum defectus, & n. seq. ubi excusantur.*
10 *Fœmina nulla bona.*
11 *Indicatur tempus, quod author ad hæc operam impendit.*
12 *Qui ferrat; coactus.*
13 *Fœminarum encomia tradita per Nenizan.*

Fœmi-

Sed vobis facile est verba, & componere fraudes.
Hoc vnum didicit fœmina super opus.
Et *Tibull.4. eleg.4. lib.3.*
Ah crudele genus, nec fidum fœminæ nomen.
Ah per eas didicit fallere si qua virum.
Ac *Iuuenal.Satyra 6:*
Nil est audacius illis
Depresis tramatq; animos à crimine sumunt.

Et quamuis hoc plusquam verum sit, adhùc eis indulgētur iura in mul-
6 tis casibus ob earum naturalem caducitatem, quæ semper excusatur,& sexus in aptitudinem, (licèt in aliquibus à communi miserationis regula
7 aliquando recedatur) de quo est *tex. prouerbio.cap.31.* vndè *Menoch.de Arbitr. iud. casu 153.nu.8.* dixit excusari mulieres propter fragilitatē à contumacia,quæ putatur delictum,in quam inobedientes incurrunt; vt diffusè posui in *Florilegio ad Rubr.de Cōtum. ob del.reorum.*

Suntq;omnes regularitèr mulieres pronæ ad malum, & procliues ad rixas, defacili indignantur,& indignatæ deueniunt ostinatissimæ, vsq; ad
8 mortem,teste *Tiraq.de legibus connub. l.9.n.39.f.98.* vbi dicit de illa muliere, quæ cum summergeretur, digitis non cessabat pediculosum virum appellare, & quia sunt imbecilles, & vlcisci non possunt,inuentiones saltim,& discordias gignunt, ad pacem perturbandam, hincq; *Senec.* dixit *in Hippol.*
Sed dux malorum fœmina, & sceleratum artifex
Obsedit animos, cuius incestæ stupris
Fumant tot Vrbes bella, tot gentes gerunt
Et versa ab imo tot populus præmunt.

Et testis sit in hoc inueterata, adhùc viuens memoria celeberrimę Troianæ Vrbis; si vera concinunt *Ouid. & Virgil.* quia sunt segetes, vbi Troia fuit.
9 Sed quid erit, si dicam, quod sunt rapaces,auaræ,mēdaces,litigiosæ,intemperatæ,iracundæ, libidinosæ,celeres ad malum, pigræ ad bonum, volubiles,mutabiles,inconstantes,& alia imperfectæ, vt notauit *Cass.ad consuet. Burg.Rub.3.§.5.nu.28.& seq.fol.112* veritas quidem odium parere:sed nō sum ipse, qui loquor,alij talia putant; & dicunt, quod fœmina nulla bona,v-
10 nus eorum fuit *Neuiz. in sua sylua Rubr.non est nubendum. nu.162.* & *Tiraq.ad 9.l.connub.nu.194.* qui alio encomio eas honorauit, nempè esse cōtumeliosas, obstrectatorias, cauilatorias,obiurgatorias, vituperosas,caninas, nempè comparatas canibus ex maledicentia, & crudeles; quod vltimum fallit, si ego non fallor, cùm potiùs, pietati, quā inhumanitati deditæ sint,essent hi, quidem reprehensione digni; nisi defenderentur,quod errore malè scribentium omne euenit,non eorum mordacitate,dùm non est credibile, adeò indiscretum esse hominum animum, quod nesciret fœminarum plaudere gestu, & adiuro multoties fuisse à fœminis prudentibus mihi responsum, quando iocosè enarrabam earum imperfectionem à legibus valdè cognitam; hoc euenisse, quia iura homines, & non fœminæ statuerunt, vt etiam colligitur ex dictis *d.Neuiz. Rub.est nubendum nu.95.* At mihi displicet, quod me scribente de ipsarum priuilegijs, prærogatiuis, & preheminētijs, nec scribere,nec legere sciūt,& si sciūt nōnullę, nō ītelligūt,quæ meus calamus scribit multa
11 expectatem prēmia, & essent debita mei biennalis sudoris; si prauus error non mihi imputaretur in peccatum, quod refero, quę mala de eis scripta sunt, sed non debet esse hoc reprehēsibile, dùm non ipse loquor, sed authoritatibus vtor eorum, qui Mundi melius dignoscerunt calamitates, & fallacias obsaniorem doctrinam,& ob longinquiorem ętatem. Et posteà non est mirum, si tot inter dulcia prærogatiuarum aliquid acri degustetur, & ali-

aliquando erret lingua, & pluma trã-
scurrat, dùm vulgus dicit, quod qui
12 ferrat coactat; qui loquitur oportet,
quod spuat; qui ambulat oportet,
quod aliquando labatur *Neuiz.d.rub.
non est nuben. num.* 163. posuit, quod
13 mulieres sunt Sanctæ in Ecclesia. Angeli in accessu, incedendo inter laudes, postmodum offendit in aliqua leuia, quod sunt dæmones in domo, bubones in fenestra, picæ in porta, capræ in horto, & fœtores in lecto; quæ Epitheta non sunt admittenda tanquam poetica, cùm poetarum propriè sit honestè mentiri iuxtà illud.

Miranda canunt, sed non cudenda poeta.

Si hæc cuderem ego omnia, futuram laborum recognitionem perdere iustè mererer; dùm idē met *Neuiz. ibib.* strenuè defendit præfatas contumelias non esse veras; & sigillatim probat oppositum; nempè quod sint odores in lecto ex earum munditia, vndè non potest excogitari apta materia ad profundendum fœtorem; hortorum fontes, & cultrices, dùm vt plurimum fœminæ sunt, quæ viridaria gubernãt, & in hac nostra Parthenopea, florentèr
14 viuimus ob earum industriam, dùm padules plantant, & irrigant; mercatrices in porta, cùm non possint vagari, & videmus, quod quæ familiæ vtilia sunt, commodè tractant, & signantèr lanuēses, cũ ipsæ sint omnes nego-
15 tiatrices: fenestrarum feres, dùm vel vitreum, vt hodie introductum est, vel lignum, ante tectum habent, ne inspiciantur, & manent, ac starent in clausura; domus gubernium, cùm rerum sint ipsæ oculatæ custodes; Angeli sic in accessu, cùm incedant, ac oculos non haberent, & Sanctæ in Ecclesia, dùm in ea manent, ac si raptæ essent ad astra; quod vltimum an verum sit; hic labor, hic punctus, cum hodie prorsùs vanæ inspiciantur ob vsum superfluarum vestium, & ob fucatum nitorem, semper garrulæ, parum deuotæ, & diuinis intentæ, & genuflexione prorsùs eiecta, sedent in sedulis, ac starent in earum domibus, quod mihi affert tantam indignationem, qua non potest excogitari maior; summa aniа sanctorum expectant festiuitates, sed cōfabulandi causa, non gratia orandi, & si spuam hoc, non est mendacium, vt ab hominibus colantur, & quæ dicant, & quæ tractent, pu-
16 to, quod de omnibus præterquam de Dei honore, & sui nominis sanctificatione, & non mentior si addam, quod cuncta iudicant, vt dixit *Poeta Cortes. de Aulicis.*

Che per quinto elemento hanno il dir male.

Sed quod peius omnes nouos luxus intueri delectant, vt illis statim vtan-
17 tur, & cum viris habeot continua iurgia, dùm nil vident, quod non desiderent, & appetant, & hãc puto mortalium esse iaculam maiorem, qua vexantur tota die altercari ob nouos sumptus, esset melius, nec prolem, nec panem habere, quam rixis nutriri; & fuit sententia *Salám. prou.* 21. *B.* & C. vbi dicit dulciùs esse sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa in domo communi, meliùs habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa, & *prou.* 12. 17. *& Ec-*
18 *clesi.* 10. *lit. D. Melior buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum Iurgio.* Et hæc sufficiant, nè in aliquam pœnam incurram, pro operis mercede, & tamen adhùc sunt excusabiles, cum non ipsis imputandum, sed natura cum imperfectas eas producat, & propterea nil perfectionis germi-
19 nare possunt, nàm secundum *Philosoph. in lib. de animal.* relatũ per *Cagnol. in l. fœminæ sub nu.* 8. *ff. de Reg. iur.* Mulier dicitur partus imperfectus, vndè non potest mala arbor bonos fructus
20 facere, nec bona loqui, qui malus, secundum *Matth.* 12. *& Luc.* 6.

DE RELIGIOSIS MVLIERIBVS.

SPECIALE OCTAVVM.

SVMMARIVM.

1 *Monialium nomen dignissimum est, quæ alio vocabulo sanctimoniales nuncupãtur.*
2 *Monialium vita admirabilis.*
3 *Monialium appellatione, quæ veniant.*
4 *Mulieres viuentes tanquam moniales in communione, quibus gaudeant priuilegijs, & cuius sint iurisdictionis, remissiuè.*
5 *Monialem accipiens in vxorem, ea mortua, non potest amplius contrahere matrimonium.*
6 *Bastarda nõ legitimatur per ingressum congregationis mulierum communiter viuentium, neq; eligi in earum Abbatissam absq; dispensatione.*
7 *Abbatissa, cuius debeat esse ætatis, & nu. 60.*
8 *Velatio quandoq; est assumptio ad dignitatem Abbatissarum.*
9 *Moniales, vt possint profiteri cuius ætatis, olim, & cuius hodie esse debeant. & nu. 18.*
10 *Ætas hominis potest currere vsq; ad 120. annos.*
11 *Monialis priusquam profiteatur, quomodo debeat experiri.*
12 *Puellam non habentem animum ingrediendi religionem, Prælati recipi non permittant.*
13 *Ordinarijs locorum subiacent monasteria monialium, exceptis nonnullis ex particulari priuilegio: vt hic.*
14 *Suadentes, vel seducentes ad vitam, velà vita spirituali puellas, excommunicationis vinculo innodantur.*
15 *Moniales, postquam professionem emiserant, non possunt exire de religione.*
16 *Professio monialium ante legitimam ætatem, inualida est.*
17 *Consensus consanguineorum, & tutorum, quando est, necessarius in professione monialium.*
18 *Professio monialium, & religiosorum non potest fieri ante annum 16.*
19 *Abbatissa non potest velare moniales, sed spectat ad ordinarium loci.*
Sollemnitates, & cerimoniæ, quæ interuenire solent in professione monialium. vsque ad nu. 28.
20 *Tonsura, siuè corona religiosorum, quid significat.*
Seruire Deo regnare est.
21 *Mulieres spontè sibi ipsis comam tondentes sunt excommunicandæ.*
22 *Tonsura monialium character non imprimitur.*
23 *Mulieres, quod non possint seruire in diuinis, quomodò intelligendum est.*
24 *Oculus scandalosus est proijciendus.*
25 *Visus corrumpit castitatem, & multos alios malos producit effectus.*
Vestes monialium non debent esse serica.
26 *Paupertas, & castitas Deo placent.*
27 *Moniales vouendo, quatuor vota iurant seruare.*
28 *Vidua, quãdo monialis fit, non profitetur cum sollemnitatibus virginis.*
29 *Prandium, & si vetitum dari sit, per nouam monialem alijs antiquioribus tempore professionis, hodie tamen est in vsu.*
30 *Dotem omnis monialis habere debet; aliàs recipi non potest, sed quando hoc limitetur.*

Nn 2 *Non*

Non potest alienare monialis, nec minus de eius fructibus disponere, nisi de certa parua quantitate.

31 *Moniales monasterij huius* Ciuitatis, *dicti* Hyerusalem *de ordine* Capuccinorum, *perfectissimæ sunt.*

32 *Dos monialium quanta esse debeat.*

33 *Adiutarium tenentur dare vassalli tam pro filia maritanda, quam monacanda, sed cum differentia, vt hic.*

34 *Adiutorium, siue subuentio, quæ debetur Baroni ab earum vassallis, an debeatur pro secularibus effectiuis, vel pro illis, quæ portat in taxa Regia Curia cum casu in facti contingentia.*

Non entis, nulla sunt qualitates.

Obseruantia est optima legum interpres.

35 *Paragium, quod est dandum filiæ moniali, quomodo intelligendum.*

36 *Monialis non renunciando tempore professionis succedit parentibus, & acquiritur monasterio.*

37 *Monialium bona ab intestato decedentium spectant ad monasterium.*

Et quid si fuerit feudataria?

38 *Renuntiatio monialium facta cum profiteantur, quando valeat.*

39 *Statuta disponente, quod extantibus masculis, fœminæ non succedant, an comprehendat etiam moniales?*

40 *Prag. vulgo dicta* del Duca d'Ossuna de Don. *propter nuptias, non comprehendebat matrimonia antea contracta.*

41 *Transitus de vno monasterio ad aliud, monialibus est interdictus, excepta tamen legitima causa, & quæ sint iustæ causæ, vsque ad nu. 45.*

42 *Furtum, quando permissum, & sub nu. 56.*

43 Abbatissa *feudataria potest exire è monasterio præstandi causa iurium fidelitatis, sed quando.*

44 *Moniales in earum necessitatibus debent vti procuratoribus.*

45 *Bona monialis transeuntis de vno ad aliud monasterium, an spectent ad primum, vel ad secundum.*

46 *Monialis non potest testari de acquisitis post religionis ingressum.*

47 *Monialis transeundo ad alterum monasterium debet ire cum noua dote, & denuò profiteri, & cum hac conditione dispensatur à* Papa, *& adducitur casus nouus.*

48 *Legatum debetur legatario à die mortis testatoris, siue à die adita hæreditatis.*

49 *Moniales priusquã profiteãtur, succedunt consanguineis, & non monasteriũ.*

50 Excommunicatio *promulgata contra alloquentem moniales, non ligat alloquentem nouitias.*

51 *Forma dat esse rei.*

52 *Monialis ex iusta causa potest nubere praua dispensatione* Pontificis.

53 *Moniali nupta praua* Papa *licentia, an si decedat, sinè liberis succedant consanguinei, vel monasterium.*

54 *Monialis antequam profiteatur, reputatur tanquam secularis, & potest testari contrahere, & alia similia facere: postmodum verò non citrà interuentum superioris.*

Ingressu monialis vitiato, nec minus valet bonorum addicatio.

55 *Monialis coacta egredi è monasterio ex iusta causa cum licentia ordinarij, an si noluerit ordinarius dispensare possit exire citrà veniam & absque metu excommunicationis, vsque ad nu. 59.*

56 *Carnibus vesci tempore prohibito, quando non sit peccatum.*

57 *Homicidium quando sit permissum.*

Fur nocturnus, an possit interfici.

58 *Prælati praua qualitatis quomodo reprehendantur.*

59 *Monialis, si euadat hermaphroditus non potest exire è religione citrà licentiã ordinarij.*

Hermaphroditus, quæ prius fuit monialis, debet in seculo seruare etiam in religione emanata.

60 *Abbatissarum electio, vt canonica sit, quæ sint seruanda, & nu. seq. vsque ad nu. 65.*

61 Electio *Abbatissæ debet fieri per scrutinium, & duæ partes votorum concurrere, & quid in hoc disponat.* S.C.T.

62 *Monialis vnius monasterij potest eligi in Abbatissam in alio.*

Duo

Duo officia exercere in diuersis locis eodem tempore, nemo potest.

Electus ad duo officia debet vnum ex istis resignare, alias electio esset inualida.

63 *Officiales ad iustitiam electi, debent esse annales.*

Officia non debent esse perpetua, sed temporalia, vt bona sint, & quare.

64 *Abbatissa non potest esse vltrà triennium.*

65 *Vota, siue suffragia in electione Abbatissæ, quando sunt paria, potest electio compromitti tertio.*

Electio Papæ potest fieri per compromissum etiam.

66 *Iustitiæ commutatiua pars Dei est, & in quo consistat.*

67 *Seculares non possunt accedere ad loca monialium absq; incursu pœna excommunicationis, imò quandoq; fuit hoc prohibitum sub mortis pœna.*

68 *Lex obligat ad eius obseruantiam sub pœna peccati.*

69 *Religiosis sub qua pœna prohibetur accedere ad conuentum monalium?*

Episcopi absque legitima causa non possunt accedere ad monialium monasteria.

70 *Excommunicationis pœna ab omnibus Prælatis alloquentibus moniales imponi soles, & ligat omnes: & habet locum dato monasteria non ei subdita sint. n.72.*

71 *Lege generaliter prohibente, omnes sub ea comprehenduntur.*

72 *Mulieres non possent introire ad claustra monialium, etiam quod sint sanguine coniunctæ citrà Papæ licentiam.*

73 *Licentia valet pro accessu ad monasteria monalium data etiam oretenus.*

74 *Infantes loquendo moniales non incurrunt in excommunicationem, & qui alijs nu. sequentib. vsq; ad nu. 80.*

75 *Parentes possunt alloqui moniales etiã sine licentia ordinarij.*

76 *Religiosi alloquentes moniales non incurrunt in excommunicationem, sed in aliam pœnam, sed quando procedat, declaratur.*

77 *Religiosi, & si sistant ad seruitium monialium, vt videmus in S. Claræ huius Ciuitatis, & S. Sebastiani, non possunt loqui moniales citrà ordinarij licẽtiam.*

78 *Scribẽtes litteras ad moniales, cũ non sit per eas, propterea loqui, non incurrunt in excommunicationem, sic etiam scribentes bãnito, non incurrunt in pœnam banni, & nu. seq.*

79 *Interpetratio in pœnalibus semper strictè est facienda.*

80 *Scribere litteras monialibus, quando non possit absque pœna excommunicationis.*

81 *Priuilegium concessum religiosis, extenditur etiam ad moniales.*

82 *Moniales, quæ sint, quæ gaudent priuilegio can. si quis suad: Diabolo.*

Inuitem sepercutientes incidunt in excommunicationem, absoluitur ab ordinario.

83 *Moniales, nouitiæ, & conuersæ habent beneficium electionis fori.*

84 *Moniales, quæ sint ab omnibus oneribus gabellis, & alijs contributionibus.*

Lacrimæ, & orationes sunt arma religiosorum.

85 *Apostatæ moniales, demoniales appellari debent, & quâ pœna puniendæ, & quã si corrumpi patiantur.*

86 *Monialium raptores à quocunq; possunt interfici.*

Casus terribiles enunciantur circà monialium raptum.

DE RELIGIOSIS MVLIERIBVS
CAPVT TERTIVM.
SPECIALE OCTAVVM.

1 MOnialium nomen adeò venerabile est, quod tàm antiquitus, vt in *c. hi ergo 12. in ordine 27. q. 1. & c. sanctimoniales 13. 20. q. 1.* quàm nouis-

nouissimè digniori vocabulo sanctimoniales nuncupari merentur; vt *in sess.25.S.C.Trid.de Regul.cap.9.& seq.* & reuera sic vocari dignæ sunt ex sũma veneratione, quæ ipsis debetur, dùm est summi stuporis consideratio; quod quæ natura vanæ fragiles, &
2 volubiles sunt, Mundo spreto intrà quatuor muros mortificatæ perpetuò maneant, mutatis sericis in lanam, pompis in mortificationem, consuetudinibus in solitudinem, Mundique voluptatibus in pœnitentiam: factum quidem valdè mirabile, & proptereà carũ nomen venerabile semper, quod conuenit, & sub eo comprehendi debent, non dùm quæ sub probata regula viuunt, siuè sint professæ, siuè
3 nouitiæ, siuè conuersæ *Gambarus de Casib.reseru.Rubr.qui moniales viol.n.3.fol.190.* verùm etiam, & quæ absq; onere profitendi in communione permanent, proùt sunt in hac Ciuitate vulgaritèr dictæ sepentite, & filiolæ Sancti Ianuarij, quæ manent in conseruatorijs, & in alma Vrbe mulieres turris nouæ, & istę, cum quatuor ordinaria vota religiosorum non emanent, cum illo tamèn perpetuæ clausuræ; veræ religiosę non sunt, vt dixit
4 *D.Reg.Capyc.latro.vol.1.decis.118.nu.3.* vndè proptereà est quæstio, si pertineant ad iurisdictionem temporalem, vel Ecclesiasticam, vt est videre apud *Conar. pract.quæst. vol.1.cap.34.n.41.sup.vers. Tertia Panorm.fol.562.* tamèn in aliquibus; & circa electionem pręcipuè primaris, siuè Vicarię gaudent ijsdem prærogatiuis, quibus moniales fruuntur, vt per *Tolet. in summa lib.1.cap.38.nu.5.* qui an de istis, quoq; intellixerit infrà *lib.7.cap.*
5 *19.nu.2.ver.sextum est,* quando dixit, quod monialem accipiens in vxorem, ea mortua, non potest amplius contrahere, per *tex. in d.c.hi ergo,* vbi *gl. ver. coniugali,* & posuit etiam *Angel.* per eũdem *tex.in §. illud inst. de nuptijs nu.12.* in pœnam, & in odium criminis hucusq; non capio, dùm in dies videmus, quod cum his mulieribus, quę conseruantur in aliquo loco indifferentèr nuptiæ contrahuntur, cum moniales propriè non sint, quibus voto, & regula nubere interdictum est; sicut etiam non puto in his dari legi-
6 timationem per ingressum iuxtà *tex. in c.Dominus noster 8.dist.56.* dùm nec vouent, nec profitentur, ità quod si aliqua fuerit bastarda, non poterit eligi in Abbatissam istarum collegiatarum absq; dispensatione, vt notarunt addentes ad Toletum *d. lib. 2. cap.58.ver.moniales;* quę Abbatissa, vt tali officio fungi possit, necesse est, vt sit in ætate annorum 40. iuxtà Tride-
7 tinam determinationem *in sessio. 25. de Regular.cap.7.* quæ videtur calorem habuisse à dispositione *tex.in d. c.sanctimoniales;* attento germano intellectu; licet attentis sufficientissima fuisset ætas 30. annorum, vt *in c.idem nitatibus 43.cum sua gl.de Elect.& Electi potest in 6.* & postmodum per aliam canonicam dispositionem reducta ad sexaginariam, vt in *d. 20. q.1.c.iuuenculas 12.* vbi sic legitur *Iuuenculas fieri Abbatissas vehementissimè prohibemus, nullam igitur fraternitas tua, nisi sexagenariam virginem, cuius vita hoc, atq;*
8 *mores exegerint velari, permittat;* & sic colligitur, quod velatio in his iuribus est assumptio monialis ad gradum priorissę, & ætas sexaginaria restricta ad quadreginariam, *vt in d. c. sanctimoniales,* quę hodie attenditur, proùt etiam videmus ętates reformatas in professione, dùm puellę tùnc possunt suscipere velamen, quando sunt duodecim annorum, vt in *d. sess.25. de re-*
9 *gular.cap.17. & d. c. indemnitatib. cum c. puellę el. 2. 20. q. 2.* pro quo priùs oportebat eas esse quinq; lustrorum secundum *tex. in c.illud 10. vbi gl. lit. B.eadem 20.q.1.* & cum maxima ratione, dùm adeò est nostra abbreuiata ætas, quia sunt aucta peccata, vt alibi dicam; quod paucissimi sunt, qui perueniunt ad ætatem 120. annorũ mor-
10 talibus constitutam, vt legitur *Genes. cap.*

cap. 6. in princip. attamen professio
postmodùm est facienda in anno 16.
vt *ex eod. S. C. Trid. vbi sup. cap. 3.* & cō-
putatur à die Natiuitatis, non autem
baptismatis secundum *P. Sayr. to. 3.*
tract. 12. de profess. mon. q. 18. fol. 211.
Istę postmodum si talis ętatis fuerint
explorandę sunt, donec nouitię fue-
rint, si firmum animum, & constan-
tem retineant voluntatem Deo inser-
uiendi, si perpetuam clausuram ser-
uare voluerint, & si Diuina inspiratio-
ne, vel mundano timore id faciant,
vt diximus supra *de mulier. impub. spe-*
cial. 1. nu. 28. & est quoq; *tex. in d. c. il-*
lud 10. vbi optima *gl. & d. c. puellæ, ac*
d. cap. 17. in Tridentino Concilio *d. sess.*
25. de Regular. quia Deo seruiendum
est in letitia, iuxtà *ps. Dau. 99. & tex. in*
d. c. illud in fine, in his verbis scilicèt.
Quia satis inutile esset, si coacta seruitia
Deo præstarentur, quapropter canones
pręcepetuat *in c. sicut 9. d. 20. q. 2.* vllo
modo recipiēdam esse eam puellam,
de cuius voluntate constiterit, nolle
12 ingredi in monasterium, & hęc dili-
gentia adhibi debet à pręlatis loco-
rum, vt in *c. illud. & d. c. 17.* dùm mo-
nialium monasteria immediatè regu-
laritèr subiacent Episcopis loci, à qui-
bus visitantur, & gubernantur in ani-
ma, cùm faciant ipsis sacramenta mi-
nistrare, vt oportuniùs, & salubriùs
13 sancto Zelo prelatorum videbitur. *c.*
cognouimus 19. in ordine 18. q. 2. & c. mo-
nasteria 9. d. sess. 25. de Regul. est & *Bul-*
la Sanctissimæ Memoriæ Pij V. quæ in-
cipit. *Cùm sicùt sub die 23. Iulij 1568.*
& tenet *Bonac. to. 3. de Excomm. in part.*
cōtrà impedientes visitationes monalium
puncto 4. nu. 1. fol. 184. Et dixi, regula-
ritèr monialium monasteria Episco-
pis subiacere, cùm sint nōnulla rega-
lia, quę ex peculiari priuilegio à tali
subiectione sunt exempta, proùt hic
est Conuentus S. Clarę, & similium,
qui nō est suppositus iurisdictioni or-
dinarij, sed Summo Pontifici, eiusq;
Nuntio Apostolico, vt sancitum est
per *S. C. Trid. sess. 22. cap. 8. de Refor-*
matione, ac meminit *D. Reg. Capyc. la-*
tro to. 2. decis. 193. nu. 38. Et probata
renitentia puellæ contrà eos, qui co-
gerint ad illā monacandam, vel si bo-
nam habuerit intentionem è contrà,
14 monacatione distraxerunt illius ani-
mum; cum par facinus sit consulere
malum, quam impedire bonum, ana-
thematis pęna ipsis à iure iniungitur
per *tex. in c. anathemati 18. supra alle-*
gata sess. 25. de Regular. Quando itàq;
sponte virgines, aut viduæ profiten-
tur, amplius à religione recedendi fa-
cultatem non habent; nàm si matri-
monium temporale continet indiui-
duam vitæ consuetudinem, & solùm
morte dissoluitur à fortiori spirituale,
15 quod cùm contrahatur cum cęlesti
sponso; ipsi mentiri nefas est, secun-
dum aperta iura in *d. c. puellæ, & c. vi-*
duas 16. & c. viduæ 38. 27. q. 1. excep-
to tamèn casu, quando puella antè
12. annum sacrū sumpsisset velamen,
quod hodie, vt diximus expresè ve-
titum est, & perdifficile, vt talis
error succedat, quod aliqua profitea-
tur antè istam ætatem ex nimia dili-
16 gentia, & Prælatorum vigilantia, in
qua professione antè dictam perfectā
ætatem, si casus occurreret, vt esset
valida, deberet etiam cum consensu
monialis concurrere voluntas paren-
tum, vel tutorum, alias enim ipsis cō-
querentibus, possent reddere irritum
monachationis actum, intellege, si in-
trà annum à die professionis in hoc
insteterint, secùs tamèn illo elapso,
17 vel puella, quæ professa est, excede-
bat annum 12. quia tùnc non audiū-
tur, quia si matrimonium carnale li-
berum est, à fortiori spirituale, vt latè
diximus supra *cap. 1. à nu. 54. vsq; ad*
65. dùm ait. *Diuus Hieronym. Epist. 1.*
perge patrem, per calcatam perge
matrem, & ad vexillum Dei Euola;
est ratio prædictorum, quia cùm pu-
tetur in infantia nō perfectam habere
animi iudicium, & parentes ignoras-
se filiolæ professionem, fuisse ad pro-
fitendum circumductam, quod non

pro-

procedit, quando ætatem habet per-
fectam, cùm tùnc ex Dei spiritu (co-
gnita humana fragilitate) ad tàm sã-
ctam resolutionem deuenisse præsu-
mẽdum est *c. puella 2. vbi gl. 2. q. 2.* sicq;
hoc introductum est fauore potiùs
ætatis, quàm sexus, nè iuuencula se
decipiat, non habens sanum discur-
sum; sed hæc omnia cessant hodie,
cùm statutum sit, non posse fieri pro-
fessionem antè annum 16. ad hoc, vt in
longinquiori ætate maius fortitudinis
robur, & discursus firmitatem habeat,
18 & conquæri de aliquo non possit *d.
sess. 25.* ibi *in quacunq; religione tàm
virorum, quàm mulierum professio non
fiat antè decimum sextum annum exple-
tum*, quod etiam adnotauit *P. Laynus
Domin. tom. 2. rerum regularium tract.
11. de Professione nulla q. 37. & 38. fol.
173. part. 4.*

Sollemnitates postmodum, quæ in
professione seruantur pijssimæ, adeò
sunt, quod nemo est, qui ipsi interue-
niat, & è corde amorem, & ex oculis
lacrimas non scaturiat ergà Deum,
etenim post missam sollemnitèr cele-
bratam ab Episcopo, vel eius Vica-
rio, aut alio ab eis destinato, cùm hoc
ad ordinarium spectet, ità vt si aliqua
Abbatissa præsumeret ipsa tali officio
fungi scilicèt virginem, vel viduam
velandi excõmunicationis pęnæ sub-
19 mittenda est *c. penul. 20. q. 2. Ricc. coll.
2223. in princ.* conduntur crines, vt
careat per Deum ijs, quæ apud mun-
dum sunt causa peccaminis *gl. in clem.
attendentes ver. & cornutis. §. visitato-
res de statu monach.* & fit consura non
in medio capitis, vt corona monaco-
rum, sed subtus tanquàm conuersi;
quæ fuit consuetudine introducta, vt
20 dicit *Abb. in c. si quis ex clericis in fine
de vita, & honest. cleric. & in c. vxora-
tus nu. 4. de conuers. coniug.* estq; signũ
Regni, & perfectionis; (quia est figu-
ra circularis ex omni parte perfectis-
sima, vndè Reges coronantur) dùm
seruire Deo regnare est, vt dixit *Pater
Viguer. Granat. suis instit. moral. nu. 195.
lit. A.* & sicùt facta superiorum per-
missu inducit meritum, ità si aliquo
21 formetur sua spontanea voluntate
inducit peccatum, cùm dixerit *Abb.
vbi sup.* excommunicandas esse mu-
lieres sibi spontè comam incidentes,
proùt euenisse restantur cuidem fę-
minæ Florentinæ, quæ citrà viri licen-
tiam, & confessoris permissum, ob
propriam deuotionem suos crines te-
cisit *Add. ad eund. Abb. supracitato loco
22 lit. D.* & diximus sup. *cap. 1. nu. 42.* sed
non per hoc, quod tonduntur, est di-
cendum, quod characterizantur, dùm
nullum character imprimitur per ta-
lem tonsuram, vt in *15. q. 3. in tex. gl.
in c. diaconissam 23. ver. ordinari 27.
q. 1. & in clem. vt ij de ætate, & qualita-
te in margine*, & tetigi supra *cap. 2. nu.
36.* & proptereà dixit P. *Alphons. de
madrigal. de ordin. Sacerdot. vers. consi-
deratio Sacerdotibus necessaria fol. 163.
Ricc. coll. 2224. propè finem*, non posse
per eas missæ respondere, sed hoc nõ
23 intelligitur, quando canunt in choro,
sed quando accederent altari, & vide
*Bar. in §. quanta igitur in fine auth.
quomodo oporteat Episcopos*; est respon-
sio, & ratio differentiæ in hoc parens,
quia aliud est seruire, & assistere alta-
ri, & aliud longè respondere, dùm
assistentia interdicitur, nè visu mulie-
bri sacerdotis mẽs perturbetur, quod
24 non potest euenire ob essentiam, cùm
non vox, sed aspectus coinquinat cõ-
cupiscibilem, & proptereà legimus
apud *Matth. 18.* quod si oculus tuus
te scandalizauerit, est ijciẽdus, & pro-
iciendus abs te; cum reuera visus sit
25 causa destructiua castitatis, vt proba-
tur Ecclesiastici *cap. 9. in princ.* ibi, *Ne
respicias mulierem multiuolam, nè forte
incidas in laqueos illius*; & *Sanctus An-
ton. 4. parte suæ summæ tit. 4. cap. 6. §. 2.
col. 3. §. 45.* dicit quod visus est porta,
per quam tot noxia præsentantur, quę
mentem illaqueunt, ac *philos. 1. me-
thaphis. in princ* testatur, quod visus
est deordinatio intellectus, prouenıẽs
ex inordinato appetitu cognoscendi;

quod

quod non facit auditus, dùm iste sensus ad occasionem peccandi præbendã nõ est adeò aptus; procul igitur ab altare Dei, quæ possunt visu animum profanare. Tenentur prætèr tonsuram vestes religiosas lanigeas ferre, & nõ sericas; vt prorsus ij spoliẽtur, quæ vanitatis sunt, & sicut in opere, sic etiam in habitu distinguantur à virginibus seculi, cum non nisi sponso Christo placere habeant, quem paupertas, &
26 castitas summoperè delectant, ità *gl. in supracitata clem. attendentes, §. 2. ver. seruis de statu monach. & Menoch. de Arbitr. Iud. casu 161. in fin.*

Tonsis crinibus, spoliatis vestibus mundanis; quibus comparet puella induta antequam profiteatur; emanata postmodùm professione circa illa quatuor vota nempè paupertatis, castitatis, obedientiæ, & perpetuæ clau-
27 suræ cũ iuramento inscriptis redapto iuxta praxim positam in theorica *c. fin. 20. quæst. 1.* canitur per moniales hymnus *Te Deũ laudamus*, & antiphona, *Veni sponsa Christi, accipe coronam*, & sic ingreditur clausuram, & in ingressu occurrit ei Crucifixus cum apertis brachijs, quasi vellet eam am-
28 plecti tamquam suam propriam spõsam ipsi oscuratam, ad quę nota quod si monialis fuerit semèl corrupta, quia forsan vidua est, in professione non interueniet consecrationis sollẽnitas; sed tamen aliæ cærimoniæ, quæ solent in acceptationis actu interuenire, ità *Abb. in c. tua fine de Consecr. Eccles. vel alt.*

Faciuntq; aliæ spirituales sorores magnum festum ob nouæ monialis ingressum per claustra, & monasteriũ, & in refectorio sollenne prandium sumptibus ingressæ, & hodiè nescio si consuetudine, vel abusu introductum
29 sit, tenetur cuilibet moniali, quæ ingreditur dare partem suam nuncupatam, la pietanza in pecunia, relicta prandij communi recreatione, & solet esse, vt obseruaui in nonnullis monasterijs carolenorum decem in hac Ciuitate Neap. contra iura adducta post disputatum articulum per *Abb. in c. quoniam. 40. à nu. 4. ad fin. de Simonia*, cum omninò vetitum his sit prandia, cænas, vel aliquid aliud ab ingredienti recipere, vt probat *Ricc. d. coll. 2223.* & antè *Vin. opin. 724. nu. 11.*

Quę monialis quia sponsa est debet etiam tanquam talis dotem habere,
30 vt commode viuat *auth. si qua mulier, C. de sacros. eccles.* hecq; adeò necessaria est, quod si dotem non habuerit, quę vult ingredi acceptari ab alijs monialibus non potest, vt ex *Bonac. tom. 1. de Simonia disp. 1. q. 7. §. 4. nu. 6.* & sic ipse milliès practicaui, & nouissimè in monasterio Sancti Ioannis Ordinis prædicatorum; imò dos debet consistere in pecunia non in alijs rebus stabilibus, de qua dote aliquo modo disponere interdictum est, cum sit acquisita monasterio, imò nec minus de fructibus eius, vt dicit *Hippolyt. maia consult. 27. num. 31.* nisi tamen de decem aureis, est ratio quia sũt Ecclesiæ dati pro substentatione personæ ingressæ; tamen præfata non procedunt quando esset aliquod monasterium mendicantium verbo, & opere, quod viuet de ælemosina, vt hic inter cætera esse
31 illud nuncupatum Hyerusalem de ordine, & regula Capuccinorum prope sacram domum incurabilium; in quo est præfixus numerus triginta trium tantùm monialium in recordationem annorum Domini, quæ de ęlemosina solùm viuunt: & possunt dici traditæ viuæ ad sepulcrum, dum non vident, nec videntur raro loquuntur, & cum loquantur est ante murus, ieiunio, & pænitẽtijs adeò sunt deditę: quod quotidie egrotant, & paruo tẽpore viuunt, sunt etiam priuatæ vini sapore, tuncq; illud bibunt, quando earum confessarius dispensat, vitam verè ducunt angelicam, & multæ decorantur in præmium pænitentiæ, & in arrham futuræ gloriæ, dono, & spiritu prophætico.

Quando igitur viuunt de introiti-

bus, dos, quam debent habere de paragio, eis statuenda est iuxta monaste-
32 rij consuetudinem, vt tantundem habeat, quantum antea habuerunt aliæ, sicut videmus in hac Ciuitate, quod in monasterio S. Sebastiani ordinis S. Dominici esse ducatorum mille, & D. Reginæ, ordinis S. Francisci esse ducatorum 1500. ità ex professo docet *Ludouis. decis. Rotæ 63. nu. 1. & seq. Rouit. cons. 42. vol. 1.* & decisum refert *Prys. de Franch. decis. 44.* quo tenuit de *Affl. super constit. quam plurimum de Adiutorijs exigendis nu. 33.* licet in *decis. 348.* contrarium postmodum decisum ostendat, sed dicta decisio non fuit vsu recepta, vt ait *Vrsill. ibi*, & patet dum tempore *de Franchis*, vt dixi cõtra eam per S.C. fuit iudicatum, quæ dos adeò est necessaria monIali,
33 & exquiritur pro eius vitæ manutentione, quod etiam vassalli, per eà ad adiutorium dandum tenentur, sicut si collocaretur in carnale matrimonio secundum *decisionem de Affl. d. nu. 33. de Franch. decis. 42.* & latissimè *Verar. in sua topica loco à matrimonio carnali nu. 6. fol. 413.* sed cum hac differentia, quod per carnale dantur caroleni quinq; pro quolibet foculario, & per spirituale, medietas, est ratio, quia maiores sumptus fiunt in primo, quã in secundo, ità *Amend. ad d. decis. Præs. de Franch. 42. nu. 3. Petra ad Capyc. decis. 118. Capibl. de Baron. prag. 1. vol. 1. num. 53. & 99. Rie. col. 4083.* & videmus, quod dos matrimonij carnalis est decem mille, viginti mille, & quando plus, quando minus, & dos spiritualis est mille, vel ad plus trium mille scutorum, vt ex *Vrsillo ad Dom. de Affl. d. decis. 348.* sequitur postmodum *Frecc. de subfeu. l. lib. 2. q. 3. nu. 3. & ver. secunda authoritas nu. 23. f. 269.* & dicit quod adiutoriũ antea erat indeterminatum, dum præcipiebatur moderatam subuentionem dandam esse, vt in *d. const. quam plurimũ in fin. & in c. Regni item statuimus 109. apud Campeg. de matr. contrab.* Circa quam subuentionem non immeritò sinamus videre, quod est magnæ vtilitatis, dũ est casus practicabilis, cum Regni oppida sint habitatoribus diminuta, & ferè distructa, an dicta subuentio debeatur baroni ob filiæ monacationẽ pro focularibus effectiuis, vel pro illis qui sunt iuxtà numerum notatum in Regia Camera accidit articulus in-
34 ter Vniuersitatem Terræ Picerni, & Illustrem Ducissam D. Mariam Spinella vtilem dominam, quæ prætendebat subuentionem per eius filiam ingressa in monasterium S. Hieronymi huius Ciuitatis iuxta catastum Regiæ Curiæ, vniuersitas autem dicebat non teneri nisi pro focularibus effectiuis; nãm qui non sunt, non tenentur, cum non entis nullæ sint qualitates *l. dibus 35. ff. de mil. test. D. Reg. Merl. contr. ouer. forens. cap. 86. nu. 15. vol. 1.* alias enim esset adiûgere, & duplicare onus vnius super dorsum alterius; quod saperet perangariam, quæ à iure prohibetur, cum alius pro alio grauari nõ debeat, cumq; dicta Ducissa de bono, & æquo has discordias desideraffet concordare, consuluit suum aduocatum D. Franciscum Roccò, & Vniuersitas D. Erasmum de Ponte, vterq; hodiè Consiliarij meritissimi, vt dicerent quod in veritate sentirent circa hoc, & dictus D. de Ponte adduxit eundem *Frecia d. lib. 2. vers. secunda authoritas n. 28. & seq.* vbi in terminis dicit, adiutorium non deberi nisi focularibus effectiuis, qui cum etiam spuisset *Frecc ibid.* post discussum articulum, quod obseruantia postmodũ est optima allegatorum iurium interpes, fuerunt expeditæ prouisiones per Regiã Cameram in banca Francese Vniuersitatem non teneri nisi pro veris focularibus, & ex his dignoscitur obseruantiam esse, quod attenduntur effectiui, & non aerei, nec ampli s fuit de hac causa loquutum: dixi vt ad nos redeamus dandam esse do-
35 tem de paragio mulieri monacadæ, quod est verum, sed tamen si monialis fiat

fiat in vita patris, secus tamen si post
eius mortem profiteatur, nam tunc,
quia secularis est, suam debet habere,
vt iuris legitimam portionem, ac si
nubere vellet in Mundo, cum iam in
suo arbitrio sit contrahere, vel carna-
le, vel spirituale matrimonium, prout
de mente *Bar.* & aliorum notauit *Rict.*
ad præcitatam decis. de Franch.44.*ver.*
limita, ac de Aff. ubi sup. quod idē erit
si professionem fecerit, & non renun-
37 ciauerit iuxtà formam traditam per
*S.C.Trid.sess.25.de regul.cap.*16. nam
tunc cum capax sit; monasterium pa-
rentibus succedit alijs tamen in pro-
ximiori gradu non existentibus, vt
docet de *Affl.d. decis.*348. *num.*2.*&* 3.
vel si in gradu pari, aliquo modo non
sint magis priuilegiati, vt inferius di-
cam, dum à statuto possunt moniales
excludi per masculos; nam statimatq;
quod religiosa effecta est, omnia eius
bona, iura, & actiones, monasterio ob-
tulisse videtur *tex.est in c.si qua mulier*
9.in ordine 19. *q*.3.*l. Deo nobis* 55. *ubi*
gl.& Salyc. §.*hoc etiam*, *C. de Episc. &*
Cler. & auth. de monac. §. *illud quoq;*
vnde ab intestato moniali decedente,
37 omnia eius bona ad cęnobiū spectāt
l.si presbyter 20.*C.nuper.cit.tit.* Tamen
si fuerit feudataria, post mortem suam
naturalem, reuertetur feudū ad Prin-
cipem, præstitis tamen interim ipsa vi-
uente per substitutum seruitijs, vel
adogha soluta, iusta loci obseruantiā
& hodiè seruatur in Regno, vt docet
*Alex.lib.*5.*cons.*10. *fol.*14. sed quando
ista renunciatio valeat, & quando nō,
si reperiatur renunciatum priusquam
ingressa profiteatur, vt monasterium
successione priuetur ex professo di-
sputat probæ memoriæ *Consil. Scipio*
*Theod. allegat.*36. pro monasterio Re-
38 ginæ Cęli ex persona Sororis Cle-
mentiæ pignatello; de quibus etiam,
& reliquis alijs vide *Menoch.lib.*2.*cōs.*
196.*circa num.*32.*Reg.Ronit.d.cons.*42.
*vol.*1.*Reg.Merl.contr.for.cap.*86.*n.*15.
*vol.*1. & nouissimè *Carolus* Bottig. *suo*
tractatu de renunc.

Sed quid si disponat statutum, vt
indicaui, quod extantibus masculis
excludantur fęminæ, an etiam monia-
les comprehendat? hunc articulum
39 reperi examinatum apud *Abb. lib.*2.
*cons.*111.& tenuit partem negatiuam;
sed *Matth. de Affl. super const. in aliqui-*
bus de success. fil. comit &c. quę in Regno
excludit fęminas per masculos in *nu.*
17. defendit partem affirmatiuam cū
qua concurrit etiam *Tiraq. de nobil.*
*Rub. de Iure primogeniorum q.*47.*nu.*7.
cum magna caterua Doctorum inter-
quos ipse connumerare etiam volui
in terminis *Gaill. pract. obseru. lib.* 3.
*obseru.*32.*nu.*4. At ne in totum Abba-
tis opinio remaneat reiecta; duplici
modo defendi pōt. Primò, quod ipse
locutus fuit de statuto promulgato ab
inferiori Principe Imperatore, de quo
dubitauit idemmet *de Affl. ubi sup.* an
ne potuisset prohibere fęminas succe-
dere ob existentiam masculorum. Se-
cundò, quod cum tractaretur articu-
lus lite pendente superuenit statutum
post ingressū religionis puellę, quo in
casu non poterat nocere clientulæ
Abbatis, in cuius fauorem consuluit,
quia nō erat secularis immò professa;
& sic non valebat comprehendere
actum consumatum, prout tenuit idē-
met *Tiraq. ubi sup.* dicens statutum
hoc non loqui de ingressis. Et in simili
videmus; quod cum fuisset ædita *prag.*
per Ill. Ducē de Offuna Proregem die 30.
mensis Decembris 1617. *sub rub. de do-*
nat. propter nuptias, quę potest dici sta-
tutum in Regno, & moderauit ante-
fatum dotium ad competentem quā-
titatem, quam voluit post mortem
vxoris restituendam esse hæredibus
40 viri; huius sanctionis dispositio non
habuit locum ad matrimonia contra-
cta tempore promulgationis, sed ta-
men ad contrahenda in futurum, vt
colligitur ex verbis *d. prag.* loquentis.
Da quà auanti quelli matrimonij ch'in
questo Regno si contraheranno &c. tenet
*Tasson. de antefato vers.*4. *obseru.* 4.
prout in facti contingentia ce fuit.

D.Io. Thom.Tironus meus dominus, & familiaritatis lege valdè coniunctus, litteratissimus iurecensultus in causa Corneliæ de Maffutijs vxoris Francisci Antonij Verricella, cui cum nupsisset anno 1616. antefatum consequuta erat, quoad proprietatẽ, & vsumfructum; dum antè promulgationẽ dictæ pragmaticæ fuit matrimonium contractũ, quamuis postmodùm fuisset dissolutum, dùm tempus coniunctionis attẽditur.

Cumq; sæpè contingat moniales transire de vno ad alterum monasterium; licèt hoc prohibitum esse vi-
41 deatur per *text. in c. sicut 9. 20. q. 1. c. vnicum de statu regular. in 6.* per plura concilia, vt in *conc. Cabil. cap. 57. 62. & 63. & Concil. Trident. sess. 25. de regul. cap. 5.* & diuersas bullas Pontificias, vt est bulla *Pij V. sanctissimæ memoriæ edita anno primo sui Põtif. 4. Kal. Iunij 1566. & Gregorij 13. sub 3. Kal. Ianuarij 1572.* quando tamen vlla vrgeat necessitas, sed legitima existente causa potest fieri discessus de vno loco ad alium; cum necessitatis actus à iuris regula exceptuatus sit *c. sicut non alij 11. de consecrat. 1. dist. glos. in c. 2. de obseruat. ieiun. lit. F.* dato quod actus malus sit; sic videmus in furto, quod
42 de per se prauum est, sed tempore famis ad vitæ sustentationem non subijcitur legis coertioni; vnde eodem modo, licet exire de clausura firmoniali interdictum, hoc non intelligitur necessitate cogente, ità *Abb. in alias citato c. quoniã scilicet de Simonia.* Iusta causa ergo erit, si cum nouum ædificetur monasterium, non est, quæ puellas monacandas instruat, prout sub hoc colore Sor. D. Maria Magdalena Carrafa in sęculo Ducissa Corcę maioris pluries egressa est de vno ad aliud monasterium. Iusta causa erit famis necessitas, si deficientibus introitibus, & ælemosinis, non habeant moniales vnde viuant, vt ex dictis Bullis *Pij, & Gregorij nuper citatis.* Iusta causa erit, si Abbatissa alicuius monasterij castrum habentis, prout olim erat Monasterium D. Reginæ, quæ habebat plura feuda, voluerit exire ad præstandum Domino fidelitatis iuramentum; cui Abbatissæ si à Prælato denegatur licentia, poterit, ea
43 non obtempta egredi, si tamen statim ad monasterium redeat functione finita; dummodò illam non valeat per procuratorem adimplere, vt in *c. vnico, §. verum de statu regul. in 6.* cum in necessitatibus moniales, quando sunt vrgentissimæ debeãt constituere
44 procuratores *Abb. in cap. cum dilecta in primo de rescriptis.* Iusta causa erit, si aliqua forsan monialis in vno monasterio fuerit incorrigibilis, quia potest mitti ad alterum, vt corrigatur. Iusta causa erit, si cum penitentiam agere voluerit, strictionem regulam ambigerit, nam tunc potest migrare de vno ad aliud. *Abb. in c. ea quæ nu. 7. de statu monac. per tex. cum glos. in c. 3. 20. q. 4. Bonac. in f. sit. dec. a nu. 11. & Menoch. de Arbitr. Iud. casu 421.* Iusta causa erit, incendium, contagium, & bellum; vt non sine lacrimis experti sumus anno 1647. in nostram Ciuitatem tempore reuolutionum, tàm in Monasterio Sancti Sebastiani Monialium in quo præliante tunc populo cum hispanis, coactę fuerunt suas cellulas destituere, & Crucifisso duce apud eum se contulere ad Claustra S. Io. antè Monasterium Sapientiæ eiusdem Ordinis S. Dominici. Iusta causa erit Priuilegium, quod potentius est cęteris omnibus, vt videmus hic in Monasterio Spiritussancti, Sanctissimę Annunciationis, & alijs è quibus semel in anno moniales professæ processionaliter egrediuntur cũ puellis, quæ ibi educantur per nonnullas plateas Ciuitatis; Et tandem omissis alijs consimilibus. Iusta causa erit infirmitas, prout fuit expertum in transitu D. Mariæ Gesualdo meę Dominę, Colendissimę de monasterio Sapientiæ Ordinis Prædicatorum, ad illud D. Reginæ Franciscanorum, quę spre

tis

tis mundi vanitatibus, cum esset Principissa status Venusini, voluit Deo seruire, ità de his omnibus *Bonac.* latissimè *tom. 1. de clausura disput. 1. puncto 6. 7. ac 8. & per tot. Menoch. vbi sup. & Ricc. coll.* 2223. Dubitādi ratio erit, An bona spectent ad primum, vel ad secundum Monasterium; & de hoc est
45 *text. in auth. ingressi*, C. *de sacros. Eccles.* per quem *DD.* diuersimodè ventilarunt articulum; & tam antiqui, quam moderni tres solēt distinguere casus. Primus est, si fiat transitus antè professionem, vnde cum in primo vllum religionis egerit actum; spectant ad secundum, in quo profitetur, & vouet, vt ex *c. statuimus 23. de Regular.* Secundus est, quando fecerit professionem in primo, & postmodum transiuit ad secundum, citra Superioris permissū, & spectant ad primum, cuius filia est, dum tamquam pater ei succedit per *text. in auth. defuncto, vbi glos. & Salyc. C. ad Senat. Consult. Tertul.* Tertius casus est, quando transierit cum licētia, & tunc fructus spectant ad secundum, vt ibi monialis sustentari possit, proprietas verò ad primum, vt post illius obitum eum vsufructu consolidetur secundum *Abb. in c. quod à te 3. nu. 7. de Cler. coniug.* & in terminis *D. Reg. Sanfelic. infrac. nu. 11.* est non minus iusta, quam rationabilis, & æqua ratio, cum non conueniat secundū, onus sentire in alendo monialem, & primum habere commodum introituum, vt habetur in *c. de lapsis 5. in fin. vbi gl. 16. q. 9* & tanto magis, quod non de sua voluntate, sed cum superioris venia transitum fecit, ità tenet *Māgr. ad Bar. in proprijs nostris terminis ad dictam auth. ingressi per Consil. Anton. de Butr. 76. quod incipit monialis,* cum qua opinione transierunt inde *Rodriq. part. 2. sue summa cap. 31. nu. 17. Less. de Iust. & iure lib. 2. cap. 41. dub. 11. Pater Bart. de Sancto fausto in suo tractatu paupertatis dub. 58 fol. 131. Ricc.* qui idem sensijt *d. coll.* 2223. *per decis. Rotę diuers.* 115. *par. 2. Decian. in tract. criminali lib. 5. cap. 73. n. 17. Reg. Tap. in d. auth. ingressi sollennissimè cap. 6. à nu. 7. vsq; ad 9.* tradens cum alijs rationem nè secundo monasterio sit onerosa. *Reg. Sanfelic.* nouissimè post disputatum articulum *decis.* 322. vbi additio, & Reg. *Capyc. Latr. decis. 193. tom. 2. lib. 2. nu. 4. & seq.* dummodò tamen, vt inferius aliam dotem non habuerit secundum monasterium, vt hodiè obseruatur, quia tunc cessat ratio onerum, habens fructus ex quibus monialis viuere potest *Abb. vero in d. c. quod à te* aliter distinguit, quod aut facit transitum ad monasterium eiusdem ordinis, aut diuersi, si eiusdem, & præcedunt prædicta iuxtà traditam distinctionem, si diuersi; & ipse tenet, quod etiam quo ad proprietatem bona transferuntur ad secundum, vt in *nu.* 8. quod forsan voluit etiam intelligere *gl. additionata in §. item per homines liberos inst. per quas pers. nob. acq.* sed *Butricar. sup. cit. cons.* 76. tenet cōtrariū, vt dato quod sit diuersi ordinis, semper proprietas debet spectare ad primum, & ità habetur ex ead. *decis. Sanfelic.* 322. *in fin.*

Vnde ex his etiam poterit cōcludi, vt si præter dotem, aliquid ad monialem preueniat iure legati, titulo successionis, vel alio modo, quod etiā spectet ad primum monasterium, cui fecit professionem, dum testari de eo prohibetur per *text. in c. quia ingredientibus 7.* vbi latè *glos. 19. q. 3. Abb. in d. c. quod à te nu. 7. & 8. & Reg. Capyc. Latro d. decis. 193. nu. 30. & 31.* quia si secun-
46 do debentur fructus pro sustentatione monialis, sufficiunt illi dotis datæ tempore ingressus, cum tanta dos derur, quanta est necessaria pro alenda moniali, vndè fructus, & proprietas aduentitiorum, debent esse primi, ad quæ vide eūdem *Reg. Tapia in dicta auth. ingressi supracit. loco.*

Sed ipse hodiè experior, circa hoc praxim esse, quod quando transit monialis de vno monasterio ad alterum eiusdem, vel diuersæ regulæ, vt est casus dictæ D. Mariæ Gesualdo, non recipi-

cipitur simpliciter, sed oportet, vt post nouitiatum denuò in secundo monasterio profiteatur, vt illius monialis
47 nuncupari possit, quod docuit *Abb. in c. abbate 25. num. 5. de verb. signif.* & nouam dotem constituat, vt propriè fecit dicta D. Maria, nam alias non fuisset admissa, neq; ingressus permissus iuxtà *text. in c. vnico de statu regul. in 6. §. 1.* & adest Bulla supracitata *Pij V. 4. Kal. Iun. 1566.* imò cum hac conditione migrauit, quando licentia obtinuit à S. Pontifice, vt patet ex sequẽtibus litteris sub *prim. die Iunij 1643.* directis Eminẽtissimo Cardinali Philamarino, scilicet. *Essendosi riferito alla Santità di N. Signore lo scritto della sacra Congregatione sopra l'istãza fatta per parte di Suor Maria Costanza Gesualdo Monaca professa di cotesto Monasterio della Sapienza di poterse trasferire ad vn'altro Monasterio di cotesta Città ad arbitrio di V. Eminenza per curarse dall' infermità d'Epilepsia, che da quattro anni in qua la tiene così grauemente oppressa, che ad ogni quarto di Luna per spatio di sei, ò sette hore resta fuor di sensi, & non riceue giouamento alcuno da medicamenti, che se li faccino. S. B. diferendo all'attestato che V. Eminenza, fà con sue littere dell'infermità di essa Suor Maria Costanza, & udito il parere de Medici ch' ella hà consultati sopra di ciò per gratia speciale, che non possa da alcuna mai allegarse in essempio hà benignamente inclinato à concederli, che per due anni auuenire se possa trasferire in quello monasterio secondo il medesimo parere di medici li sarà assegnato da V. Eminenza, con questo però che se compiaccia far' auuertire, che sia dell'istesso ordine se sarà possibile, chè le Monache di esso, & capitolo per vo'i segreti si contentino di riceuerla, che per parte di parenti di essa Suor* Maria *Costanza Gesualdo se dia idonea securtà di pagare per detti due anni al monastero, nel quale sarà trasferita li suoi alimenti di sei, in sei mesi antecipatamente la rata, restando la dote al primo monasterio della Sapienza, & che la traslatione à dirittura dall' vno monasterio all' altro senza diuertir' altroue in compagnia di parenti più stretti, ò d'altra matrone graui dentr' vna carrozza serrata, & con vna parte del volto couerta con quella modestia, che si conuiene alle spose di Christo; in questi termini dunq; & non altrimẽte V. Eminenza potrà permetterli l'effetto della gratia, che co'l mezzo di questa S. B. gli ne dà facoltà per ciò necessaria, con che io humilmente li bascio le mani. Il Cardinal Ginetti.* quæ litteræ postmodum per alias fuerunt ampliatæ ad nouam supplicationem dictæ D. Mariæ, dum ex aeris beneficio perfectam fuit adepta incolumitatem in secũdo monasterio, & ordinatum per eundem summum Pontificem, quod ibi permaneret, & sic in theorica fundat *Pater Layn. Dominicanus de rebus regul. tom. 1. par. 2. q. 58. f. 100.* vt transeuntibus monialibus ad alia monasteria, dos remaneat primo nec possunt alia expescere, cum nouam dotem habeãt, prout etiam ponderauit *Sãfel. vbi sup. nu. 9.* & cadit in punctis sententia *Iustiniani Imp. in §. si vero relinquens auth. de monac.* vndè quodlibet debet esse sua sorte contentũ; vnde cum vnus sit sponsus, non potest Dominus noster Iesus Christus, vt dixit idem *Reg. Sanfel. d. decis. 322. num. 9. & 10.* & secundo monasterio nempè dici monialis onerosa ex noua dote, debet prima dos restare primo cum etiam ibi sponsus idemmet sit, & vrgeat eademmet pietas *Abb. in c. licet 6. nu. 11. de voto, & voti redemptione*, & idem Reg. *Capyc. Latro d. decis. 193. circa fin.*

Sed difficultas est circa aduentitia, vt supra tetigi; & in hoc mihi videtur considerandum tempus, quod aut aduenerunt quando stabat in primo, aut quando permanebat in secũdo primo casu, quia est acquisitum ius. Primo, est eadem firmanda sententia, quam de dote adduximus. Secundo casu illa bona spectant ad secundum monasterium, puta aliquis testator legauit cẽtum

tum moniali;ista erat vnius religionis,
48 postmodum transiuit ad aliam, &
obijt testator; nunc quia eius hæredi,
vel legatario acquiritur post testantis
mortem per *tex. in l.neminem 26. ff.de acq. vel amitt. hared. l. à Titio 66. ff.de furt.& l.vnica,§.cum igitur, C.de Cad. toll.l.si tibi homo* 88.§.*cum seruus, ff.de leg.* 1. & rectiùs secundum alios post aditam hæreditatem per eundem *tex. in d.l.si tibi homo,& d. l. à Titio*, dum à die mortis fictè,& nõ verè acquiritur, siuè inceptiuè debetur, & non cõpletiuè, vt per *Menoch. de presũp. tom. 2. prasũp.* 199.*n*.8.*Cepol.de seruit.vrban. pred. cap*.28.*n*.6. *& Gturb.dec*.97.*n*.8. cum eo tempore reperiatur manere in secundo monasterio; ad secundum spectat;dum cuiuslibet rei tempus attendi debet, vt actio indè sequatur, vt habetur apud eundem *P. Layn.to. 2.par.4.q.5.nu.5.& seq.* hæc quidem mihi videtur rationabilissima,& clarissima distinctio,& vt forsan noua paucis nota,quam tu memoriæ mandes,quia faciet tibi honorem, & sunt optimè dicta *Bal.in l. si quis mihi* 25. §.*si seruus, ff.de acquir.hered.* vbi de hac rationem adducit.

Et quid si puella post annum 12. vt dictum est supra ingrediatur monasterium pro sacro velamine suscipiendo antequam profiteatur decedat,an eius bona spectent ad conuentum? & cum nullum ius ei acquisitum esse videatur antè professionem, quæ facit puellam monialem, nam aliàs semper reputatur secularis, vllã poterit competere successio, sed consanguinei admittuntur, vt per *Ricc.* decisum traditur *in d. coll.* 2223. antè docuit *Abb. in c.quod à te nu.*6. *de cle-*
49 *ric.coniug.*& nouissimè dictus *P. Layn. tom.*2. *par*.4. *quæst*.25.*num*.4. *fol.* 105. vbi sic determinatum referi per Sacr. Congregationẽ Cardinalium;& quod ingressa, vsq; dum ut professa reputetur secularis comprobatur, quod ex-
50 communicatio emanata contra alloquentem moniales, non ligat sermocinantem cum nouitia; dum ista sub monialis nomine,comprehendi haud potest, ità *Glianes in sua summa censurarum per* Less.ibi citatum *ver. monia-*
51 *niales alloquentes nu.* 1 t.nam sicut forma dat esse rei *Theod.alleg.* 31. *nu*.21. ità professio dat religionem nouitijs, hocq;adeò verum est;quod si aliqua monialis nubat ex iusta forsan causa
52 Summo Pontifici visa, qui potestatem habet in hoc dispẽsandi, vt per multa iura concludit *Abb. in c.cum ad monasterium 6.num.27. de statu monac.* puta pro cõseruatione alicuius Regni, & similium, si inde decedat non relictis filijs, nil ad maritum, vel ad parentes ab intestato venientes suorum bonorum spectabit, sed succedit monasterium,cui iam fuit per ingressum,
53 & professionem monialis ius quæsitum,dum dispensatio,quod nubat,nõ dat successionem; nisi expressè Papa; quando dispensat dixerit velle monasterium, quoad oẽs dictę monialis esse incapacem;quia si potest plus, nempè monialem habilitare, à fortiori potest minus,nempè, vt nõ possit in eius bonis monasterium succedere,ita singulariter tenet *Mangr.ad d. auth. ingressi,* apud *Bart. in repetitione verſ. dedicans*
54 *se monasterio*, & propterea dicimus professionem monialium esse causam quæstus bonorum monasterio, & non simplicem ingressum,est ratio, quia antequam tacitè, vel expressè profiteatur puella dicitur sui iuris adeò quod liberè poterit testari, matrimonium carnale contrahere,& alia similia facere, vt optimè *Pater Lain. tenuit d.q.*25.*Abb.in c.quia à te num.*6. *de cleric.coniug.* Ricc. *d.coll.*2223. & si aliquo modo contrahere occurrat secundum rerum vicissitudines, ordinis minister debet interuenire, siuè Vicarius Antistitis loci, vt ipse practicaui *Card.in c.statuimus de transact.Barbat. in c.primo de Reb.Eccl.alien.vel nõ n.* 5. *Bald. conf.* 159. *vol.* 4. & sic seruatum semper vidisse testatur *Vinc. de Anna sing* 344. quã de te dixit *gl.marginalis in* §.

in §.si quis ancillas inst.de legatis lit.A. vers.secus, quod si ergo ingrediatur monasterium,& ingressus vitietur nec minus valet bonorũ dedicatio, tãquã accessoria ad actum principalem c.accessorium n. 42.de Reg.Iur.in 6.

Sed cum sit dispositum per text. in cap.vnico de stato regul. in 6.per S.C.T. sess.25.cap. 5. de Regular. & per Bullã Pij V. incipientem Decori, & honestati, quæ est centesima in ordine sub Kal. Ianuarij 1569. quod vrgente necessitate, monialis possit egredi è monasterio tenentur adire ordinarium loci pro obtinenda licentia in scriptis sub pœna excommunicationis ipso
55 facto incurrendæ,vt in d.cap.5.in medio, & P.Layn.tom.1.tract.11.nu.32.f. 129.& par.2.q.13.nu.5.f.58. an si veniam petat,eamq;non obtineat,possit ex se exire extra clausuram ad suam forsam inualetudinẽ,qua oppressa detinebatur curandam, citrà metum excommunicationis, puta pro vtendis balneis,Thermis,& alijs medicamentis, quæ dantur extra conuentum, & in hoc cum tractetur de periculo humanæ vitæ,ex subtilitate rationis posset dici non peccare, nec in aliquam pœnam etiam censuralem incurrere,cum vita nostra æstimari non possit, & in necessitudine recedatur à Iuris regula;prout practicabiliter videmus, quod &si vesci carnibus tempore ieiunij vetitum, sit tamen necessitas viuendi si adeò vrgeat, quod sit mortis periculum, prout euenit anno 1648.
56 in multis huius Regni oppidis ob populare bellum, quod cum alias viuere ignorarent, comedebant pro vitæ substentatione quascumq;carnes,etiã si erant felicis, dum frumenti modiũ sex scutis valebat, & pauperes panem degustare haud poterant, à qua egestate liberet nos Superna Misericordia, & ob esum carnium, etiam tempore quadragesimæ, vel alias vetito, non committitur,nec transgressio,nec peccatum c. 2. §.1. de obseruat.ieiunij. Furtum quoq;de per se malum est, & vetitũ in Decalogi,tã est si necessitate coactus quis pro se alẽdo, vel operiẽdo aliquid rapuerit, vt superiùs indi-
57 cauimus nõ peccat c.3.de furt. Homicidiũ similitèr est prohibitũ à Iure diuino ex præcepto, ne occidas secũdũ D.Ant.p.2 suę summæ tit.7.c.8.de homicidio f. 274 & tamen si pro euitando vitæ periculo hoc fiat, homicidij pœnam,homicida non reportabit l.scientiam 46.§.cum aliter,ff.ad l. Aquil. cum vim,vi tueri iura permittant, vt in d. §.cum aliter, & in l. vt vim 3.ff.de iust. & iure, l.sed, & pactus 12.§.1. ff.de eo quod met.causa.Imò non dum pro vitæ defensione, sed etiam rerum per legẽ canonicam excusatur ab homicidio, vndesi fur nocturnus agros nostros inuadere tentauerit licitè necabitur c. si perfodiens 3.de homic. vol. vel cauf. quãuis Generalis Pater Carafa in tractatu 3.de duello sect.2. quæsit.7. post multos authores affirmantes hoc, ab eis dissentire videatur. Iure igitur monialis quando tractatur de vitæ periculo euitando, existente rigoroso Prælato, quæ licentiam iustè petitam impartiri negauerit, poterit è claustris egredi absq;metu peccati,& pęna excommunicationis, prout in terminis docet magistralitèr Lucas de Penna in l. 1. C. de Comeatu lib. 12. vbi modestè obiurgando Prælatos dicit. Igitur non
58 est probanda huiusmodi gubernatio, tenacitasq;Prelati,quę non sanat ęgrotum, non illuminat cecum,non curat infirmũ, sed magis occidit, ac in desperationem periclitantem mittit:Boni quippe rectores ex sua infirmitate,aliorum infirmitatem pensantes magis per humilitatem, & mãsuetudines leuamentum student infirmos à mortis laqueo,quam per austeritatem in foueam perditionis perpellere; vnde doctor gentium factus sum inquit infirmus infirmis, quæ verba transcripta mihi per authorem videntur ex text. in c. recedite,vbi gl.45 dist.& qui putat caussam in casu proprio mitius agit, cum difficilius sit facere,quam docere: puto tamèn esse verum, nè apostata re-

pu-

putetur teneri monialem Episcopo denunciare incurabilem infirmitatē, & necessitatem exeundi à monasterio, & animum postmodum redeūdi morbo curato, & quod propterea egressa est; quia hoc significare Episcopo, est eiligare manus, & os claudere ne possit fari verbum, nec aliquid agere contra eam, cum obedientiam ex necessitate cui debetur non amiserit; quod ni fallor etiam sentijt doctissimus *Bonacina d. tomo 1. de clausura disput. 1. puncto 1. num. 5.* at in facto postmodum hodiè alitèr obseruatur, dum sanctimoniales custodiuntur, vt pupillæ oculorum Domini, & in ijs casibus quæ expressi sunt in præcitata *Bulla Pij V.* omninò debent ab Ordinario petere licentiam agrediendi; quam si concedere tenuerit, tenentur adire Summum Pontificem, & hæc est quotidiana praxis, vt inferius visum est in casu D. Mariæ Iesualdo, itâ in terminis docet *Pellizz. in tractatu de monialibus cap. 5. sectione 2. nu. 40.* & ista praxis, & modus procedendi admitti, & obseruari, etiam deberet, casu quo ex aliquo accidenti monialis euaderet hermaphroditus, vt non ex se egre-
59 diatur, sed denunciato facto superiori ab eo licentiam expostulet, qui certioratus, pastorali vigilantia in re tanti momenti cunctas diligentias adhibere tenetur ad cognoscendum, si vera sint narrata, & constito de potentia masculinitatis, quia preualet in tali sexu ad euitandum scandala, & periculum incontinentiæ vlla mora postposita eum licentiabit à cōsortio monialium, iuxtà *text. in c. diffinimus 21. 18. q. 2.* qui hermaphroditus postquā dimissus est à superiore poterit si voluerit in monachorum religionem intrare, vel permanere in seculo ad eius libitum, dummodò obseruet emissa religionis tria vota, à quibus per hoc accidens non est liberatus, sed tantū ab illo quarto perpetuæ clausuræ; prout ex recentioribus, tenet *Pater Layn. tom. 2. par. 4. trac. 11. q. 34. per tot. fol. 271.* sed secundum eundem sibi contrarium infra *tom. 3. de profess. monialium tract. 12. cap. 27. fol. 214.* remanebit in totum secularis, & in sua voluntate erit, si matrimonium contrahere, vel sacros ordines suscipere voluerit.

Visa sollemnitate, & modo acceptationis monialium priusquàm ad eorū priuilegia deueniamus, cum ex discipulo quis magister fiat, & ex nouitia monialis, & ex moniali Abbatissa; de hac electione aliqua pertangere non erit absurdum, & proptereadicā, quod circa hoc quatuor sunt obseruanda; scilicet ætas modus, locus, & tēpus eligendi.

Circa ætatem debet esse monialis 40. annorum *c. diaconissam 23. vbi glos. 27. q. 1. & auth. diaconissam, C. de Episc. & Cler.* & habere annos octo religionis post professionem, quæ si copulatiuè non concurrant, electione
60 digna non censetur per *S.C. Trid. sess. 25. de regul. cap. 7.* P *Layn. in tract. rerum regularium tractatu 11. num. 40. tom. 1. fol. 130. & ante Sot. in quar. sentent. tom. 2. dist. 25. q. 1. art. 2. f. 51. col. 2.* quod priùs alitèr erat dispositum per *text. infracitandum in c. indēnitatibus*, qui statuerat ætatem triginta tantum annorum sufficere ad electionem Abbatissæ, & priùs requirebantur 60. anni *c. iuuenculas 12. vbi glos. 20. q. 1.* vt diximus sup. *nu. 7.* qui annus quadragesimus esse completus, cū inceptus, non sufficiat secundum eundem *Layn. toto 3. de elect. Abbatissæ tract. 7. q. 33. f. 151.*

Circa modum debet fieri electio per scrutinium, & in qua duæ partes vototum concurrunt, illa eligenda est in Abbatissam, & benedicenda se-
61 cundum *text. in c. indennitatibus 43. §. sanè de electione, & electi potest. in 6.* sed secundum *S. C. T. vbi sup. cap. 7.* est electio facienda per vota secreta, itaut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur, contra quam constitutionem si aliquis fuerit electus, electio nulla erit. de quo vide

Patrem Mag. Layn. dominicanum to. 2. suorum operum quæst. 8. tract. 1. fol. 8. Sed hodiè sufficit, si vnum suffragium habeat plus medietate votorū monialium, cū tantū in electione Pontificis obseruetur, vt duæ partes cardinaliū in scrutinio concurrant iuxta bullam *Papæ Greg. XV.* quæ incipit *Æterni patris filius sub 17. Kalen. Decembr. 1621.*

Circa locum, non est dubitandum, quod monialis in vno monasterio possit esse Abbatissa in alio; prout videmus in religiosis, quod & si quis sit filius vnius conuentus, potest esse prior
62 in alio; sed non eodem tempore duo officia exercere iuxta illud, quod

Deficit ābobus qui vult seruire duobus, &
Qui binos lepores vna sectabitur ora
Vno quandaq; & quandoq; carebit vtroq;

cum impossibile sit secundum naturā, vt ad duo possit se habere iuxta *text. in l. fin. §. nec sit, C. de Assess.* & maximè eodem tēpore, vt esset in terminis nostris, vt vnica hora officiorū, & aliarū functionū posset quis in esse duobus monasterijs; quod miraculosè tamèn potest euenire, vt legitur de Diuo Antonio Paduano, qui eodem tempore in duobus locis prædicauit, & propterea *S. C. Trid. d. c. 7.* damnauit hanc electionem, & præcepit, vt si hoc eueniret, electus resignet intra sex menses vnam electionem, alias ambobus careat honoribus, & dignitatibus.

Circa tempus, licèt perpetua, sint magis commendabilia, nihilominus hoc non debet habere locū in rebus cōmunibus, sed particularibus, sic videmus, quod Sindici, & electi Vniuer-
63 sitatum sunt vnius anni tantum; officiales sunt annales, *l. neminem 4. vbi Bar. C. de susceptoribus præposs. & Arcarijs lib. 10.* & latè dixi in meo *Flor. Rub. de elect. & Sindicatu officialium*; & alij, alijs fungentes officijs, est ratio duplex; prima, quia perpetuitas est dannosa; secunda quia est odiosa; dānosa cum possit electa ad sui libitū, dum vsq; quo viuit ipsa ministrat adscribere, & appropriare quæ ad alias spectaret; odiosa, quoniā, cū sint ceteræ pares, quæ Deo seruierunt, & obediētiæ iugum tulerunt, conueniens est, vt in honore, & in aliqua libertate viuant, dum lungo tempore obediuerunt propterea sancta prouidentia *Greg. XIII.* felicissimæ recordationis, cuius nepotem Illustrissimum, & Reuerendiss. D. Hieronymum Boncopagno Archiepiscopum Bononiensem ipsi secundum suo tempore esse spe-
64 ramus ob singulares eius animi virtutes in *Bull. 84. sub 1. die Ianu. 1583.* mādauit harum Abbatissarū electionem non posse excedere triennium.

In qua electione si moniales dissentierint, fuerintq; in pari voto, prout sæpe, sæpiùs accidit, poterit in casu
65 discordiæ, electio ista tertio, etiam seculari iniungi, prout etiàm illa Pontificis, quæ importat orbis dominium, aliquibus ex cardinalibus compromitti iuxtà *Bullam Gregor. XV. sub 4. idus Martij 1621.* quæ incipit *Decet, vers. Tertio facta &c.* quod ea, sit Abbatissa, quam ille elegerit secundum sententiam *Abbatis in c. causam quæ 8. num. 3. de electione. secundum quem*, dictam postmodum habere iurisdictionem, & collationem beneficiorum durante suo triennio inuenimus registratum latissimè in *c. cum dilectus nu. 20 de consuetudine.*

Sunt postmodum sanctimoniales multiplicirèr priuilegiatæ; quia plus alijs merentur, est enim iustitia commutatiua, quam independens Domi-
66 nus noster seruat, vnicuiq; scilicèt impartiri munus secundum opera sua, vt ex *Diuo Thoma 2. 2. q. 14. art. 1.* iuxtà *vers.*

Iustitia, (quę est Deus) ęquato perpēdens omnia lance.
Cuiq; suis tribuit, prę mia pro meritis,

& facit sententia *Apost. 1. cor. cap. 3. ibi. vnusquisq; autem propriam mercedem accipiat secūdum laborem suum*, &

Primo sunt priuilegiatæ; quia nemo potest ad eorum clausuram accedere,

dete, siuè maris, siuè fęmina sit, siuè
secularis, siue clericus, vel religiosus,
ne earum animarum candor fœda-
67 tur humana consuetudine, absq; Su-
perioris licentia *text. est in c. unico de*
statu regul. in 6. c. monasteria 8. de vita,
& honestate cler. ibi. *Monasteria sancti-*
monialium si quisquam clericus, sinè ma-
nifesta, & rationabili causa frequentare
præsumpserit per Episcopum arceatur, &
si non destiterit ab officio Ecclesiastico
reddatur immunis, si laici excommuni-
cationi subdantur, & à cętu fidelium
fiant penitus alieni, Reg. Ron. sup. prag.
3. in fin. de monial. & vide *Reg. Tapia*
decis. 16. nu. 11. qui dicit alloqui mo-
niales quãdoq; sub mortis pœna fuis-
se prohibitũ, & in Regno adest *prag.*
3. quæ incipit *Gl'anni passati sub titul.*
de monial. per quam fuit imposita pœ-
na vnciarum centum *c. alloquentes cũ*
monialibus; qui accessus si fiat, non si-
nè mortali peccato accedens recedit,
68 est ratio quia attenta legis natura in
materia graui, sub mortali obligat se-
cundum *Bonac.* & alios per eum alle-
gatos *tom. 1. de clausura q. 3. punct. 3. &*
punct. 4. vbi prætèr alia iura, & autho-
ritates adducit *decretũ S. Congreg: sub*
Pontificatu Sixti V. anno 1590. quo re-
69 ligiosis, qui ausi fuerint ad monialiũ
cęnobia accedere iniuncta est pęna nõ
dum officiorum, verùm etiam pri-
uationis actiuæ, & passiuæ vocis ipso
facto incurrenda, imò & ipsi Episcopi
70 sunt prohibiri ad accessum absque
legitima causa, quod si faciãt pro pri-
ma vice incurrunt suspensionem ab
ingressu Ecclesiæ; pro secunda suspẽ-
ditur à Diuinis, & pro tertia excom-
municatione ligantur, vt ex constitu-
tione *Gregorij XIII.* docet *Bonac. tom.*
1. de suspensione disp. 3. puncto 5. §. 2. nu.
29. fol. 505. & hodiè, vt in virido sint
hæ pænæ omnes prælati in eorum dio-
cęsi accessũ, & colloquiũ cũ moniali-
bus prohibẽt sub pęna excõmunica-
tionis, quæ ligat nõ dũ viros, sed etiã
mulieres, non dum plebeos, sed etiã
nobiles, principes, reges, & impe-
ratores, dum nemo à peccato excep-
tuatur generalitèr lege prohibẽre,
71 vt docet idem *Bonac. d. tit. de clausura*
q. 4. punct. 1. & 2. & in hac Ciuitate
per Dom. Archiepiscopum est desti-
natus particularis Vicarius monialiũ
qui accessum, & allocutionem dispẽ-
sat, prout ipse pluries obtinui; Imò
obseruaui quod, & si licentia ista pos-
sit impartiri per Ordinarios locorum
circa accessum, vt tenent omnes DD.
& *Bonac. d. puncto 2. nu. 2.* tamen circa
72 ingressum ad Claustra, etiam quod
fęminę sint ad S. Pontificem spectat,
prout bis in anno obtinuit D. Polise-
na Fustimberg prius Principissa Ve-
nusiæ postmodum Casertæ, vt suam
senectutẽ cum consortio sic raro eius
filiæ D. Mariæ Gesualdo cõsolaretur,
qui accessus potest prohiberi à quo-
libet Episcopo cum sua excommuni-
catione, in sua diœcesi etiam in mo-
nasterijs monialium subditis regula-
ribus, vt sunt S. Clarę, & S. Sebastiani,
& alij in hac ciuitate, ità *Grat. disc. for.*
c. 393. n. 23. & Sper. dec. 97. n. 30. & seq.
Nec obstat aliqua dispositio, vt ta-
lis licentia pro alloquendo moniales
obtineatur in scriptis, etenim sufficit
73 ne in censuram incurramus si orete-
nus voce concedatur, vt post alios te-
net *Glianes summa censur. ver. moniales*
n. 12. prout ita mihi pluries fuit data,
sunt tamen ab hac pęna exempti
infantes dummodò non peruenerint
ad vsum rationis; secundum *Bonacinã*
d. punct. 2. nu. 5. nam possunt habere
74 colloquium cum sanctimonialibus
citra Superioris licentiam, nam si ætas
puerilis eos non obligat ad peccatũ,
à fortiori ipsos reddit immunes à pę-
na excommunicatinnis; quem vsum
rationis ampliat *Glian. ubi sup.* vsq; ad
annum 14. completum, vt legitur *n. 8.*
quod ipse non probo, cum quis maior
septennio sit capax mortalis peccati,
& per consequens excõmunicationis,
& ætas hodiè 14. annorum est perfe-
ctissima ex hominum breui ætare ad
sciendum malum, & bonum, vndèni

hoc non est discedendum à *Bonacina*, prout tenet etiam Pater *Layn. tom. 1. par. 2. tract. 4. q. 7. num. 2. & 3. fol. 56.*

75 Itē parentes dū possunt alloqui absq; venia diebus, tamen nō prohibitis, vt decisum refert in *Congr. Episc. 15. Ianuarij 1616. Glianes vbi sup. nu. 13.* & idem decisum 15. *Martij* 1619. circa liberos loquentes cum matribus velatis, cum correlatiuorum eadem sit disciplina, nec debent ad imparis iudicari, *glos. in §. patitur autem instit. de iniur. & de legit. agnatorum tutela in princ.*

Similitèr possunt dici aliquo modo exempti religiosi, nempè ab excom-
76 municatione promulgata contra sermocinantes cum sanctimonialibus, vt in eam non incurrant, dum habēt priuilegium, vt non possint ab Episcopo excommunicari, sed non à peccato, & priuatione officiorum, quę imponitur à Papa per legem generalem, qua omnes ligantur, & cuncti ad eam tenentur, & expressè hoc iniungit *dictū decretum* S.C. tempore *Sixti V.* in illis verbis; *Quæ omnia, & singula sub penis priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & passiuę ipso facto incurrēdi, alijsq; eiusdem congregationis arbitrio precepet inuiolabiliter obseruari iniungentes cūctis Reu. Patribus Generalibus, Prouincialibus &c.* & tenet *Glianes vbi sup. num. 1.*

Sed *Bonac. vltimo loco citato num.* 8. tunc ait hoc esse verum, quando religiosi non sunt iurisdictionis, & potestatis Episcopi excommunicantis, sed alterius diocesis, nàm tunc cum subditi sint contraueniendo præceptis Ordinarij innodantur censurarum ab eo promulgatarum vinculis; quod mihi placet, & tenent *Sanch. Rodriq. & alij quoq; per dictum Bonac. citati eod. nu. 8.*

Immò addit hoc procedere, etiam quoad monasteria regularium guber-
77 nationi subiecta, vt sunt hic Neap. dictæ S. Claræ, & S. Sebastiani; dum fratres eiusdem ordinis non possunt moniales ibi alloqui, nisi vt cęteri priùs licentiam obtinuerint, & quod peius possunt corrigi, & puniri ab Episcopo loci, tanquam delegato Apostolicæ sedis, & portat *Bullam Greg. XV. & decretationem* S. *Congregationis Cardinalium tempore Vrbani VIII.* quarum meminit etiam idem *Glianes sup. cit. d. vers. moniales. nu.* 14.

Sunt similiter tuti à pęna peccati, & excommunicationis quæ non lo-
78 quuntur propriè, sed impropriè, nempè per litteras, quia cum simus in pęnalibus, semper strictior sensus est accipiendus, *l. interpretatione 42. ff. de pæn. c. pæna 18. de pæn. 1. dist. Nau. cons.*
79 *vol. 1. nu. 2. de cohab. cler. & mul.* ac etiàm dixi supra *cap. 2. nu.* 155. *&* 160. vt in simili diximus, quod prohibente statuto bannitorum consortium, non extenditur pęna contra scribentem litteras, & in propriis terminis non incurri in excommunicationem per harum scriptionem ad moniales tenet *Bonac. d. quæst. 2. puncto 2. de clausura nu. 5 Glian. vbi sup. num. 7. &* Tasson. *de Antefato vers. 8. obser. 1. num. 17.* & sic consului aliis, ac ipse alias consulendo practicaui etenim cū Eminēt. Cardinalis Filamarinus vigilantissimus Pastor, & propugnaculum Ecclesiasticæ iurisdictionis aggrauasset interdictū Reu. monialibus monasterii D. Reginæ per publica ædicta, ne aliquis cuiuscunq; conditionis illas alloqueretur sub pęna excommunicationis ipso facto incurrenda, absq; eius licentia, cum censuram formidarem, non valens ob nonnulla negotia ad cenobium accedere, aliquando litteras misi aliquibus ibi sanctimonialibus residentibus, & sic saluaui animam, & illis inseruiui.

Fallit tamen hoc, secundum *Bonac. vbi supra d. nu.* 5 quando expressè sub
80 censuris prohiberetur etiam litterarum missio ad moniales, nàm tunc nō ope extentionis, quam diximus non fieri, sed expressę declarationis incurreretur.

Et tandem omnes alij, quæ sunt inu-

immunes, tam ab excommunicatione lata à lege, quæ maior est, quā lata ab homine comprehensi sub carmine isto

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse. quod clarè explicat *P. Eman. salust. in suis aphoris. vers. Excōmunicatio in fin.*

Secundò sunt priuilegiatę, hoc honore, quod moniales veniunt in numero religiosorum; vnde si aliquod priuilegium religiosis concedatur in-
81 telligitur etiàm concessum monialibus in ijs, quę possūt eis accomodari, puta si aliqua immunitas daretur, pręcedentia, & similia, prout notauit *Bonac. tom. 2. de legibus in genere, & in particulari disp. 1. q. 3. puncto 7. §. 2. nu. 2. & to. 3. de censur. in bulla cena disp. 1. q. 16. sect. 1 puncto 3. nu. 13.*

Tertiò moniales gaudent priuilegio canonis *si quis suadente diabolo 29.*
82 *in ordine 17. q. 4.* vt probatur *ex. in c. de monialibus 33. de sentent. ex. comm. Abb. in c. veniens nu. 2. eod. tit. Gambarup. de casib. reseru. c. 5. de excomunicationibus reseruatis Papa, quæ non continentur in bulla cene nu. 18.* vbi ampliat hoc etiā ad nouitias, & conuersas, sed limitat postmodum ad filiolas comunitèr viuentes, licèt sub certa regula, sed non tribus votis emanatis, vt in *Rub. quæ moniales violarint nu. 3. fol. 190.* quod procedit dato quod percussio fiat inter eas, nā percutiens adhuc incidit in excomunicationem, sed cum hoc priuilegio; quod absolutio impetratur ab Episcopo, vt in *d. c. de monialibus, S. simile statuitur inst. canon. de sent. excom.* & procedit nondùm in casu dicti canonis, *si quis suadente*, sed & in alijs quibuscunq; etiam grauissimis, dum nō tenentur Romam accedere, sed sufficit Episcopi loci authoritas ad eas absoluendum *Abb. in d. c. de monialibus à nu. 1. vsq; ad num. 5. Rota in antiq. decis. 1. de regular. Franc. Marc. decis. 961. par. 2.* & hoc ex duplici ratione, scilicet, ratione religionis, & sexus religionis ex iuribus præcedentibus, nam postquam in monasterium ingressę sunt, non debent ab eo exire, vt probauimus, & sexus dum mulieres in censuras incursæ, sunt libe e à debito petendi absolutionem à Papa, vt nos alibi diximus, & probat *Gambarup. vbi sup. nu. 21. fol. mihi 126.*

Quartò gaudent beneficio *c. si diligenti 12. de foro competenti,* quod extē-
83 ditur non dum ad moniales, sed etiā ad nouitias, & conuersas secundum *Bonac. d. to. 3. disp. 1. q. 16. sect. 1. punct. 3. etiam nu. 13. fol. 103.* & sic non possunt conuen iri nisi coram ordinatio locorum, & in casibus sibi occurrentibus habent beneficium electionis fori sicut vidua, imò ex maiori ratione, quando monialis virgo, vel vidua est; scilicet, & ratione virginitatis, vel viduitatis, & rationem cælibatæ vitæ in qua vincunt, vt post discussum articulū de comuni testatur *Foller. pract. crim. Rub. audiantur excusatores. nu. 83. & 84.*

Et quinto omissis alijs sunt immunes à quibuscunq; decimis, datijs, & gabellis, contributionibus, & oneribus, etiam si pro bello contra turcas imponerentur, etenim plus ipsę lacri-
84 mis, & orationibus, quā milites gladijs ad victoriam pugnant, quæ ob stipendium enses sumpserunt, cum lacrimæ sint vera religiosorum arma, secundum *glos. in in c. ex multa, §. de clericis lit. c. de voto, & voti redemp.* pro qua exemptione emanauit Pius IV. *particularē bullam sub* 9. *Aprelis* 1560. *quæ est decima in ordine suo,* & extenditur non dum ad tertiarias collegialitèr viuentes, sed etiam ad eas, quæ manent in seculo si vitam cælibatam ducere vouerint, vt ex professo post multa docet, *Pater Layn. tom. 2. tract. 17. q. 3.* per varias Pontificias constitutiones, & DD. authoritates; & spuit Reg. S. infel. de quo memini idē *Pater decis. 418.*

Quibus omnibus priuantur fauoribus, quando dimisso habitu, spretis votis, & derelicto sposo Christo claustra destituerint, quo in casu, apostatate

re dicuntur, itaq; de moniales potius vocandæ sunt, & licèt seuerius puniendæ essent, nihilominus semper
85 pia est mater Ecclesia, & clemens noster pater Christus, qui non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat secundum *Ezechiel. cap.* 18. non aliud à iure iniungitur pro pœna, nisi vt captæ reducantur ad eundem monasterium, ibiq; districtè custodiantur secundum *tex. in c. si custos religiosi* 18. *vbi glos.* 27. *q.* 1. & alia iura adducta ad hoc per *Menoc. de Arbitr. iudic. casu* 546. *nu.* 46. qua similitèr pœna puniri si corrumpi patiantur scripsit *Gabarupt. de cas. reseru. vers. Qui moniales violarint nu.* 2. *fol.* 190. & licèt adhæc mala patranda tentator Diabolus sūmopere inuigilet ob eximium scandalū quod inde oritur, & possit se iactare, Deo sponsam abstulisse; attamē, Christus spōsus misericordia plenus, nè suam dilectam amittat, particulari dilectione ad eam inuigilat, & custodit, legitur enim apud *P. Mag. Seraphinum Razzi in suo viridario exemplorū* euenisse cuidam viro, qui cum falsificatis clauibus de nocte iret ad quodā cœnobium, vt certam monialem raperet, inuenit omnes Ciuitatis Ecclesias apertas, ibiq; religiosas canentes *Psal. Miserere mei, cum Libera me Domine*, obstupescente eo, de hoc interrogauit pro quo defuncto, & responderunt pro N. & cum ipse esset nominatus pro mortuo, & viueret, nesciebat rem quomodo se haberet; vnde exiens à templis volens, suum prosequi iter equitando ad menia Vrbis duobus Leonibus occursus, rapaciter ipsum inuadentibus statim deuorarunt, & si animalia sunt quæ Dei permissu de tam graui vlciscuntur iniuria, non mirum erit si legibus permittatur non dum patri, vt est in filia
86 adultura, secundum *tex. in l. quod ait lex* 23. *ff. ad l. Iul. de adult. & l. gracius* 4. *C. eod.* verum etiam omnibus consanguineis monialium raptores interficere ad vindicandam iniuriam ipsis, & Deo illatam, ità *Angel. de malef. rub. che hai adul. la mia donna nu.* 18. Sic etiam legitur de quadam alia moniali, quæ capta amore cum quodam amasio, deliberato animo, dum voluit monasterium egredi, ad ostium inuenit Crucifixum apertis brachijs, ac eam vellet amplecti, sed non benè animaduersa de hoc, putabat esse aliquem eius imaginem, regressus tendens ad aliud ostium, ibiq; similitèr eundem Christum inuenit, & reuersa in se conuersa fuit, & animam Sponso reddidit, quam peccando surripuerat, hæc sunt priuilegia, hi sunt fauores monialium, que habēt vigilantissimum sponsum, & pijssimū Deum, qui speciali gratia suis fouet necessitatibus, suumq; vt expostulat opus, impartitur auxilium.

DE PRIVILEGIIS MVLIERVM
SPECIALE NONVM.
SVMMARIVM.

1 *Adoptio quid sit.*
2 *Legitimi filij vnde dicti.*
3 *Filij adoptiui quomodo differant ab arrogatis.*
Adoptatus quando transeat in potestatem adoptantis.
4 *Filius vxoratus an sit liberatus à patria potestate?*

Nepos

Nepos quando dicatur natus in pote aui, & ex necessitat esse hæres instituendus.

5 *Adoptio, sicut legitimatio non potest fieri per procuratorem.*

6 *Filia adoptata, vel arrogata legitima filia erit adoptãtis, vel arrogãtis.*

Adoptare si nõ valent mulieres possunt tamen adoptari, & quare.

Fictio imitatur naturam.

7 *Adoptionis beneficia quæ, cum num. seq.*

Adoptans tenetur alere filiam adoptatam.

8 *Filij adoptati succedunt patri adoptatori cum alijs legitimis, & naturalibus ab intestato secus ex testamento.*

9 *Legitima si à patre adoptante non relinquatur filiis adoptatis, non erit testamentum nullum, sed quando limitatur n. 12.*

Adoptatus non succedit agnatis adoptantis.

10 *Legitima debetur filiis Iure naturæ.*

11 *Filia adoptiua non succedit in feudis.*

12 *Filiis arrogatis est relinquenda legitima succedunt ex testamento, & ab intestato.*

Sed non rumpunt testamentum verùm tamen conditione ex lege petent legitimã.

13 *Filii legitimi, & naturales qui.*

Pater legitimus est quem nuptiæ demonstrant.

14 *Liberorum appellatione legitimi, & naturales tamen comprehenduntur, & præcipuè.*

Si sumus in materia concessionis priuilegiorum, & quando limitatur, & nu. 75.

Filii naturales non succedunt feudo sicut nec adoptiui, & sub nu. 74. vers. in feudalibus.

15 *Filii naturales tenẽtur ad obsequia, & ad alia naturalia genitoribus.*

Non possunt vocare parentes in iudicio absq; venia.

16 *Parricidium etiam naturales filiĩ committunt occidendo eorum parentes.*

17 *Filiorum species multæ sunt.*

18 *Filiorum appellatione veniũt, etiam feminæ.*

19 *Legitima filii quomodo describantur per authorem.*

20 *Legitimatio habilitat filios ad omnia, quibus prius carebant.*

Quibus modis fiat, & nu. 23.

21 *Legitimatio quid sit.*

Conseruat agnationem, & familiam genitoris à die natiuitatis, & conceptionis.

22 *Adultera ducent adulterum in sponsum nõ poterit amplius de adulterio accusari.*

23 *Instrumenta dotalia non sunt necessaria in subsequenti matrimonio pro legitimãdo filio.*

24 *Legitimatus transit in potestatem patris legitimantis.*

Dicitur verè filius, & non differt à legitimo, & naturali à primo.

Legitimatio fieri potest etiam in præiudicium legitimorum, & naturalium, imò ipsis inuentis, & contradicentibus.

25 *Statuto disponente quod ex stãtibus filiis legitimis, filia non succedat an habeat locum in filiis legitimatis, & quid si dicat stantibus filiis legitime natis?*

26 *Filius legitimatus post testamentum patris, si in eo non sit nominatus rumpit testamentum, & sic etiam erit si post legitimationem testetur.*

27 *Pater nõ minus tenetur filiis legitimis, & naturalibus, quam legitimatis.*

28 *Filii ex necessitate sunt hæredes instituendi, vel exhæredandi.*

29 *Hæredis nomen vtramq; habet significationem masculinam, & femininam.*

Filia non instituta etiam rumpit testamentum, vt masculus dum succedit, vt masculus, sed quando hoc limitetur.

Filia non succedit in feudis? & quid de filia legitimata num. seq.

30 *Feudo an succedant legitimati, & n. seq.*

31 *Filiorum legitimorum appellatione, an veniant legitimati per rescriptum Principis, & quid in statu Ecclesiastico.*

32 *Legitimati per subsequens matrimoniũ sunt magis priuilegiati, quam per rescriptum Principis.*

Succedunt etiam agnatis, & non possunt per ingratitudinem iterum illegitimari.

33 *Legitimari non cuncti filij possunt per sub-*

subsequens matrimonium, sed bene per rescriptum Principis.

Filii clerici an legitimetur per subsequens matrimonium.

Filius spurius etiam ingestuosus potest legitimari per Imperatorem.

34 *Filia legitimata si non instituatur hæres in Regno non rumpit testamentum.*

Includitur sub statuto excludente fæminas propter masculos.

35 *Filia exclusa per masculos vigore statuti, an dicatur etiam exclusa per legitimatos?*

36 *Statuti verba debent intelligi in proprio significatu.*

37 *Filius legitimatus post legitime natos iura primogenitura habebit.*

38 *Substitutio si fiat in defectu filiorum legitimorum, & naturalium, si adsit filius legitimatus excludit substitutum.*

Legitimati, etiam veniunt in materia fideicommissi, sed quando.

39 *Legitimati succedunt etiã in bonis maternis, & quid si mater sit illustris?*

40 *Filii nefarii, ingestuosi, & similes, an succedant matri?*

41 *Filii clericorum omni priuantur beneficio, & habens, ac non essent, nihilominus multi eorum non dum ad Episcopalem, verum etiam ad Papalem dignitatem peruenerunt.*

Non entis, nulle sunt qualitates.

42 *Alimenta dari debent à matre filiis ingestuosis nefarijs &c.*

43 *Legitimati an admittantur ad successionem Aui?*

44 *Filij naturales qui sint.*

45 *Largo modo qui naturales dici possint, & qui sub stricto modo veniant, & sup. num. 49.*

46 *Filij nati in constantia matrimonij non improbãtur à lege.*

47 *Filij nati etiam ex clerico ignorante in constantia matrimonij sunt legitimi.*

48 *Ignorantia facti præsumitur, & qui allegauerit scientiam, probare tenetur.*

49 *Statutum aliquid disponens de filijs naturalibus, hi tãtum veniunt, qui ex concubina domi retenta nati sunt.*

50 *Spurij, & alij filii à lege prohibiti succedunt patri, & quare.*

Effectus patriæ potestatis remissiue.

51 *Filii nati ex publica meretrice, non possunt patrem ostendere, & quandoq; nec minus matrem, & nu. 66. & 67.*

Non sunt alendi a genitoribus, sicut nec minus ingestuosi ob criminis immanitatem.

52 *Filij spurii ex æquitate canonica, quando alendi sunt; & quid de parentibus.*

Nati ex damnato coitu alendi an sint.

Filia spuria est dotanda a patre, etiam clerico de obuẽtionibus Ecclesiæ, si aliũde non habet, sup. nu. 59.

53 *Filij nati ex duabus concubinis eodem tempore habitis re vera filii naturales dici non possunt.*

54 *Filiorum verè naturalium priuilegia multa, ut nu. seq.*

55 *Filii naturales sunt de familia eorum genitorum, licèt agnati ipsi dici non possint, & sunt ab ipsis alendi, sed quando, & nu. seq.*

56 *Charitas est, facieñda de eo, quod superest.*

Alimenta cum dari alicui debeant, quomodo sint taxanda.

57 *Filii naturales etiam a matre alendi, quando pater est pauper.*

58 *Parentes sunt alendi a filiis naturalibus, sed quando, & nu. 73.*

59 *Filiæ, & sorores naturales debent ali a genitoribus, & fratribus.*

60 *Filij naturales succedunt genitoribus, tã ex testamento, quam ab intestato, sed si non fuerint instituti, nec eis relicta legitima non possunt venire c. tabulas.*

61 *Coitus ullus de iure naturæ dannatus, unde quã legitimatur hodiè restituitur primis natalibus.*

62 *Filii naturales quando succedant ab intestato parentibus, & quo in casu et tantũ alimenta danda sint.*

63 *Filii naturales qui sint secundum canones qui ali debeant, & succedere possint.*

Quomodò, et quando succedant in duabus vntiis.

64 *Nepotes legitimi ex filio naturali non succedunt auo.*

Naturalis sanguis vltra primogenitos non diffunditur.

65 Fi-

65 *Filij naturales succedunt matri simul cum legitimis, dummodo mater non sit illustris.*

Et quid si sint vulgo quæsiti?

66 *Mater semper certa est.*

Potest naturalibus liberis exemplariter substituere.

68 *Mulier in luxu potiùs defatigatur, quã satiatur.*

67 *Filij naturales non dum succedunt matri, sed alijs ascendentibus.*

Nepotes etiã naturales succedũt auiæ, nempè si meretrix ex filio suo adsint nepotes, isti ipsi succedunt.

69 *Fratres naturales, an inuicem succedãt.*

70 *Mater meretrix habens filios, & relinquens alijs vsufructum, vsufructuarius alimenta tantum habebit.*

71 *Mater relicta vsufructuaria, extantibus filijs, habebit tantum alimenta.*

72 *Mulier domina rem habens cum seruo, qualitèr punienda.*

73 *Filijs naturalibus, quomodò, et in quibus, & quando ascendentes succedant.*

Alimenta danda sunt à filijs naturalibus eorum genitoribus.

74 *Mater in omnibus, & per omnia succedit naturalibus filijs.*

75 *Emphiteusis concessa pro se, & filijs, non intelligitur de naturalibus.*

76 *Filius naturalis non dicitur computari in numero filiorum pro obtinenda immunitate parentibus ab oneribus.*

77 *Comodum ex maleficio nemo sentire debet.*

78 *Filiorum 12. numerus, vt ab oneribus excusent genitores, quæ praxis seruetur in Reg. Cam. Summ.*

79 *Nepos, appellatione filij continetur.*

80 *Nepos quando dicatur natus in potestate aui.*

81 *Nepos computatur inter filios ad excusandum auum ab onere personali, puta tutela, & similium, & quid si erit nepos ex filia? nu. 82.*

82 *Filij legitimati computantur inter veros filios ad obtinendam immunitatem genitoribus ob numerum filiorum, sed nõ adoptiui.*

83 *Filij naturales non possunt legitimari post mortem patris in præiudicium legitimorum, quando eis ius quæsitum est, sed quando hoc limitetur, est pulcherrima distinctio.*



DE MVLIERIBVS LEGITIMIS

CAPVT TERTIVM.

SPECIALE DECIMVM.

LEgitimos lex introduxit filios in remedium naturæ, vndè *Thoph.* dixit adoptionem esse actũ legitimum, qui naturam imitatur in solatium filijs carentium; quod sumopere placuit *Placentino* licèt parum *ab Accursio* approbatum, potestq; his appropriari sententia, quæ datur specillis; quibus ferè proprijs luminibus orbati vtuntur; *scilicet deficiente natura*, dum videot, ac si perfectos oculos haberent, & sic legitimi reputantur; ac si verè filij naturales essent, vt videbimus infra.

Vocanturq; legitimi, quia sunt per legem approbati, sed eos naturam vnquam cognouit, at ius tantũ eos inuenit, & introduxit ad differentiam naturalium, qui à natura, & si proditi, lege tamèn non sunt approbati, nèc reprobati, sed dissimulati, & suo vocabulo, vt in proprijs terminis loquamur, legitimi filij dicuntur adoptiui, & arrogati secundum *Portium inst. de adopt. §. non solum nu.* 10. hac tamèn inter eos differentia constituta iuxta versus

Arrogo qui suus est, sed meus habet esse necesse

Patris adopto suum, sed patris permanet idem.

vt probat *Iacob. Spiegel. ad eius Lexicon iuris in verbo arrogatio, & Oinot inst. de success. filiorum adoptiuorum lib. 3. n. 2. & per tot. Relandin. prima p. flor. Rub. 17. de legitimis tantū liberis.* Itaq; arrogatus est sui iuris patrem non habēs, & per arrogationem transit in pote-
3 statem patris arrogantis; adoptiuus vero habet patrem, sed conceditur alteri per adoptionem, & in hoc est attendendum; quod adoptio aut fit ab extraneo, aut ab ascendente, nempè ab Auo, qui adoptauerit forsan nepotem: primo casu, verum est non transire adoptatum in potestatem adoptantis ad differentiam arrogatorum; secundo vero casū transit, est ratio quia deficiente patre qui, est in medio, nepos remanet suus auo, ad quod vide *Oinot. vbi sup. & Vigl. Zuicchim ad cōmentaria instit. in tit. de success. ab intest. nu. 48. 49. & 50.* dum nepos dicitur de generatione aui ex *Angel. inst. de adop. §. sed hodie nu. 3. Alex. cons. 53. lib. 6. Peregr. de fideicommiss. art. 28. num. 35. & Ioseph de sesse decis. Arag. 64. num. 49.* & tunc præcipuè quando pater nō est emancipatus, sed stat in potestate aui, nàm & si nubat adhùc sub paterna potestate est de iure communi; dùm alio municipali potest esse ab ea per
4 matrimonium liberatus, vt latissimè fundaui *supra cap. 1. nu. 36. cum pluribus seq.* nàm tunc qui oritur, natus dicitur in potestate aui *per tex. in §. illud inst. de adopt. l. emancipatum 7. §. fin. ff. de senator.* ita & talitèr, quod aùt instituendi, aùt exhæredandi cum causa sunt, vt testamentum valeat, ità per *tex. in l. 2. C. de posthum. hæred. inst. & l. 2. C. suis, & legit. hæred. Dom. Reg. Capyc. Latro decis. 41. nu. 10. vol. 1.* quæ adoptio, vt valeat, oportet quod fiat per principalem adoptantem, &
5 non per procuratorē, sicut si esset legitimatio *Bart. in l. post mortem 25. §. neq; ff. de adopt.* quem pleniùs videas in *l. excusare 28. ff. de excus. tut.*

Mulier itaq; adoptata, vel arrogata filia legitima erit adoptantis, vel ar-
6 rogantis, cum adoptio non passiuè, sed actiuè fęminis interdicta sit *Aldobra in §. feminę n. 3. & seq. inst. de adop. Oin. in §. minorem nu. 6. eod. nup. cit. tit. & Zuicchem. in alias cit. tit. de success. ab intest. n. 49.* & est ratio, quia potest generari, sed nō generare, & proptere a valet adoptari, vt sit filia, sed non adoptare, vt si mater, quia fęmina coit, & concipit, atq; parit, *vt sup. c. 1. n. 188. & 189.* sed non generat; & sic fictio imitatur naturam, *§. minorem instit. de adopt.* cum ex natura possint ex ortu esse, sed non concipere, ergo, nec etiā secundum fictionem, & ideò prohibentur adoptare, sed non adoptari, ita *Anton. Gai. ad Angel. §. feminę in eod. tit. de adopt.* & est adequatissima ratio, cum non valens generare, legitimo iure non potest possideri, quod nō potest facere suum, generatio nāq; dicitur actus dominij, & potestatis; est tamen verum, quod dicit *Aldobr. d. §. femina nu. 8.* quod mulieres olim nec minus arrogabantur. Ex hac igitur arrogatione plura retinent beneficia, quorum, hæc mihi præcipua videntur.

7 Primum, quod tenetur filiam adoptatam alere, vt concludit *Io. Fab. inst. de hared. qua ab intest. defer. ver. adoptans quando non alere cogendus fol. 73.* quod corruptè legitur dum vult dicere *ad non alere &c.*

Secundum, quod non dùm succedit patri naturali, sed etiam patri adoptatori ab intestato tamèn decedēti, & simùl cum alijs filijs legitimis, & naturalibus si qui sunt, *l. cum in adoptiuis la penul. vbi DD. C. de adopt. §. sed & omnia inst. de hared. quæ ab intest. defer. gl. in l. penult. §. neq; enim lit. L. C. de*
8 *adopt.* ex testamēto tamē aliàs est, quia si testatur, & adoptiuo legitimam non leget, non poterit sicut naturalis, & legitimus filius rumpere testamentū,
9 prout nec minus cautum est in iure qui

quod agnatis succedat patris adoptãtis, cum tam vltra ius succedendi in eius fauorem nõ progrediatur, *Oinot. in sup.cit.tit.de success.filior.adopt.lib.3. inst.nu.67.& seq. & ex text.in l.pen.§. neq;enim. vbi gl.ver.tantummodò, C.de adopt.* estq;de hoc pulchra ratio nuper indicata, nempè posse per artem imitari naturam, sed non posse naturam conuerti in artem; plus enim præualet actus naturalis, quã ciuilis, & propterea cum legitima iure naturę debeatur filijs per *text.in l.cum ratio 1. ff.de*
10 *port.qua lib.dannat.deb.sed in tex.meo, l.scripto 6.in fin. §. non sic parentibus, ff.vnde liberi.* si non relinquatur filijs legitimis tantùm, non poterunt aliquo iure conquæri de patris præteritione, quia pater suus naturalis non est, quod non procedit in filio legitimo, & naturali, vel naturali, & postmodum legitimato, cum quo concurrentibus actibus naturalibus, & ciuilibus, per legitimationem veris filijs æquiparatur, & per consequens necessariò sunt instituendi hæredes, vt inferius cõstabit; & propria debemus etiàm dicere, quod si filio, vel filiæ adoptiuæ relinquatur aliqua portio à patre adoptãte minor legitima, à fortiori pro complemento non posse agere fatendum est, vt diximus in *florilegio Rubr.de adopt.num.9.* in prima impressione.

At istam successionem ab intestato limita, quando sumus in feudis, cum adoptiua filia non admittatur ad feudalia etiam ijs casibus, in quibus succedere possunt fæminæ, vt diximus
11 supra *cap.2 num.18.& seq.* probatur hoc per *tex.in c.1.§.adoptiuus si de feudo defuncti contentio sit*, est patens ratio; quia si daretur casus, quod adoptiui succederent; dicendum inde foret, liberam à vassallo retineri potestatem alienandi feudum, & sic nunquam recaderet in manus directi domini contra *text.in c.1.de success.feudi, & c.imperialẽ de prohibita feudi alien. per Federicum*, quod in punctis tenet *Iser.in d.§.adoptiuus per tot.*

Nota tamen prædicta vera esse, quando adoptio fuerit facta ab extraneo, secus si ab ascendenti, vt dictum est, nam tunc non vti adoptiuus, sed vt suus, & verus filius legitimus, & naturalis succedit a doptatoribus, tam ab intestato, quam ex testamento, ità quod præteriri nõ poterit, prout etiã de arrogatis dicendum est, qui cum
12 transeant in potestatem arrogatoris, ei succedere debent, tamquam veri filij exclusis ascendentibus, & alijs consanguineis ita *Viglius Zuichem. inst.de success. ab intestato, §. his igitur nu.48 49. & seq. Oin.nup.cit.num.14.* vbi tamèn dicit; quod si nil relinquatur arrogatis per arrogatores, non poterunt annullare testamentum, sed tamèn pro legitima consequenda eis condictio ex lege competit, vnde dicendum est arrogationem, esse magis priuilegiatam, & magis fauorabilem arrogatis, quam adoptionem in speciè adoptatis; itaq; si mulier fuerit arrogata, legitima priuari non poterit, & si fuerit adoptata ab ascendentibus, vti vera filia tractanda est.

De filijs postmodùm legitimis, & naturalibus hic nõ erit meus sermo, dum earum speciẽ non est quis igno-
13 ret, cum cuncti sciant, eos dici, qui ex legitimo matrimonio nascuntur, *l.filium cum definimus 6. ff. de ijs, qui sunt sui vel alieni iuris*, dum pater verus ille est, quem nuptiæ demonstrant, vt per *Pasc.de patr.pot.par.2 c. 2.n.32. Ain.de success.spuris.n.2.f.225.* qui cum omnes alios, & natura, & legis dispositione precellant; appellatione liberorũ secundum iuris dispositionem ipsi tantum comprehenduntur, secundum *Rol. à Valle cons. 83. in pr. vol.3.* reiectis naturalibus, & si-
14 gnantèr si sumus in concessione priuilegiorum, vt tenent *Bar.Alex.& ceteri DD.in l.ex facto, §.si quis rogatus, ff.ad Trebell.Dec.in c.in presẽtia col.16. de prob.* vel in concessione bonorum, puta in feudis, in quibus naturales

non succedunt *tex. est in c. 1. §. naturalis Si de feudo defuncti &c.* sicut nec adoptiui etiàm quod sit feudum nouom, vt tenet *gl. in §. in testatorum in margine De hereditat. qui ab intest. deferuntur per text. in cap. adoptiuis in tit. Si de feudo fuerit controu. & c. 1. de success. feudi.* In alijs verò ca-
15 sibus requirentibus obsequium, & riuerentiam, comprehenduntur etiàm naturales, vt cum natura prodita sint, eos docere debet non esse ingratos genitoribus, à quibus iam esse receperunt, & sic videmus quod non possunt eorum patres in iudicium vocare, absq; venia per *text. in l. parentes 6. ff. de in ius voc. Bar in l. tutelas. ff. de cap. dimin. Dec. cons. 365. col. 3.* Est ratio, quia in hoc lex respicit naturam, & suum effectum, & propterea in eius dispositione naturales includēdi sūt, vnde ex hoc optimè intulit *Immola in d. §. si quis rogatus circa fin. vers. item predicta lege* Pompeia *De parricid.* ple-
16 ctendos esse non minùs legitimos, & naturales delinquentes, quam naturales tantum; quod voluit etiam *Bal. in d. l. parentes, & in c. per tuas de probat. Innoc. Abb. & nonnulli alij canonistæ in c. nonnulli §. sunt. de rescrip.* ad quos naturales actus nō dum mares, sed etiàm fęminas teneri perpense fundaui in *florileg. ad Rub. de filio voc. patrem in Ius. sinè venia.*

Sicut nec minus loquar de istorum liberorum priuilegijs, dum paulatim ferè omnia diuersimodè in varijs locis huius operis tacta sunt in fauorē mulierum.

Sunt etiàm multæ aliæ filiorum species; quarum diuersę connumerā-
17 tur ab *Angelo inst. de pupill. subst. nu. 8.* ab addentibus ad eum in *§. nouissimè de Senat. Consul. Orphic. lit. A. & à Zuichem super inst. de success. ab intest. n. 25.* & latissimè *Cagnol. in l. si qua Illustris, C. ad orfician.* nempè quod alij sunt legitimi, & naturales, alij, vt dictum est legitimi tantum, alij naturales tantum, alij manceres ex meretrice nati, alij spurij scilicèt ex incerto patre, alij adulterini, alij incestuosi, nempè nati ex collateralibus, alij nefari qui procreantur inter ascendentes & descendentes, alij legitimati, & isti sunt in multiplici differentia, & alij spirituales, quorum bonitas cooperari, & aliarum specierum infamias de quibus non sum hic locuturus, cū nullam prærogatiuam in corpore iuris habeant, dum omni honore, auxilio, & priuilegio indigni sunt, sed tantùm nonnulla dicam ad fauorem legitimatorum, quos æquiparare, & cum legitimis vnire non erit reprehensibilis error, nàm plus iuris ex legitimatione, quam ex natiuitate retinent, & ad fauorem naturalium, qui non adcò sunt à *l. destituti*, quod necessitatis fame perire possint.

Nec mirum sit si de filijs discursus appareat, dum oportet de masculis fari, vt fæmina sub eorum nomine
18 comprehendatur per adducta latissimè superiùs *cap. 2. nu. 155. & seq.* & de filijs discurrere, vt ad filiarum prerogatiuas deueniri possit, etenim appellatione filiorū, etiā filiæ veniunt, vt in *l. cognoscere 56. §. liberorum, & l. liberorum 220. ff. de verb. signif.* de quibus late *Fusar. de substit. q. 311. per tot.*

Legitimati sunt, ni fallor velut insitiuij naturę, vt faciunt agricolæ, qui eorum diligentia, & affectione inse-
19 runt spinis, vel alijs bastardis plantis dulces fructus; quibus vnitis, non dignoscitur amplius stipes naturalis, sed vera pomorum arbor iudicatur: filii igitur non nati in constantia matrimonij dicuntur naturales; accedēte legitimatione dicuntur legitimi oblita originis natura, dum fructus legitimorum producunt in eorum actionibus, successionibus tàm ex testamento, quàm abintestato, negotiationibus, contractibus; & alijs actibus ab eis qualitercumq; gestis, vndè hic nota plus prodesse, & preualere accidentalia, quam naturalia.

De filijs his naturalibus, qualitèr legi-

legitimentur licèt tractent *DD. in c.*
20 *peruenerabilem* 13. vbi latissimè *Abb. Panorm. qui filij sint legitimi*, ex qua legitimatione fiunt habiles ad omnia quæ antea erant eis interdicta, & signantèr ad originem, ad honores, & dignitatem patris secundum Bal. *in l. cum legitime, ff. de statu hom. & in l qui in prouincia de ritu nupt.* quem adducit *Aret. in §. sed siquis in fine inst. de ingen.* & firmat *Gram. eod. tit. instit. nu.* 10. dùm ex natiuitate iura matris tantùm retinebant per *tex. in l. lex natura* 24. *ff. de statu hom.* ibi *lex natura est, ut qui nascitur sine legitimo matrimonio matrem sequatur, c. fin.* 32. *q.* 4. *& Vulteius lib.* 2. *iurisprud. Roman. cap.* 17. nisi lex specialis aliud inducat, licèt hoc intelligendum sit quoad conditionem libertatis, vel seruitutis, non quo ad honores, & originem, vt per multa iura tenet *Angel. in §. sed, & si quis n.* 2. *instit. de ingen.* & vide *gl. inst. de nuptijs, §. fin. lit. E.* ratio prefatorum est quia legitimatio, est decus, & honor *Abb. in cap. perpenerabilem num.* 3. Circa quę, tu nota cum *Bart. in auth, quibus mod. nat. effic. legit. n.* 14. *& Veussembec. lib.* 41. *Digestorum de natal. restitue. fol.* 724. ideò præfata procedere quod habilitantur legitimi per legiti-
21 tionē ad tam magnā prærogatiuā, quia legitimatio est natalium restitutio purgans vitium genituræ *Zuichē. super inst. alias cit. tit. de success. abintest. nu.* 64. ita & taliter, quod conseruant agnationem, & familiā genitoris secundum *Hieronym. Buccaferr. Bononiens. consil.* 27. vbi plures adducit à die natiuitatis, & conceptionis, cum ad illud tempus legitimatio retrotrahatur *Bar. vbi sup. num.* 15. quamuis postmodum contrarium sentiat *in §. tribus n.* 4. *auth. quib. mod. nat. effic. sui,* At *in l. gallus* meliùs recordatus, *§. & quid si tantum. n.* 14. vbi addentes *ff. de lib. & posthum.* inhæret primæ opinioni dicens, quod isto medio tempore, quo legitimatur, fingitur non fuisse spurium, & eodem modo si mulier adultera mortuo primo viro, adulterum ducat in sponsum, vt accidit sæ-
22 pissimè non poterit ampliùs de adulterio accusari; dum per matrimoniū videtur deleta omnis infamia, & reposita in primeuum statum suæ bonæ conditionis *Grill. de pęn. omnifar. coit. vers. sed quando num.* 17. *fol.* 452. *ater.* Nihilominus duos dicam esse principaliores modos, per quos legitimatio fieri solet, scilicet per subsequēs matrimonium, & per rescriptū principis, vt per *Ostiens. in sua summa lib.* 4. *qui filij sint legitimi nu.* 9. *& seq.* tenet *Io: Fab. inst. de nupt. §. aliquando;* secundum quem, sublatas esse de iure ciuili requisitas sollenitates in hanc legitimatione per ius canonicum satis patet, quod confirmat, *Reg. Sanfel. decis.* 342. *tom.* 3. & *Aldobrand. eod. § citato*
23 *nu.* 15. vbi dicit instrumenta dotalia non esse necessaria in matrimonio subsequenti filio nato ad ipsum legitimandum, vt erat dispositum in *l. cū quis* 10. *C. de natur. liberis.* vndè *Azo in summa. C. de nupt. ad fin.* dixit, maximum esse nuptiarum effectum, tamē hoc intelligitur, quando non sint nati in statu prohibito, nempè, quod matrimonium potuisset tunc inter eos contrahi iuxtà *tex. in § fin. inst. de nup. l. cum quis* 10. *C. de natur. lib.* & latissimè *gl. in Rubr. de hæred. quæ ab intest. defer. lib.* 3. *inst. in princ.* qua de re dixit *Host. eod. tit. cit. nu.* 3. quod, & si filij nati in concubinatu legitimētur, nihilominus, qui ex clandestino matrimonio proueniunt, à tali gratia sunt exclusi, quia fuit decepta Ecclesia.

Per quam legitimationem filios admitti ad omnia Iura legitimorum,
24 & naturalium non dubitamus, cum transire videantur in potestatem patris secundum *DD. supracitatos,* & præcipuè Bart. *in d. auth. quibus modis natur. efficiuntur legitimi nu.* 2. 3. *&* 4. dùm legitimatus dicitur verè filius legitimus *Mangr. ad Bart. in l. adeò quidem* 7. *ff. de acq. rerum dom. &* Iacob. *Anell. de Bottis in l. si is qui pro emptore*

in ver. vel legitimus ff. de vsucap. Iaf. in l. hac consultissima, §. ex imperfecto n. 2. C. de testam. eo, quod vti naturalis priùs, absq; subsequenti legitimatione non poterat dici in potestate patris, secundum *Aldobr. vbi sup. num. 7.* nèc officit, quod adsint alij filij legitimi cum etiàm in eorum præiudicium circa alios naturales legitimatio concedatur; vt dixit *Angel. in tit. de hæredit. quæ ab intest. defer. §. intestatorum num. 4. & Gram. inst. de ingen. num. 11.* qui pulchram distinctionem in hoc adducit, imò ipsis inuitis, & contradicentibus, secundum *Præs. Vrs. de success. feudi parte 1. quæst. 3. art. 2. & Regens Merlin. tom. 1. controuer. forens. cap. 1. num. 34. & centur. 2. cap. 88. num. 2.* sicùt ecc minùs retractari potest ob superuenientiam liberorũ, quià est actus consumatus: puta Titius fecit filium cum concubina, ipsũq; legitimauit; si postmodum ducat vxorem, & cum ea filios legitimos, & naturales procreauerit, legitimatus remanet cum ante acquisitis iuribus legitimationis, est ratio; nam si actus iste, vt dictũ est fieri potest in præiudiciũ legitimorũ existẽtiũ à fortiori valet in præiudiciũ eo ũ, qui adhuc non sũt in essentiâ perbellè *Mangr. ad Bar. in l. titia seio, §. imperator ver. si vnquã in princ. ff. de lega. 2.* & alij addentes ad eũ dẽ *Bar. in l. gallus, §. & quod si tantũ, ver. trahatur retro, ff. de lib. & posthum.* vndè si statutum dictaret, vt stantibus filijs legitimis, filiæ non succedãt, ex-
25 cluderentur per filios legitimatos, secùs autem si diceret stantibus filijs legitimè natis, quia cum sit inspecta natiuitas, legitimati, qui priùs erant bastardi, non comprehenduntur, dùm fictè inde per legitimationem dicuntur legitimi, & verba statuti debent verè, & non fictè intelligi, vt tenet idem *Angel. §. fin. de nup. nu. 9. per text. in l. 3. §. hęc verba vbi glos. in marg. ff. de neg. gest. de Afflict. decis. 21. n. 10.* & tantò magis quod est contra ius commune quo ad successionum parẽtũ vocãtur tã filij, quam filiæ, vt infra; hæcq; iura adeò vera sunt, quod si pater fecerit testamentum, & deindè filium suum legitimauerit, si denuò non testetur, rumpit testamentum prædictum sicùt posthumus, vt ex professo docet *Abb. lib. 1. cons. 86. nu. 2. Bar. in §. si quis igitur in fine auth. quib. mod. nat. effic. sui. Paul. de Castro cons. 221. Roman. cons. 34. & Petr. de Anchar. cons. 292.* est ra-
26 tio secundum *d. Bar. vbi sup. num. 7.* quod isti legitimati sunt legitimi successores patris, & hanc opinionem tenuit *Mangrella ad eundem Bart. in l. adeo quidẽ ff. de acquir rer. dom. in prin.* (quod idem erit si post factam legitimationem testetur, & eum prætereat) potest namq; venire aduersus testamentum, illudq; infringere per quærelam; tamen si aliquid ei relinquat, & minus legitima erit, non nisi actio ad eius supplementum à lege conceditur, cum non possit prerẽdere plusquam verè filius legitimus, & natura-
27 lis à principio, dum non plus illi; quã isti pater tenetur, *§. & quam variè, auth. quib. mod. nat. effic. sui;* latissimè *Reg. de Marin. to. 2. c. 99.* ad quam admissionem vocantur etiàm filiæ legitimatę, dum liberorum appellatione, vt supra dictum est, filiæ continentur, & cum disponatur in *§. siuè igitur, & §. si autem auth vt cum d. appell. cognosc.* de necessitate natos patri, ab eo instituendos esse hęredes, vel expressè cũ causa exhæredãdos. Ibi, *Et scripti hæ-*
28 *redes nominatim, vel nominatus causã,* & sequitur in fine *d. §. si autem. Ne liberi falsis accusationibus condemnentur, vel aliquam circumscriptionem in parentum substantijs patiantur, & instit. de exhared. liber.* debent expressè nominari hæredes, vel exhæredari, tã filij, quã filiæ, cũ hæredis nomen vtramq; habeat significatio-
29 nem, masculinam, scilicet, & fęmininam *l. 1. C. de legit. hæres. Mãsic. lib. 11. de coniect. vlt vol. tit. 14. nu. 12.* si filię igitur legitimatę nõ instituãtur à patre, benè poterunt tabulas vulnerare ad annullandum patris testamentum contra *Conn. lib. 10. cõmen. Iur. cap. 1. lit.*

sit.D.fol.mihi 625. qui circa hoc male sentijt,& parcat mihi; dum dixit. *In filiabus autem,& reliquis nepotibus; quibus cum non est tanta natura coniunctio non errasse testator,sed noluisse eas heredes esse creditur, & prateritio illa similitudinem quandam gerit exheredationis tamquam non instituerit quos sua nolebat successionis esse participes;ratio autem videtur esse in filias,quod eas sexus diuersitas separat aliquantum,& distinguit à patre cum quo eadem esse persona fingi non potest, & quia mulier, & quia non est illi suo patri paritura liberos, sed marito suo;* quæ ratio haùd mihi placet;dum Iura sanguinis concurrunt,tam in masculis,quam in fęminis,& propterea ad naturæ debitũ vnicuicq; quisq; generans tenetur, & cum non sint à lege prohibitæ,ad legis beneficium censentur admissæ; In hoc tamen potuisset procedere Connani doctrina; quando esset interdicta successio parentibus, nam tunc præteritio, testamento non noceret; puta si essèmus in feudis, in quibus regularitèr fęminæ non succedunt;& ideò si essent præteritæ non inualidarent testantis dispositionem, cum vllam in rebus his retineant actionẽ, *c.1.* §. *hoc autem de ijs qui feudum dare poss.* Ibi, *Hoc autem notandum est, quod licèt filia,vt masculi patribus succedant, legibus tamèn successione feudi remouentur.* & *Io: Fab.inst.de seruili cognat.n.6.* quamuis hodiè correptum sit, cum & quoq;fęminas in feudis succedere ex communi consuetudine doceat *Clar.* §.*feudum q.73.nu.3.& dictum est sup. cap.2.nu.14.& seq.*

Quod à fortiori procedit in terminis nostris filiarum legitimatarum, quę non possunt feudis succedere per *tex.in c.1.* §.*naturales si de feudo defũcti &c.* & propterea tanto minus aduersus testamentum instare,cum non instituantur; licèt in hoc *Oinot. lib. 3. inst.de success.filiorum naturalium*, dicat secundum ęquiorem opinionem,
30 quod concesso feudo alicui,& eius filijs legitimè natis,comprehendantur in successione etiam legitimati per *glos.in c.innotuit 20.vbi etiam Canonista vers.coniugata de elect.* dicentem
31 *appellatione legitimè natorum venire, etiam legitimatos*; (dummodò non simus in statu Ecclesiastico, in quo legitimati per rescriptum Principis nõ veniunt appellatione filiorum, vt refert *D.Reg. Capyc. Latro vol.1.decis.3. nu.17.*)tamèn opinio cõmunis,& magis communis est in contrarium; sed oportet vt legitimatus in feudis succedat, quod tempore legitimationis in speciè legitimetur ad feuda;quam opinionem originalitèr tenuit *glos.in d.c.naturalis,ver.cęteris*, & sequuntur alij DD. communi voto adducti per *Clar.in d.§.feudum q.82.nu.2.* & antè *Sebastia.Sap.ad Abbatem in c.cum vinton.de elect.n.9.* & magistralitèr *Isern. in d.§.naturalis nu.1.2.& 3.* & in hoc videas *Pref.Vrs.de success.feudi par.1. q.3.art.2.nu.11.& art.3.nu.1.& seq.* de quo feudo intelligatur.

At ipse,vt securiùs sit iudicium,hac vtor distinctione, quod aùt sumus in legitimatis per rescriptum Principis, aùt per subsequens matrimonium. Primo casu procedit secunda opinio, secundo casu prima æquior, cum per matrimonium, quod sequitur Ecclesiæ, authoritate vlla datur differentia inter filios legitimatos, & filios legitimos, & naturales, nec tanti Sacramenti virtus potest diuidere actus, vt imperfectiores sint illis,qui à prĩcipio legitimè nati sunt, sed ęqualitèr adequat cũctos; & ne in hac mea opinione authoritate caream,adduco hic in punctis omninò videndum *Olinerium Textorem Gallum inst. de success.abintest.num.63.* vbi sic loquitur, *Ita quod recipiens emphiteusim, vel aliam quacumq;rem non nobilem, nec alias priuilegiatam pro se, & filijs suis legitimis: appellatione legitimorum non comprehenduntur legitimati per rescriptum Principis,sed benè persequens matrimonium.* secundum *Bal.per illum text. in*

l.si.

32 *l.finali, C.de ijs qui veniam at.impetr.* & antè eum *Abb. in c.innotuit sup. nu. 18. de elect.* & faciunt dicta *Bar.* & si per generalia verba *in auth. quibus mod.natur. effic. legitimi num.* 12. vbi *addent.lit.A.* qui dicunt plura concessa esse filijs legitimis per subsequens matrimonium, quam per rescriptum Principis; quod etiam comprobat *Isern.in in d.c.1.eod.§.naturales nu.18.* dans rationem, quia quoad omnia est factus legitimus vigore matrimonij omnem maculam purgantis.*c. tāta 6. qui filij sint legit.* prout etiam dixit de statuto vocante agnatos ad successionem, quod legitimatus per subsequens matrimonium venit comprehensus pro successore ad alios remotiores excludendum verus filius est, vt tenet *Blanc.de comprom.q.3. ver.legitimati*, quicquid in contrariū dicere videatur *Neap. in cons.si quis, vel si qua de success. ab intest. ver. sed quid si sunt legitimati fol.122.* & *Roman.sing. 225.* aliud dixit, nempè per ingratitudinem posse reduci legitimationem filij legitimati per rescriptum Principis ad illegitimationem, sed non legitimati per subsequens matrimoniū.

Nota tamèn, quod licèr (vt nosti) sequens matrimonium potentius sit Principis rescripto pro legitimatione filiorum, nihilominus in alijs casibus, quam in successione est minoris valoris, & fignantèr in hoc, scilicet, quod matrimonium non legitimat spurios,
33 incestuosus, adulterinos, & alios ex damnato coitu natos, quia non est cōpatibile ad validandum similia scelera nefariorum vitiorum, excepto, tamèn nato ex clerico in minoribus constituto, qui cum non comprehendatur inter ne farios, legitimatur per subsequens matrimonium, licèt spurius sit secundum *Bald.in l.paulus 11. nu.5.ff. de statu hom.* sed rescriptum Principis legitimat tales filios ex mera eius gratia, vt tenet idem *Oliuerius Textor.vbi sup.nu.61.fol.mihi 251.* qui est vnitus cum *Zuich.sup.institut. Bal. in l.qui in prouincia.ff.de ritu nupt.* vbi dicit *nu.3.* per Imperatorem posse legitimari spurium etiam incestuosum. & *Aldobr.* qui declarat, quomodò hoc procedat *inst.de nupt. §. aliquando nu. 11.Theod.alleg. 18.n.53.& 54. Velasq; decis.158.lib.2.& Reg.de Ponte in tract. de potest.Proreg.Rubr.de legitim.in fin.* prout videmus multa alia permitti ciuili lege, vt dictum est suo loco de concubitu, & meretrice, quæ iure canonico improbantur, vt videre est apud eundem *Oliuer. Textor. d. tit. de success.ab intest.nu.30.& seq.*

Sic etiam filia legitimata si à patre non instituatur in Regno nostro, non rumpit testamentum, dum non potest
34 succedere ab intestato per constitutionem in *Aliquibus de success. filior. comitum &c.* per quam à paterna successione excluditur ob existentiam masculorū, prout expresse tenet per *Bar.Bal.Imol.& alios, Angel. Aretin. inst.de hæredit.quæ abintest.deferuntur, in §.ita demum n.4.* dum filia legitimata includitur sub statutis excludentibus fœminas propter mares, ita *Hieronym.Boccafer.cons.55.n.15.* qui plures in hoc congerit authores, quorum fecundum me articulus non indiget authoritatibus: dum est naturalis ratio, quæ sufficit pro omnibus suadēs; quod si sub tali statuto non includerentur legitimatæ, essent filiabus legitimis, & naturalibus qui excludantur per masculos melioris conditionis, quod præsumere absurdum est, &
35 diximus *sup.n.25.* Difficultas tamē residet, si filia legitima, & naturalis stāte statuto prædicto, possit etiam excludi per filium legitimatum, & in hoc *Alex. ad Bart. in l.cum acutissimi, C.de fideicommissis cum Paulo Castrensi* per eum adducto tenet partem negatiuam, hac ratione, scilicèt, quod verba statuti, vel testatoris loquentis de filio masculo debent intelligi in pro-
36 prio significatu, & sic de illo, qui est legitimus, & naturalis ex origine, & non ex accidenti per *text.in l.fin. C.de*

his

bis, qui veniam ætatis impetr. & tanto magis, quod statutum hoc, & si fauorabile dici possit pro filijs masculis, & decore familię, nihilominus est odiosissimum respectu fęminarum, quæ ab ea successione excluditur, ad quam per naturalem, & ciuilem legem admittebātur, & propterea interpetratio verborum strictè fieri debet per *text. in c. odia* t 5. *de regul. Iur. in 6.* Attamē *Bal. in eademmet lege cum acutissimi* tenet contrarium, & ratio patet ex supradictis, quod per legitimationem vlla datur differentia inter veros filios legitimos, & naturales; & filios legitimatos; ita & taliter, quod si quis sit bastardus, & contractis nuptijs per patrem, alius nascatur, si deindè naturalis legitimetur, sibi iura primogenituræ debentur: potest esse casus, quod duas quis habuit vxores, quarum vltima erat concubi-
37 na, quę postmodum prima mortua, desponsatur, filius naturalis cum ea procreatus legitimatus per matrimonium subsequutum post natiuitatem filiorum legitimorum cum prima vxore pręcedit in genitura alios liberos legitimè natos, sic addentes ad *Bar. in l. gallus, §. & quid si tantum ver. trahatur retro lit. H. ff. de lib. & posthu.* & propterea excluditur filia per legitimatos in casu statuti, quia & si videatur odiosum circa fęminas, est fauorabile circa mares, quorum partes potiores sunt ob agnationem, quam seruant quę per eos semper viuit, vnde videntur concurrere duæ causæ in mente statuentis, dilectio masculorum, & familiarum decus, quę preualent causę simplici filiationis circa fęminas, vt ex *Port. inst. de adopt. § non solum n. 4.* quod comprobatur ex hoc, quod si testator faciat institutionem, vt decedente instituto sine filijs legitimis, & naturalibus succedat Caius, si institutus relinquat filium legitimatum;
38 substitutus excluditur, vt ex communi scribentium sententia concludit *Iac. Anell. de Bottis in addit. ad Bar. in l. generalitèr, §. cum autem vers. excludunt lit. B. C. de inst. & subst. & in d. §. & quid si tantum, citato vers. trahatur retro in medio, col. 2.* quod nouissimè comprobat etiam pro legitimato per rescriptum Principis *D. Reg. Capyc. Latro decis. 3. vol. 1. nu. 18.* post relatas hinc indè opiniones; vbi similitèr concludit in fortioribus terminis fideicommissi, in quo tales legitimati comprehenduntur: est tamèn verum, quod dictus *Regens* vtitur *distinct Fach. controu. Iur. lib. 4. c. 3.* scilicèt, quod si legitimatio per rescriptum Principis fuit facta antè dispositionem; & fideicōmissū claudicat; sin autē post, & nec substitutus, nec fideicommissarius excludi debet; quia videtur facta in eorum pręiudicium attenta *bulla Pij IV.* quam adhuc seruari debere in terris Imperij fundat idem *D. Regens ibid. nu. 22. 23. 24. & seq.* ratio prędictorum est alias adducta, quod filius legitimatus pro vero filio reputatur, vt per *Alc. in l. cognoscere ver. sui Iuris de verbor. signif.*

In bonis autèm maternis idem procedere non est ambigendum, & si legitimatio fiat per subsequēs matrimonium, filius, vel filia sic remanet abluta patri, sicut matri in macula naturalis originis, & propterea eodē modo vni, sicut alteri succedere debet; sin autèm per rescriptum Principis, (prout quendam vidi annis nupèr
39 elapsis filium certi Ianuensis, qui fuit postmodum ad doctoratus gradum promotus) & adhuc matri succedit dummodò non sit illustris. *l. si qua illustris 5. §. fin. C. ad Senat. consul. Orfic.* ibi, *Eos etiam cum legitimis liberis ad materna venire bona, qua iure legitimo in suo patrimonio possides nulla dubitatio est;* ratio patet, quia cum concurrat naturalis actus procreationis, per quā quis sit filius matri; ipse tantum sufficeret, absq; legitimatione, vt succedere potuisset; sed in mulieribus nobilibus, quæ non debent fędari in honestate, vt decus genitorum in posteris

seruetur, non procedit ista successio,
ne eius memoria iniuria afficiatur,
de quibus vide Io: Fabr. inst. de seruili
cognat. §. receptis itaq; nu. 4. dummodò
dicta illustris meretricio non se de-
derit; tūc enim omni maiorū denigra-
to nitore tractanda est, vt omnes aliȩ,
cum non natalia; sed opera decorent
genimina, vndè filij ei benè succedūt
Oliuer. Textor. d. tit. de success. ab intest.
ver. suis igitur nu. 32. 33. & seq. vel se-
cundum aliam limitationem, non
sint filij nefarij, incestuosi, spurij, & si-
40 miles, isti namq; ac à lege damnati,
etiam materna successione priuantur
gl. in auth. ex complexu ver. indigni, C.
de incestis nupt. prout sunt, & filij cleri-
corum qui dato sint procreati cum
meretrice, matri non succedunt, au-
41 thore Abbate in c. per venerabilem nu.
32 qui filij sint legitimi, est ratio, quia
habentur, ac si non essent, & non en-
tis nullæ sunt qualitates l. diuus 35. ff.
de milit. test. & diximus sup. cap. 1. sub
nu. 14. estq; adeò verum, quod sub ap-
pellatione filiorum non comprehen-
duntur, vt dixi in Florileg. ad Rubr. de
adopt. Testatur tamen Abb. vbi sup. n. 3.
plures ex his filijs clericorum fuisse
promotos non dùm ad Episcopalem,
verùm etiam Pontificalem dignitatē;
quod apertiùs declarat text. in cap. 1.
incipiente Osius Papa 56. dist. sed ta-
men non priuantur alimentis, ad quȩ
teneri à fortiori matrem voluit tex. in
42 l. si quis à liberis 5. §. idem in liberis ff.
de liber. agnoscend. & de Franch. decis.
145. vel non habeat filios legitimè
procreatos secundum Oin. de success.
spuriorum in fin. in lib. 3. instit. fol. 226.
Ang. in §. nouissimè ex Senatus Consul.
Orfic. nu. 6.
43 Sed an legitimatus, vel legitimata
admittantur ad successionem Aui,
auunculi, & aliorum cognatorum do-
cent hæc verba §. filium auth. quib. mo.
nat. effic. sui, quȩ formaliter adducun-
tur, scilicèt, Filium verò per huiusmodi
causam factum legitimum, ipsum soli ge-
nitori legitimum facimus, non etiam ex-
tranȩ cognationis patri (dicimus autē,
& ex quibus ille natus est, & qui ex v-
troq; sunt, & qui ex eo processerunt) fa-
cimus eum velut ex quadam machina-
tione cognatum. sancimus enim ablatum
curiæ naturalem filium solummodò patri
legitimum fieri successorem, nullum ta-
mèn habere participium ad ascendentes,
aut descendentes, aut ex latere agnatos,
vel cognatos patris, aut illos aliquod ha-
bere participium ad illorum successiones
ȩquum etiam ei dantes priuilegium, vt
sicut nec cognatis patris, nec illis sit iste
successor nec illi ad eius vocentur succes-
sionem, nisi fortè scripserit, aut ipse illos,
aut ab illis scribatur, soli enim patri sint
legitimi, & cognati esse credantur, &
notat Bar. in auth. quibus mod. natur.
effic. legit. nu. 8. & d. auth. quib. mo. nat.
effic. sui, §. tribus n. 3. & 4. De reliquis
autem si plenariam cupiès horum
legitimorum habere notitiam, adeas
Marc. Ant. Blanc. de Comprom. q. 3. n. 38
ver. legitimati fol. mihi 72. ater. & seq.
Naturales autèm filij, qui sint, vt
eos possim clarè demonstrare, sit fas
44 mihi transcribere hȩc quȩ dicit Abb.
in alias citato c. per venerabilem qui filij
sint legitimi nu. 31. scilicèt, Licèt omnes
nati ex soluto & soluta ex communi vsu
loquendi dicantur naturales; propriè ta-
men naturales sunt nati ex concubina
retenta in domo, quia alij licèt natura-
litèr propriè sint geniti, non tamen me-
rentur appellari naturales ex quo sunt
nati ex damnato coitu, vt habetur in
auth. quibus mo. natur. effic. sui, §. si ali-
quis autem defunctus, & hoc etiam sen-
tit gl. in c. nisi cum pridem de renunc. et
vide specul. in tit. de success. ab intest. §.
1. ver. nunc de naturalibus, vbi dicit
tria requiri ad hoc, vt filij dicantur na-
turales. Primo quod sint nati ex soluto,
& soluta, itaquod inter eos esse matri-
monium potuisset. Secūdo quod ex concu-
bina retenta in domo; Tertio, quod sit
vnica concubina, nam si quis habens plu-
res concubinas, susceperit ex eis filios, isti
non merentur dici naturales propter
effrenatam libidinem parentum, hoc vi-
de-

detur de mente text. in auth. quæ allegata, & hæc bene nota propter statuta, quæ faciunt mentionem de naturalibus, & vide bonum text. in c. fin. 32. q. 4. quam *Abbatis* doctrinam comprobarunt *Iacob. Spiegel. ad lexicon Iuris in ver. naturalis filius, & Zuich. super inst. de success. ab intest. num. 25. & seq.* & antè eos *Alc. in l. cognoscere 56. ff. verb. signif.* & est *tex. in l. 3.* vbi *Bar. ff. de concub.* & nouella *const. Iustiniani Imperatoris, vt in const. 34. cap. 123. de his, qui sinè liberis, & vxoribus.*

Vnde ex his, duæ desumuntur cõclusiones.

Prima, quod largo modo, omnes illegitimi possunt dici naturaliter orti, cum naturæ opere omnes nascantur, & sic naturales dici, licèt impropriè, cum ex damnato coitu prouenimant, quod tunc est, quando nõ dùm à lege canonica, sed à ciuili, etiam improbantur, & est accusabilis, & puni-
45 bilis, vt sunt adulterini incestuosi, & alij notati per *Oliuer. Textor. d. tit. de success. ab intest. nu. 25. & seq.* pro quibus nota tantum hoc, dùm plus pro eis fari non præsumo, quod si in costantia matrimonij nascantur, & ignorantèr procreantur, non impro-
46 bantur à lege iuxtà doctrinam *Bal. in l. qui contra 4. nu. 8.* vbi latè addentes *C. de incestis nuptijs*, cuius verba hic adduere curaui, vt præfatorum clariorem sensum perciperes, & sunt. *Quæro tertio circa filios; an filij sint legitimi, & dic si vterque sciuit sunt spurij, nec sunt digni ali, vt in auth. ex complexu, si verò vterq; ignorauit, vel alter tantum: tunc filij sunt legitimi secundum canones, & iura allegata hic per gloss. & extra qui filij sint legitimi c. 2. in fin. & quod satis sit, si vnus ignorauit, facit ff. de liberali ca. l. duobus, secundum Iacob. de Aret, & istud est nota dignum. Pone Berta accepit in maritum quendam Sacerdotem, qui fingebat se laicum, & ipsa mu-*
47 *lier credebat hoc, quia sacerdos, Anglicus erat, & ipsa Perusina, num quod filij ex isto matrimonio nati sint legitimi? certè sic, ergo sunt sui, & in potestate, quod est mirabile. Econuerso quadam monialis de* Francia *venit ad* Ciuitatem *Perusij, & quidam eã monialem accepit in vxorem, & nati sunt inde filij, isti filij sunt legitimi. Item pone, quod* Berta *habebat alium virum, de quo ignorabatur, & ego ignorans accepi eam in vxorem de facto, filij qui nascuntur sunt legitimi propter ignorantiam, & succedunt parentibus, & ex hoc pono conclusionem talem; quod cũ ignorantia facti præsumatur, qui vult dicere istos filios illegitimos; debet proba-*
48 *re scientiam, quod est nota dignum;* & ipse addo dari hic casum, quod plus præualet, & prodest ignorantia, quam scientia.

Secunda, quod proprio vocabulo, & in stricta significatione naturales propriè dicuntur qui ex concubina domi retenta nati sunt, & isti admittuntur ad iuris beneficia naturalibus concessa secundum *DD. supra citatos.*

49 Vndè nota primo, quod si disponeret statutum aliquid pro naturalibus liberis, de his tantùm cum concubina procreatis intelligendum esset, vt colligitur ex supracitato *c. fin. 32. q. 4.* & *Abbate* clarissimè *vbi sup.*

Secundo nota, quod dum filij spurij, & alij à iure prohibiti, non possunt pro filiis reputari, multò magis non
50 possunt esse in potestate patris, nec ei abintestato succedere, vt docet *Angel. in §. si aduersus nu. 1. inst. de nuptijs. Herman. Vulteius lib. 1. Iurisprud. Romanorum cap. 17. fol. 97.* per *text. in l. 3. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.* Ibi, *in potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptijs procreauimus;* cuiuris patriæ potestatis, quot sint optimi effectus habes apud *DD. institutistas in Rubr. de patr. potest.* & per consequens de familia nullius cum vllũ possint habere in parẽtem, nec aliquẽ suum proprium fuisse genitorem ostendere secundum *Vulteium vbi sup.* & habetur ex *Alc in l. pronunciatio ser-*
51 *monis 195. nu. 30. & 31. de verborum signific.* & à nemine alendi, quia cum

vulgo concepti sint, ignorant patrem *glos. in* §. *nouissimè litt.* K. *inst. de Senat. Consul. Orphic.* §. *vulgo quæsitos inst. de gradibus*, *& in* §. *si aduersus de nupt.* vbi dicit, *quod cui pater est populus, pater est sibi nullus*, & demonstrat etiam *Lexicon iuris in verb. Spurium*. imò multotiès nesciunt, nec minus matrē, dum vix pariuntur, quod nudi, & infantes quandoq; in publico proiiciūtur, & poni solent antè fores alicuius Ecclesiæ, matris omnium, & in hac Ciuitate adest Venerabilis domus SS. Annunciationis B. M. semper V. meæ aduocatæ per hæreditariam deuotionem, in qua recipiuntur omnes expositi, & sūptibus dictæ domus lactantur, & nutriūtur, & si feminę sint, etiam dotantur, & eorum cognomētum est *Esposito*, vel talis *dell'Annunciata*; quod quidem est magnum charitatis opus honori tradere in honestarum genitos, sicut nec minus alimentari debent alij filii incestuosi, & nefarii, non quod ignorent parentes, sed ob criminis immanitatem, vt supra dictum est, in cuius pęnam vult lex, quod licèt sint certi genitores, eos vult pro incertis habere ad abolendam sceleris memoriam; nam quid peius, quid exosius, quid detestabilius dici, quam filius incestuosus natus ex fratre, & sorore; patre, & filia, & similibus; sancta igitur fuit iuris prouisio *in auth.* alias adducta ex cōplexu C. *de incestis nupt.* desumpta ex §. *fin. auth. quib. mo. nat. effic. sui*, vt ex *complexu nefario*, *aut incesto*, *seù damnato liberi*, *gl. in* §. *nouissimè institut. de Senatus Consul. Orfic. vers. admitti*, *nec naturales sunt nominandi omnis paternę substantiæ indigni beneficio, vt nec alantur à patre.* Bal. verò *in d.* §. *fin.* dicit, quod ex æquitate canonica spurii benè alendi sunt, prout etiam tenet *Capyc. decis.* 164. *nu.* 2. quod ipse nōn approbo, nisi casu, quo de patre certè
52 constaret, nam cum spurii dicantur, qui ex incerto patre sunt, à verbo greco *speirein*, quasi nil à patre teneāt prætèr semem, secundum *Gram. in addit. ad M. de Affl. dec.* 95. quem certum conuenire possint pro alimentis quidèm non habent; sed *Bar. in tract. de Alim. nu.* 17. ait etiam ex damnato coitu natos alendos esse, ex æquitate canonica per *text. in c. cum haberet* 5. *in fin. de eo, qui duxit in matr. quam poll. per adult. Abb. cons. infracitando*, ratio per *Bar.* esse potest, quod si patres peccarunt, non debent ipsi reportare pęnam delicti, vt fame pereant, & sint peioris conditionis, quam animantia bruta, ad quæ vide eundem *Bar. in l. si quis à liberis*, §. *vtrum, ff. de lib agnosc.* *& Alex. in l.* 2. *in pr. ff. de in ius voc.* optimè *Ferdinand. Vasq. lib.* 1. *contron. illustr. cap.* 48. *nu.* 41. & latissimè *Pasc. de Patr. potest. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 30. vbi ampliat id procedere etiam respectu clerici, qui tenetur alere, & dotare filiam spuriam, non dum de bonis paternis; immò in subsidium de fructibus beneficii, quia si peccauit generando, debet mereri educando, quæ alimenta, absq; onere deberi tenet *nu.* 33. & concludit debitum in hoc non dùm dari pro alimentis, sed etiam pro dote, vt patres filias spurias dotare teneantur *num.* 37. & antè docuit, *Panorm. cons.* 50. *num.* 2. *parte* 2. quę dos, & quæ alimenta, quomodo dāda sint, vide eundem *ibid. num.* 38. 39. *& sequent.* quoad auum tamēn hæc necessaria esse non puto, sed benè tantū si voluerit potest alere, vel hæredes facere, etiam si spurii sint de filio spurio, ità idem *Pasc. d. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 48. & antè optimè *Angel. vbi addentes in* §. *legari inst. de legatis*, & addentes ad *Port. in Rub. de tur. natur. ge. & ciu. litera* L. quibus addè *Gom. ad l.* 9. *Tauri*; *& Vasq. de testamen. cap.* 5. §. 7. *Rub. quomodo spurij succedant parentibus dubio* 1. 2. 3. 4. *&* 5. *f.* 290. 291. *& seq. Gabr. com. concl. lib.* 9. *de alim.* & nota secundum me filios spurios in speciè esse peioris conditionis spuriis in genere, sub quibus comprehenduntur quoq; incestuosi, quo ad ali-

alimenta, & successionem; dum ipsi, eum incerti sint, vt diximus non habent, quem conuenire: isti verò, sic, dum sciunt patrem incestuosum contra quem agere possunt secundũ *Pasc.d.cap.3 nu.31.* & circa illud, quod diximus de æquitate canonica, etiam illis esse præstanda alimenta, intelligitur spontè, non coactè, hoc est quod obligat conscientia, sed non lex quatenus cõpelli ad ipsa possint, ècontra verò debitum hoc, siuè æquitatem istam non procedere circa parentes spurios. voluit idẽ *Gabr.vbi sup.n.32.*

53 Itaq; relictis alijs de naturalibus verè tãtum, hic nonnulla congerã de natis ex concubina, vt supra dictum est *special.6.* quod quando maritali affectione tractatur, aliud non deficit, quã sacerdotalis benedictio pro matrimonii conualiditate; hocq; licèt canonico iure improbetur, vt prętèr suo loco dicta in *d.spec.6.* tenet *Abb.in d.c.per venerabilem sup.nu.32.* nihilominus filij, qui ex eis nascuntur verè filij naturales sunt, quod nõn procedit, quando quis eodem tempore duas haberet concubinas; nam & si factum non sit punibile in iure, vt nec minus infamiæ noxia tali concubinario irrogari possit, sicut irrogatur duas habenti vxores; nihilominus filij non possunt dici verè naturales; quia non præsumitur maritali affectione eas dilexisse, dũm vna tantum vxor, vno tempore permittitur cum vnum cor, vnumq; iecur habeat, ità in terminis *Ang.in §.illud nu.2.inst.de nupt.*

54 Et horum naturalium plura sunt priuilegia.

Primum, quod dicuntur de familia patris, & si tamen ipsi cognati dicantur, vt fundauit *Neap.sup. cons.si quis, vel si qua de success.ab intest.ver.ex patre fol.* 122. dum certè sciunt è quo perueniant, vt dixit *Alc.in d.l.pronun-*

55 *ciatio sermonis nu.30. & seq.* & proindè ab eo alendi sunt, *l.si quis à liberis 5 ff.de lib.agnosc.* qui licèt genericè loquatur; cum causa alimentorum fauorabilis sit; sub liberorum appellatione etiam naturales computandi sunt *Alc.in sup. cit.l.cognoscere ver. sui iuris, ff.de verb.significat.* Ibi. *Regulariter enim appellatione filij; etiam naturalis comprehenditur gl.in d.l.si quis à liberis lit.A. & Bar.in §.discretis nu. 1. auth.quib.mo.nat.effic.sui, & d.tract.de Alim.eod.nu.17.* & est *tex.in auth.*licèt *C.de natur.liber.*

Attamen alimenta tunc deberi putes, quando pater potest illa præstare, nam si tantum haberet quantum

56 pro se sufficeret, ordinata charitas vult, vt pius nobis, & deindè proximioribus benefaciamus, iuxta sententiam *Lucæ cap.19.* scilicet quod superest, debet dari pauperibus; & facit *tex.in l.præses 6.* vbi *Bald. & Salyc. C. de seruitut. & aqua*, & si iudicis officio danda sunt, quando in ęre habeat genitor, debet illa arbitrari, conditione personarum attenta, & rerum facultate perpensa, iuxtà *text.in l.fin.C.de Alen.liberis*, ac videre si filius aliundè viuere possit, si sit rusticus, qui possit laborare, vel ciuilis, si iuuenis, vel senex. & similia, vt habetur in *d.l.si quis à liberis cum suis, § §. ibi positis*, & apud *Bar. in §. discretis auth. quib. mo. nat. effic. sui.* & *Giurbam* latissimè *decis. 5.per tot. & propriè nu.7.& seq.*

Quod procedit non dũm quo ad patrem, verum etiam quo ad matrẽ,

57 tunc præcipuè, quando pater pauper est, vt dicit *Bar.in d.tract.de alim.nu. 13.* & diximus latiùs supra *c. 1. n. 14.* ad quod alimentorum debitum matrem cogere videtur *Vlp.lib.33.ad edictum in l.t. §. idem per contrarium, & in d.l.si quis à liberis, §.idem in liberis, ff.de lib.agnosc.* Ibi, *Ergo, & matrem cogemus, præsertim vulgo quæsitos liberos alere, necnon ipsos eam.*

Vndè colligimus naturali iure, non dum alimenta prestari debere liberis

58 à parentibus, sed etiam ècontra, vt patet in *pr.d.l.si quis à liberis, & in §.§. seq.* & circa hoc, mihi contingit consulere cuidam sutori, qui vexabatur ab

ab ipsius matre naturali pro alimentis, non potuisse compelli ad ea prestanda ex supra allegatis iuribus; quia cum nil aliud, quam actum presarciẽdo haberet, & labores non sufficiebãt pro victu suo, & eius familiæ iuxta *text.* dispositionem in *d.l. si quis à liberis, §. non tantum cum sua gl. lit. H. & l. legatis 6. ff. de alim. leg.* quod pleniùs postmodum declarat, vt est videre in *l. qui filium 4. C. vbi pupill. educari deb.* non tenebatur àd dicta alimonia. Sic èconuerso, quando alimenta possunt prestari, & alendus, est diues, non debentur, cum tantũ inopi hoc sit beneficium concessũ *d.l. si quis à liberis, §. sed si fil. ut, & in § non tantum alimẽta,* vbi Bar. Bald. *in l. de alimentis, C. de transact.* Abb. *in c. cum haberet num. 10. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adult.* Specul. *in tit. qui filij sint legitimi num. 9. & 10.* Gabr. *dicto titulo de alimen. conclus. 1. num. 27, Mar. in suo specul. ad singularia ibi posita in verbo alimenta. Matth. de Affl. dec. 10. nu. 3.* vbi *Vrs. num. 2. de Franch. dec. 605. & Thes. dec. 44. qua de re concludit Surd. de alimen. tit. 1. q. 78. n. 32.* quod ista alimenta non sunt danda, quando quis aliundè habet.

A quibus alimentis, nõ esse exclusas naturales filias constat ex *text. in*
59 *d. l. si quis à liberis, §. idem rescripsit;* imò etiam ad ea frater tenetur, quãdo alitèr non habet, vndè viuat per *tex. in l. qui filium, C. vbi pupill.* & hæc est magis ęqua opinio, & ab omnibus recepta, vt tenet *glos. in d. §. idem rescripsit ver. iustè.* Bar. *in supracitato tract. de alim. nu. 15. & §. discretis n. 3. auth. quib. mo. natur. effic. sui.* quam obligationem alimentorum ad dotem postmodum non extendi, nempè, vt pater non teneatur dotare filiam bastardam, tenet Bald. *in l. si pater dotem nu. 8. C. de iure dot. & n. 5. in 2. lectura,* & *Viu. opin. 340. n. 1.* contra *Pascalem* supra adductum.
60 Secundum priuilegium est, quod succedunt filii naturales patri, tam ex
60 testamento, ita quod instituti hæredes, non possunt, tamquam indigni hęreditate priuari, quam abintestato; tamen, si non instituatur, non possunt venire contra tabulas *Bar. d. §. discretis nu. 8.* dum eis aliqua legitima non debetur *Bal. in l. cuidam qui. num. 3. C.*
61 *de natural. lib.* est ratio prædictorum, quod cum inspecto iure naturali primæuo, nullus coitus sit dannabilis, sequitur quoq; vt nullus dicatur spurius, & qui sunt hodiè spurij, & legitimantur restituuntur primeuę naturę, *Bal. in Rub. inst. de iure nat. Gen. & ciuil. n. 6.* & propterea non est mirum, si naturales succedãt, tamen nõ per hoc cogitur pater eos facere hæredes, ita quod possent non instituti venire cõtra tabulas, vt diximus, & tenuit *gl. in l. 1. ver. naturales, ff. de bonorum possess. contra tab. et in § tam autem lit. G. inst. de inoffic. test.* idem Bar. *in §. si quis igitur nu. 8. auth. quib. mod. nat. effic. sui. Castrens. in l. si suspecta 29. §. de inofficioso nu. 2. ff. de inoffic. test. Clar. in § testamentum q. 42. nu. 4. & Craff. in § testamentum q. 36. nu. 9.* contra *D. Praes. de Franch. decis. 720. nu. 6.*

At vt clariùs præfata capias circa secundum caput ab intestato, videndum est quomodo pater decesserit, nempè si cum aliis filiis legitimis, & naturalibus, vel cum legitimis tantũ, vel cum vxore; nam si extãt legitimi, & naturales, vel alii prenominati, in isto casu naturales non succedunt, sed hæreditas danda est dignioribus;
62 alimenta, tamen si verè naturales sint ex vnica concubina denegari non possunt, secùs tamen si ex dannato coitu sint *auth. licèt cum gl. vbi alia inuenies circa hoc, C. de natur. lib. §. si quis igitur habens filios auth. quibus mod natur. effic. sui de Affl. decis. 96.* imò possumus dicere iuxta canonum dispositionem, quod hęc alimenta debentur, & successio ab intestato defertur his naturalibus in casibus à iure permissis, dato, quod nati non sint ex vnica con-

concubina secundum leges ciuiles, sed sufficit, quod perueniant ex soluto, & soluta, vt his beneficijs potiatur,
65 nempè, quod tempore eorum conceptionis potuissent nuptiæ inter eos contrahi, ita habetur *in c. tanta 6. qui filij sint legitimi, & in c. innotuit 20. de elect. Grat. discept. forens. cap. 35. nu. 30. & 958. nu. 3. 12. & 13. Peregr. de iure Fisci lib. 3. tit. 18. nu. 9. Reg. Rouit. cons. 74. nu. 8. tom. 2. Mastrill decis. 152. nu. 13. & per tot. & de Marinis*, qui sic decisum refert, tàm per M.C. quàm per S.C. *resolut. 255. nu. 16.* Deficientibus postmodum filijs legitimis, & alijs prænarratis; succedunt naturales in duabus vncijs scilicet in sexta parte hæreditatis, vt per *Mynsing. in §. nouissimè de Senatus Consult. Orfic. Balduin in §. si aduersus nu. 5. inst. de nupt. Didac. de Medrano cap. 3. nu. 5. de consensu connubiali*, reliquę verò alijs proximioribus consanguineis, deferũtur *Neap. in consuet. si quis, vel si qua de success. ab intest. ver. in bonis omnibus n. 177. f. 124.* in qua sexta parte si viuat mater naturalis eorum, etiam viriliter includitur *d. auth. licèt, & ibi gl. & nouell constitut. 34. cap. 123. de his, qui sine liberis, & vxoribus*, & prætèr eos successio aliqua nõ datur, nẽpè si decesserit filij naturales relictis liberis, hi, qui sunt nepotes auo naturali non
64 succedunt; etiam quod ipsi nepotes ex legitimo matrimonio proueniant, cum naturalis sanguis, vltra primogenitos non diffundatur, vt docet *Oliuer. Textor. de success. ab intest. verbis igitur*, sicut etiam naturales nepotes ex filio legitimo, & naturali prouenientes ex ijsdem rationibus nec minus eorum auo succedunt, iuxta tex. sanctionem *l. fin. §. fin. ff. de natur. lib. Conar. tom. 1. de matr. 2. par. cap. 8. §. 11. sub. nu. 5. fol. 277.* & adducit rationem, quia radix non desinit esse infecta, & in Francia est specialis cõsuetudo, quod naturales non succedant, testè *Viglio nu. 35.* loco infra citando.

Matri postmodùm alias datur successio; dũ quamuis adsint legitimi, & naturales, adhùc naturales cum dictis legitimis succedunt, *§ nouissimè inst. de Senat. Consult. Orfic. Neap. d. consuet. si quis, vel si qua de success. ab intest. ver.*
65 *ex patre f. 122.* quod intellige dummodò mater non sit illustris, tũc enim extantibus alijs filijs legitimis, & naturalibus; naturales tantum cũ ipsis ęquarare non est conueniens, *l. si qua illustris quinta alias citata, § sancimus, C. ad Sen. Consul. Orfic* Ibi, *Iustis liberis exsistentibus aliquid penitùs ab Illustribus matribus ad spurios perueniat*, vt etiam superius dixi, & latissimè firmat *Vigl. de success. ab intestat. nu. 34. f. 238. Roland. Passagg. eod. tit. de succ. ab intest. nu. 27. f. 549. & Cagnol. in d. l. si qua Illustris nu. 15.* quem vide quę dicatur illustris in hac materia. *Didac. de Medrano vbi sup.* licèt alitèr sentiat *Angel. in d. §. nouissimè*, quod non mihi placet, nisi in quantum fuisset relaxa, & in totum data in reprobum sensũ, secùs tamen, quando semel ex aliqua naturali fragilitate peccasset, & filiũ naturalem procreasset; matre igitur ordinaria existente, naturales filij, vt cũqisint ad eius successionem admittuntur, etiam vulgo quæsiti, *l. 1. §. sed, & vulgò, ff ad Senat. Consult. Tertyll.* quod non probat *glos. ibi lit. D.* & est *tex. in §. penul. aut quib. mo. nat. effi. sui.* dum tenet spurios cum legitimis nõ succedere; sed tantùm naturales cum illis admitti; ratio autem *text. in d §. sed, & vulgo*, est, quod mater semper certa est. *l. quia semper. 5. ff. de in ius*
66 *voc.* & proptereà omnes ad eius successionis beneficium admittendi *gl. in d §. nouissimè vbi etiam Angel. nu. 1.* ita in terminis *Pascal. de pat. potest. par. 2. cap. 1. nu. 39. fol. 171.* Et sic quoq; videmus quod naturalibus liberis, etiã ex hac ratione potest exemplaritèr substituere *l. humanitatis 9. C. de impub. & alijs subst. Fern. Vasq. lib. 3. controuers. cap. 106. nu. 26.* Vndè sit quomodocumq; conceptus; semper ipsa scit.

scit, quem genuit, si tamen per expositionē non sit deperditus, vt diximus supra, & ex eius vtero peperit, quod non potest dici de patre, dum accedentibus pluribus ad meretricem factam veram, & insatiabilem, ixuta sententiam.

67 *Et lassata viris non dum satiata recessit.*

et nonnullis in hac Ciuitate longè decursis annis incedentibus personatis super curru tempore bacchanali, hanc pulcherrimam inscriptionem ipsæ ad humeros deferebant

Damās semos nos todas,

Y ne damos à quien ne damas.

non potest dignosci quis coeundo generare potuisset, & cadit in hoc sētentia Petrarchę

Pouero sol per troppo hauerne copia.

Cum ex tam multitudine generantiū nullus possit dici genitor certus, sed erit eorum pater vulgus iuxta doctrinam *Oliuerij d.tit.de success.num.39.& nos supra nuper diximus n.51.* & sequitur *n.40.* sic istos naturales filios non

68 dum succedere matri, sed etiam vlterioribus eius ascendentibus, & est *tex.in l.modestinus 7. ff. vnde cogn.* letentur itaq; de hoc meretrices, quod decedentibus ipsis adsunt legitimi successores in ipsarum hereditatibus imò si non extent fi ij, sed nepotes adhuc eis succedunt, vt in § 1.*inst.de Senat.Consul.Orfic.* & quod plus licèt ex diuersis patribus sint isti naturales

69 fratres, sibi inuicem succedunt *Bar. in §.si quis igitur num.5.auth. quib.mo. effic.sui.* sed non si ex vno patre ex diuersis concubinis, sint habiti, prout expresse tenet *gl.in l.2.ff. vnde cogn.* & nota quod si mater decedens relinquat aliis vsumfructum; quia naturales liberi dicuntur verè sibi filij; vsufructuarij tantum alimenta conse-

70 quuntur secundum *Caual. de vsufr. quæst.9.num.35.* sicut diximus supra *cap.3.special.4.nu.36.& seq.de muliere,* cui relinquitur vsusfructus, quod ex-

71 tantibus filiis, tantum ei alimenta debentur, vt per eundem *Caual. ibid.* & voluit *Gizzius ad Capyc. Latro. obseru. 94.nu.10.& seq.* & nota hoc pro coronide huius materiæ, proniores esse nostras leges ad indulgendum ordinariæ mulieri aberranti à via decoris, & honestatis; quam illustri, vt diuersimodè indicauimus in pręsenti tractatu, & modo dicam, quod si aliqua diabolica suasione, vel fragilitate inducatur ad peccandum cum proprio seruo, & dij faxint, & multotiès casus non succederet; ex tàm prauo, & fetido crimine, absq; vlla pietate

72 plecti debet mortis pęna, & mancipiū cremari in tanti facinoris vindictam, ità *Grill.de pęn.omnifar.coitus q.17.in fin.* per *text. in l. vnica, C.de mul.quæ cum propr seruo se imisc.l.quamuis la 2. C.de adult. Angel. in §. est tamen casus num.2. inst.de hered.instit.* dummodò tamen intuitu matrimonij coniunctio non interuenerit, cum hoc à lege canonica permittatur in *c.1.de coniugio seru.et colligitur. ex Angelo ad tit. inst. de success.subl.*

At cum contingat mutato ordine naturæ aliquando prius decedere iuuenes, quam senes, si moriantur naturales liberi non relictis descendentibus, qui præferuntur, parentes ad eorum successionem admittendos esse

73 sancitum est *in §. de nepotibus in text. meo,* alibi legitur §.*in quibus enim casibus auth. quib.mod. natur.effic.sui,* per hæc verba (sit mihi licitum sacra dicere,) *Eademq; mensura sicut parentes prospiciunt naturalibus filijs secundum nostram legem, et ipsis parentibus compensent, siuè in successionibus, siuè in alimentis;* quod comprobauit *gl.* ibi dicens, *vers.compensare;* nam æqualis dicitur esse pietas, *l.nam, et si parentibus 15. ff. de inoffic.test.* quod etiam ponderauit *Host.in summa ad Titul. Qui filij sint legitimi nu.4.* & si pater, & filius sunt correlatiua par in hoc inter eos debebat esse ratio, & dispositio secūdū *glos.in c.2.lit.A. vt lite non contest.* Sed hęc ęqualitas seruanda est circa quātitatem, & modum, dum & in duabus vnciis succedere tantùm debet pater,

in

in reliquis verò alii consanguinei defuncti filij si adsunt, admittuntur, nēpè fratres, nepotes, & similes; sed si mater erit; illa in omnibus, & quoad omnia filijs naturalibus succedit, si-
74 cùt illi ipsi succedunt, vt paritas inter eos seruetur, ita *Salyc.* & alij scribētes in *auth. defuncto*, C. *ad Senat. Cons. Tertul. & Angel. d. §. nouissimè. nu. 3.*

In feudalibus verò, naturalibus liberis succedere vetitum est; nam si hoc interdicitur legitimatis, in quibus maior ratio concurrit, ex firmatis supra *num. 31.* multò fortius his prohibendum erat, quod procedit, & si feudum sit matris, cui in omnibus liberè succedunt, vt diximus; nam eorum facultàs circa hoc restringitur, & limitatur, *c. 1. §. naturales si de feudo defuncti contr. fuerit & Oliuer. d. tit. de succ. ver. his igitur nu. 30.* ac latissimè *Vigl. in tit. de success. abintest. nu. 30. ver. limita tertio fol. 236. Ojnot. in lib. 3. inst. de success. liberor. natur. tantū num. 19. fol. 225.*

Et si à lege, vel ab homine aliquid disponatur circa materiam liberorū; puta vt filij omnes patre viuente ab aliquo munere excipiantur, vel testator dicat instituo filios meos hęredes, regulariter legitimi, & naturales tātùm comprehenduntur, & non alij dummodò aliud ex mente legis, vel hominis non inducatur, vt ex *Alc.* in supracitata *lege. cognoscere ver. sui iuris de verb signif.* & propterea si cōce
75 datur emphiteusis pro se, & filijs suis iuxta iurium dispositionem ad *tit. C. de iure emph.* non extenditur talis cōcessio ad naturales, vt docet *Alc. vbi sup.* & nota hoc, quod est apud me singulare ad obtinendam immunitatem
76 ab oneribus iuxta tradita per *Thes. decis.: 67. de Franch. decis. 259. Danza ad primam decis. Gram.* & diximus in *Florilegio rub. de mutatio. nominis.* propter numerum 12. filiorum, naturales non debent comprehendi; quia esset maximum publici pręiudicium, dùm daretur occasio luxuriandi pro immunitate obtinenda, & licèt ex ratione tradita per dictum *Danza vbi sup.* hæc immunitas detur propter impensas alimentorum, quæ sunt necessariæ pro tot magno liberorum numero, & pater etiam naturales liberos alere tenetur, vt dictum est supra *nu. 55. & seq.* nō propterea debet habere vim in casu isto, etenim si hoc
77 esset, quolibet ex actu prauo commodum sentiret, quod iure damnatū est, vt per *Præs. de Franch. decis. 590. nu. 7.* & ita obseruatur in Reg. Cam. circa priuilegia, quæ in dies expe-
78 diuntur pro immunitate ex 12. filijs; dùm in ea capitur informatio, per quam probare debet, qui franchitias petit per validas probationes oneratum esse tali numero filiorum legitimorum, & naturalium; ad hoc, vt reddatur immunis ab aliorum oneribus: iuxta Iuliani Cęsaris Imperatoris sententiam in *l. si quis decurio la 2. vbi gl. C. de decurionib.* quod priuilegium etiam matri prodesse, sicut patri decisū refert *Præs. Vinc de Frāch. d. dec. 259. P. Lain. 1 par. rerum regular. tract. 6. q. 5.* & ratio quia & ipsa passiuè quoq; in generatione concurrit, & est particeps laborū, & expensarum in educadis illis, nec obstat si dicatur si quis habens 12. filios, & ex aliquo filio nepotem, nepos ille connumeratur inter liberos, & facit iua stum numerum duodecim filiorum, & obtinet priuilegium exemptionis ab oneribus, vndè a fortiori connumerari potest aliquis filius naturalis, inter veros filios legitimos pro perfectionando numero ad immunitatem obtinendam; etenim responsio satis clara, & patens est; quia in ea su nostro respectù naturæ, nepos habetur, vt filius, & in eo sub filij appellatione nepos continetur non minus
79 ex proprietate, quam ex natura, sermonis, ità *Bal. in l. maximum vi. tium num. 13. C. de lib. prǽter. de Affl. super const. quam plurimum nu. 19. de ad n. forijs, Campag. super c. Regni Item si ..stu*

mus 5. nu. 8. eod. tit. de Franch. vbi sup. n. 121. quod procedit non minus in in materia testamentaria, quam ſtatutaria *Alc. in l. liberorum appellatione* 220. *nu.* 8. *& 9. de verb. signif.* vbi etiã *Bar. & Bal. num.* 3. *& addentes ad eos*, & tũc maximè, si oriatur patre non
80 emancipato, nàm tunc oritur in potestate aui, vt in § *illud, vbi Archidiac. quib. mo. ius patria potest. solu. l. emancipatum* 7. *§. sed, & si quis, ff. de senator.* quod non cadit neq; esse valet in filio naturali, quia non pote i dici in potestate patris naturalis; vt per *Bal. vbi sup. nu.* 14. qui dicit priuilegium filij transire ad nepotes, & sic induco ad casum nostrum; nam si immunitatis priuilegium conceditur numero 12. filiorum, deficiẽte vno, debet addi nepos ad obtinendum talis priuilegij beneficium, prout videmus, quod nepos iuuat ad excusationem praeponendam, puta tutelæ, officii, vel Vniuersitatis, ita quod si quis habeat quatuor filios, & nepotem, non potest esse tutor, nec administrator Vniuersitatis, nempè Sindicus, magister iuratus, & similis, prout in punctis do-
88 cet *Bal. in §. item nepotes inst. de excusat. tut. & in l. 1. §. excusantur nu.* 8. *ff. eod.*

Sed an nepos ex filia connumerari possit inter liberos ad complendum numerum prædictum, valdè dubito per doctrinam *Alc. in l. cognoscere* 66. *§. liberorũ de verb. signif.* quæ omnia cum non concurrant in filiis naturalibus, nec habilitantur ad verum numerum filiorum, non est mirum si non
82 admittantur ad obtinendum præfatum exemptionis priuilegium, tamen si pater habeat 11. filias legitimas, & vnum naturalem, si eundem postmodum legitimet vel per subsequẽs matrimonium, vel per rescriptum Principis connumeratur inter filios quia vére filius est citra disparitatem aliquam à primis, vt supra dictum est *num.* 24. *& comprobat dict. Castilli controu. iuris tom* 4. *quæst.* 22. *num.* 40. *& seq.* vbi ait talis legitimatos, nil differre à legitimis, vt firmauimus *supr. d. n.* 24. quod secus dicas de adoptiuis, qui adoptarentur in publici præiudicium, & sic pro hac franchitia prodesse non possunt, vt per *Thesaur. d. decis.* 267. *num.* 12.

Tertium priuilegium est filiorum verè naturalium, quod licet nõ possint legitimari post obitum patris quando
83 venientibus ab intestato ius quæsitum est, hoc singulariter limitatur (quod nota ad differentiam vulgò conceptorum) quando nati sunt in figuram matrimonii ex concubina domi retenta maritali affectione tractata sola lege Canonum prohibente, tunc mortuo patre, potest Papa sic filios natos legitimos facere, & auferre ius venientibus ab intestato propter illã figurã matrimonii vt pulcrè tenent *Addentes ad Bart. in l. Gallus, §. & quid si tantum fol.* 5. *ver. trahatur retro in fin. fol.* 95. *ff. de lib. & post.* quod quidem iudicio meo summa memoria dignum est.

DE PRIVILEGIIS MVLIERVM.

SPECIALE VNDECIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Dulcis amor patriæ.*
2 *Parentes sunt honorandi.*
Mater se obligando per filio iuuatur beneficio Velleiani.

Ma-

3 *Mater nostra communis, tellus est.*

4 *Auia an sub matris nomine comprehēdatur.*

Mater familias, quæ propriè dicatur.

Matrona, quæ sit.

5 *Nutrix, an veniat sub matris nomine.*

6 *Matrimonium, quare potius à matre, quā à patre dictum, & num. 8.*

Mater tenetur alere filium quādo pater est inops, sic è contra filius matrem.

7 *Alimenta præstita à matre filijs ex paupertate patris, si ad meliorem peruenerit fortunam repeti possunt, & quare, & præfertur alijs creditoribus.*

Dotis fructus non sunt obligati pro alimētis filiorum.

8 *Mater habet priuilegium quod est semper certa de suis filijs, pater verò incertus.*

9 *Filij vulgo quæsiti succedunt matri, & debent heredes institui.*

Vulgo quæsiti vbi lactentur in Ciuitate Neap. & quomodo possint deuenire incerti matribus.

10 *Vulgo quæsiti quando matri non succedant.*

Calamitas matris nō nocet filijs, sed quomodo hoc limitatur.

Partus liber censetur, siue conceperit, siue medio tempore, siue peperit filiam ingenua, & sub num. 22.

11 *Matres quādo indignæ sint hoc nomine, & viperis assimilentur.*

12 *Matres in multis casibus non lactando filios excusantur: à calumnia, & maledicentia, quod liberis sint ingrata, vsque ad num. 15.*

13 *Necessitas non habet legem.*

14 *Nobilitas excusat matres ab educatione filiorum, sed an à quærēdo nutrice.*

15 *Mater cum sit suspecta, non potest lactare filium.*

16 *Matri asserenti filium suum a patre institutum, non esse ex se natum, non est credendum, & quare.*

Mater non potest a Iudice compelli ad declarandum cum iuramento, quem esse, vel non esse filium suum.

17 *Malus semper malus præsumitur.*

18 *Filius, vt legitimus dicatur, sufficit si probetur inter parentes contractum matrimonium, & ex ipsis esse natum.*

19 *Mulieri in præiuditium secundi viri asserenti alium maritum habere, non erit adhibenda fides; sed est probandum matrimonium.*

20 *Filius in dubio semper præsumitur legitimus.*

21 *Mater non habet filios in potestate.*

22 *Filij sequuntur insigna, & familiam patris, sed quando matris.*

Partus sequitur matrem.

23 *Lex humana, debet ferre imaginem legis diuinæ.*

24 *Subditus alteri, alios in eius potestate habere non potest.*

25 *Matres possunt locare operas filiorum.*

Præferuntur auiæ, & auo in Tutela, vt etiam in successione filiorum.

26 *Legitima debetur matri in bonis filij etiam si naturalis sit.*

Si non iusta relinquitur an possit testamentum inualidari? & quid si non relinquatur?

Potest statuto minui.

Debetur matri etiam per mortem ciuilem eius filij.

An sit aucta sicut legitima filiorum.

27 *Legitima ascendentibus non debetur iure naturali, & propterea potest statuto tolli.*

Mater quando excluditur à legitima.

28 *Pupillaris substitutio priuat matrem à legitima, tam si sit expressa, quam tacita, vel quomodocumque concepta.*

29 *Mater potest excludi a legitima etiā vigore consuet. Neap.*

Non potest facere pupillarem substitutionem.

An talis exclusio etiam in conscientia procedat.

30 *Mater simul cum patre, & filijs succedunt mortuo filio.*

31 *Statutum disponēs, quod mater excludatur a successione filij ab intestato decedentis non comprehendit filium impuberem decedendo.*

32 *Mater tenetur relinquere filijs legitimam*

mam,& an in dicta legitima possit onus
imponi,ne patri vsusfructus queratur.
33 *Legitima debetur libera ab omni*
onere.
Mater in ciuitate Neap.habens filios non
potest nisi de decima dotis parte dispo-
nere.
34 *Mater.an posit si plures filios habeat*
ex diuerso matrimonio. plus vni ipso-
rum, quam alteri relinquere? remissi-
ue.
Non potest cogi per filios prioris viri ad
dotem seruandam.

DE MATRE
CAPVT TERTIVM.
SPECIALE VNDECIMVM.

MATRIS nomen dulcissimum no-
bis,lac quod ex vberibus infan-
tes sumpsimus reddidit , vnde nil
iucundius poterit matre dici ; quid-
namque essem ipse sine matre?mater
me pariendo genuit, mater me pepe-
1 rit,& mater educauit , si dulcis pura-
tur visus patriæ ; quia matri assimila-
tur iuxta carmen hic positum.
Dulcis amor patriæ,dulces videre nos s
Quanto dulciores debent esse matris
amplexus?merito igitur nobis iniun-
gitur humilis erga eam riuerentia.
2 per *text.in l.libert.9.de obsequio à li-*
beris,& libertibus; & obligatio ex na-
turæ debito secundum antiquorum
sententiam,scilicèt,quod patrię,& pa
rentibus nati sumus , & cum matere-
nus amor sit erga liberos immodera-
tissimus,&nō patitur suū filiū pati,de
facili potest se obligare pro eo redi-
mendo ab aliqua vexatione , & libe-
rando à carceratione, ne ex pietatis
opere incommodum sentiat per no-
strum S.Senatum apud *D.Pręs.de Frā*
chis decis.578 num.13. fuit Sancitum
Velleiani beneficium,matribus pro-
desse,etsi nonnulli postmodum inane
hoc impugnasset, vt referunt *asc.de P*
patr.pot.part.3.cap.5.num.13.
Cumque hoc nomen matris admirabile
sit,fuit multis fauoribus decoratum,
& præcipuè generaitatis ad omnia.
itaquod sub matris nomine diuersa
comprehenduntur, & sic natura nos
prodiens,dicitur alma mater. Terra
3 quæ nos sustinet dicitur nostra mater
iuxta illud *Iob.cap.1.in fine.Nudus exi*
ui de vtero matris meæ , nudus reuertar
illuc;mulier quæ nos generat , dici-
tur ipsa mater:homines non sunt sine
matre:bruta non sine matre , plantæ
non sine matre , cum propagines ex
arboribus nascantur,sed his omnibus
destitutis,de vera nostra in specifica
significatione matre sumpta tantùm
loquar,vt infra.
Nec puto sub matris nomine sustinere,
auiam quoque comprehendi ex pari-
tate rationis,& effectus, vt colligitur
ex *text.in § Illud,inst.de adopt. l.eman-*
cipatum 7.§ fin ff de Senator. & auth.
4 *matri,& auiæ,C.quando mul.tut. offic.*
fungi potest,quia satis impropriè fie-
ret extensio,vt dicit *exicon Iuris Ia-*
cobi Spiegel.in verbo mater;est tamen
verum,quod si iuris dispositione aut
aliquid iniungeretur circa matres : si
essemus in fauorabilibus,auia quoq;
comprehenderetur,secus in odiosis,
in quibus iuxta communem regulam
strictior fit interpretatio, prout in ter
minis docet,& distinguit *Bart.in l.li-*
berorum appellatione 220.in fin.ff. de
verb.signif. & si attendamus magis
largam significationem , sub matris
voca-

vocabulo, matres familias complecti
non dubitamus, & istę sunt secundum
Alc. in l. pronuntiatum 46. in fine d. tit.
ff. de verb. signif. & Bart. instit. de iniu-
rijs, num. 6. eæ omnes, quę sub pudi-
dicitię decore probatis moribus ho-
nestè viuunt, at strictiori postmodum
attento significatu, sola matrona cō-
prehenditur, quæ fit notæ authori-
tatis apud homines, vt *ex Bart. & Alc.*
vbi sup. istam enim matrem familias
ab alijs fęminis, mores discernūt, nec
interest, an nupta, an vidua sit, an liber
tina, an ingenua; dum nec nuptiæ, nec
natales matrem familias faciunt, sed
honesti animi virtutes iuxta *Liu.* sen-
tentiam 4. *b l. mace*, & tu videas *text.*
in l. nam ciuium 4. vbi parua glos. de ijs
qui sunt sui, vel alie. iuris, l. mater autē
10 *ff. ad l. Iul. de adult. l. deinde 3 §. fin.*
ff. de liber. exhib. & l. 1. ff. de concubinis.
5 Amplectitur etiam matris nomen
nutricem, quæ nos lactat, & ita ho-
die secundum communem vsum lo-
quendi eam nominamus, & meritò
dum matris fungitur officio in edu-
catione nostra vsque ad trienniū, & vt
testatur *P. Ferrinus infra citandus*
multi tyrāni seuerūt contra matrem,
sed non contra nutricem, vt opera, &
labores coronet secundum *tex. in cap.*
2. §. 1. de conuers. infidel. ibi: *Ad quod*
illa respondit, quod cum puer adhuc in-
fans existat propter quod magis mater-
nū indiget solatio, quā paterno, sibiq; ante
partū onerosus in partu doloros⁹, post par
tum laboriosus fuisse noscatur, ac ex hoc
legitima coniunctio maris, & fæminæ
magis Matrimonium, quam patri-
monium nuncupatur dictus puer a-
6 *pud eam debet cōuenientibus remanere,*
quod voluit etiā *Abb. in c. cum habe-*
ret 5. nu. 9. de eo, qui duxit in mat. quam
polluit &c. gl. in l. 1. ver. ex conditione,
ff. vbi pupill. educari &c. hocq; sen-
tijt de huius matrimonij denomina-
tione, & elegāter scripsit *Cartagena* ad
expositionem titulorum *iuris Canoni-*
ci, lib 4. decretal. tit. 1. fol. 332. & vide-
tur debitum naturæ, etenim animan-
tia omnia fetus lactant, & nutriunt
ita *Bart. in §. illud quoq; num. 2. auth vt*
liceat matri, & auię; qui dicit debitum
vlterius quoque progredi quādo pa-
ter est inops, non valens filium alimē-
tare, vt ad hoc teneatur mater *in au-*
thent. res quæ subiacent, num. 4. C. com-
mun. de leg. & in tract. de alim. num. 13.
Gabr. com. conclus. lib 6. de alim. nu. 35.
fol. 819. & ecōtra, filius matrem, *vt in*
l. filia tua 5. C. de patr. potest. & nos alibi
inferius dicemus; est tamen verum,
quod si ad meliorem vir peruenerit
fortunam, alimenta filio præstita post
triennium ab eo repetet *per text. in l.*
7 *si quis 5. vbi gloss. & idem Bart. ff. de lib.*
agnosc. & vide *Bald. & c. de Angel. in l. 1.*
C. de negotijs gestis; dùm non potest di-
ci ex fructibus ad hoc onus teneri, vt
docet *Neap. in cōsuet. si quis habet filios,*
num. 2. de alim. & tātò magis in nostra
Ciuitate per *consuetudinem mulier de*
dotibus eod. cit. tit. ibi: *Mulier de dotibus,*
donatione, & 4. sua, non tenetur liberis a-
limenta præstare, & videas *sup. cap. 1. n.*
14. vnde si vellet ea repetere, & con-
currerent forsan alij viri creditores
super eius bonis in concursu, præla-
tionem haberet, vt patet ex conge-
stis per *Carlev. de iud. tom. 2. cap. 29.*
In præmium igitur laborum, & dolorū
dupliciter priuilegiantur circa hoc
speciale matres, scilicèt, quod matri-
8 monium ab eis denominatum est, vt
in dict. cap. 2. §. 1. de conuers. infidel. ac
diximus nuper, & *sup. d. c. 1. n. 11. & c.*
2. num. 121. & quod ipsa semper pa-
tre certior est, hæcque videtur consi-
derabilis fælicitas, scire, & cognosce-
re proprium partum, quod à patri-
bus longè abest, qui fidem possunt
habere, sed non de natis scientiam,
proprios fructus esse, vt optimè *Pa-*
nor. in cap. transmissæ 3. num. 9. Qui fi-
lij sint legitimi, & est text. in l. 5. ff. de in
ius voc. ibi: *Quia semper certa est mater*
etiam si vulgo conceperit pater verò is
tantum, quem nuptiæ demonstrant; &
propterea dixit *Bart. in §. nouissimè, n.*
2. inst. de Senat. Consul. Orficiano, vulgò

quod

quæsitos succedere matri, & non patri ex causa incertitudinis; ita, quod si
9 non instituerentur à matre testante, testamentum eius posset dici inofficiosum, *glos. in margine*, *l. patrona* 18. *ff. de bon. liber.* limitatur tamen hoc, quando non educantur domi, sed proijciuntur in hospitale, vt obseruatur in hac Ciuitate, in qua adest sacratissima domus Annuntiationis B. Mariæ, quę recipit omnes infantes expositos in quadam rota ad vsum Monasteriorũ Monialium, in qua commodius noctis tempore reponi possunt citra bestiarum periculum; pro quorum educatione singulis annis inpen dit multa millaria scut orum, isti signā tur sig aculo Virginis, & factis adultis eorum cognomentum est Expositi; est tamen verum, quod sæpissimè traduntur, & exportantur cum cartellis collo alligatis, in quibus sunt scripta nomina, & cognomina infantium, & matres inuigilant scire nutrices quibus consignantur, sed non per hoc possunt semper pro certis haberi, cũ vt plurimum temporis cursu mutentur baliæ, & amittantur signacula; de quo vide *Bart. in l. quia semper. num.* 1. *ff. de in ius vocan.* vnde colligitur,
10 quod cum incerti sint, prætendere non possunt, vt dictum est eorum matribus succedere, et in hoc verè cadit limitatio regulæ, quod calamitas matris nō nocet filijs; etenim fiunt incerti certæ nati, & priuātur ijs, quæ si essent noti, haberent; nam quoad partum semper pro eis datur fauorabilis sententia, sed nō postquam nati sunt, volens mater eos proijciendo, seruos egestatis reddere, ita Martianus *lib.* 1. *instit. ad l.* & *seruorum* 5. §. *ingenui, ff. de statu hom.* vbi dicit: *Quod ingenui sunt*
11 *qui ex matre libera nati sunt, sufficit autem liberam fuisse quo tempore nascitur, licet ancilla conceperit; Econtrario & si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat, placuit, eum qui nascitur, liberum nasci, & in Auth. Quod constitutio, quę ex adscriptitio, & c. prope principium* possunt matres istę viparis comparari,
12 quæ vix pariunt super spinis filios, quod illos destituunt temporum in fortunijs, & indignæ sunt matris nomine nuncupari: excusantur tamen in multis casibus, qua de re inter Asianos, vt refert *Pater Ferrinus in lima vniuersali vitiorum, cap.* 163. obseruabatur, quod quādo filij à proprijs matribus non lactabātur, paterna successione carebant.

Primo scilicèt necessitatis, putà, si infirmitate detemptę, lactare non poterũt, etenim necessitas sub lege non manet
13 *cap. sicut non alij* 11. *de consecra.* 1. *dist. Pasc. de patr. potest. par* 2. *cap.* 3. *n.* 51.

Secundò paupertatis, vt ex *Gabr. dict. conclus.* 1. *num.* 34 quia vt viuere possint, valent alium puerum lactare, & proprium in hospitale proijcere, & hodie sic à multis vidi seruatum; solent aliæ, quæ vel maiorem erga proprium partum fouent amorem, vel maiorem in rebus proprijs adhibent diligentiam inuenire alteram nutricem eius nato, quæ forsan contenta tur pro decem carolenis quoto mense, & ipsa alienam prolem lactando habebit viginti *de Franc. decis.* 336. *n.* 4 quo in casu lucrum pro maiori parte suum esse, & nō viri dicit *Gerard. singul.* 99. quod nec laudo, nec vitupero, dum si daretur pro vera hæc opinio non essent socij diuinæ, ac humanæ domus, vt diximus *sup. cap.* 2. *n.* 138.

14 Tertio nobilitatis, & in hac parte hodie omnes videntur nobiles, putà si aliqua principissa pariat, ratione grauitatis personæ, non tenetur filium educare, vt per *Abb. in dict. cap. cum haberet* 5. *num.* 8. *Alex. ad Bart. in l. nec filium, C. de patria potest, ver. mater lactare,* & *Bal. de Angel. in l. transactione* 26. *in fin. C. de transact. Pasc. vbi supra num.* 50. *Gabr. loc. cit. num.* 36. & si filius sit diues, eius expensis est nutrix quærenda, ita *Angel. in rubric. de iure nat. gent.* & *ciuil. num.* 12.

15 Et quartò suspicionis, nempè si dubitetur de matre tunc puer apud aliā

lactan-

lactandus est, licet casus iste sit potius coerctionis, quam fauoris, dùm n volens, non potest educare quem in vtero gessit, *dict. cap. 2. §. cum autem, vbi gl. C de conuers. infidel. ita Tiraq. de nobil. cap. 20. num. 76. fol. 61.*

16 Nota tamē, quod quamuis matres sint certæ, & sciant filios suos, nihilominus non est in earum facultate hoc declarare, ita ut si quis instituatur heres à patre tanquam suus filius, non potest mater dicere illum non esse filium suum, sed fuisse cum alio procreatum, sicut nec minus ab aliquo iudice cogi potest ad id cū iuramēto deponendum, vt per *Paris. cons. 11. n. 41. & seq. vol. 2.* duplici ratione, ne matrimoniū fædatur, & ne ipsi matri tollatur fides, cū dicere vellet alium natū esse verè in constātia matrimonij, etenim potuisset semper dubitari de sua infidelitate dùm semel mala semper

17 talis præsumitur, iuxta *gloss. in l. si cui 7. §. iisdem lit. K ff. de accusat.* & ei non crederetur, vt per *Bart. in l. filium 6. & alios DD. ff. de. iis qui sunt sui, vel alienur.* quod dicunt non potuisse filio nocere declarationem cuiusdam Reginæ, quæ deposuit liberum suum non esse cum Rege procreatum, sed cum quodam milite, ne in Regno succederet, quod voluit etiam *Abb. in cap. per tuas 10. num. 4. de probat.* & faciunt dicta *gloss. in l. 1. § si quis, ver. carboniano, ff. de carbon. edicto*: sufficit enim, vt quis

18 filius legitimus dicatur, quod matrimonium probetur, dum nuptiæ legitimant filium, & constari faciat ex ipsis ortum esse, *gloss. in dict. l. filium. ver. nolis.* vbi etiam *Bart. & Bald.* qui plura hoc circa dicit, prout idem confirmat *Abb. in capit. veniens, nu. 4. de eo, qui duxit in matrim. quā polluit, &c.* cū dixerit, quod si mulier in præiudicium secundi viri deponat habere alterum maritū; parùm sua confessio nocebit

19 sed oportet plenè probari primū matrimoniū, sed probabilior omnib' ratio est, quæ desumitur ex anima text. qui potest censeri singularis *in l. miles 11. §. defuncto ff. ad l. Iul. de adul.* quare filius debeat reputari legitimus, & haberi pro filio patris; quia non implicat, nec contradicit quod mater etsi sit adultera filius non potuisset gene-

20 rari ex patre suo, cum in dubio semper est putandus legitimè procreatus fauore filiationis, vt in terminis docet *Abb. in dict. cap. per tuas, num. 1. de probat. & Lantell. in tractat. de offic. Præt. rub. de adulter. in fine, fol. 666.*

Miror tamèn, quando lex fuerit matribus auara in non eis concedendo maiores prerogatiuas concessis in premium laborum, & dolorum per liberos procreatos, etenim dispositum est

21 vt non possint habere filios in potestate, vt diximus supra *cap. 2. num. 92. per text. in § femina, instit. de adopt. & gloss. in l. 1. lit. A. ff. de testam. tut.* nisi principis priuilegio fuerit eis indultum, & quod nati filij (relictis alijs cōsiderationibus earum statum, & familiam non sequantur, sed patrum, vt in *cap. 2. §. cum autem de conuers. infidel. & in l. 1. §. qui ex duobus, ff. ad municipalē,*

22 ibi: *Sed etsi ex patre Campano, & matre Puteolana æquè municeps campanus est, nisi fortè priuilegio aliquo materna origo censeatur, tunc enim maternæ originis, erit municeps, gloss. in l. 1. §. de matris, ver. non habetur, ff. ad Syllan.* nec obstat *text. in l. huiusmodi 86. §. legatum est, ff. de legat. 1. & in l. partum 7. C. de reiuendic.* ex quibus habetur, quod partus sequitur matrem, dùm intelliguntur dicta iura circa natalia pro naturum libertate, vt si nascatur ex libera liber sit, etsi ancilla conceperit iuxta termi-

23 nos *legis, & seruorum supra citata, §. ingenuis, ff de statu hom.* secus autem quo ad reliqua, vt dictum est. Attamen quia lex humana ferre debet imaginē legis Diuinæ iuxta sententiam *Lucæ de Peña ex August. in l. 9. C. de incol. lib. 10. col. 6. in med.* non poterat plus iuris trasferre erga mulieres, quam quod tribuit Deus si enim muliere

24 sunt sub virorum potestatem constitutæ, vt habetur apud Apost. *ad Ephes.*

cap.

cap.5.lit.E.non valeat alios in eorum potestatem habere Herman. Vitel.lib. 1.Iurisprudentia Romana,cap. 17. ver. quandiù. Et hac nō obstāte ratione,ad huc lex nostra prodiga illis fuit circa hanc materiam disponēdo vt aliqua-
25 lem possint potestatem habere, cum eis permittatur liberorum operas locare,eosque ad seruiendum pro mercede dare,vt passim videmus hodie seruatum,ita Lucas de Penna in l.1. C. de fugitiuis colonis lib.11.in medio, Anna singul.336,& Baldus.de Angel.in l. transactione 26.in princ.C.de transact. Sic etiam in eos gubernando cū impuberes sint exercendū in eis munus tutelæ,in quo præferūtur,ita auię,quā auo paterno,qui alter pater dicitur cū in eorū potestate nepotes nascātur vt diffusè diximus sup.c.2.n.77.&78. tenet etiā Matth.de Afflict.ubi Vrsil.decis. 281.ac nouissimè D.Carolus Petra qui antecessorū vestigia sequendo in nostra iurisprudentia lōgiori gradu eos antecellit in suis elegantissimis non minus,quam eruditissimis commentarijs ad ritus M. C. V. in proæmio, n. 15. fol .6. & quod melius videtur munus liberum, etenim si mater noluerit tutelæ onus suscipere non poterit ad hoc compelli iuxta notata per gloss in auth.Sacramentum, C. quando mulier tutelæ officio fungi. &c. ver.permittimus,sicut præferūtur etiā in successione,attenta iuris dispositione in auth.defuncto,C.ad Senat.Consul.Tertull.ubi gloss.& diximus sup. cit. cap. 2.dict.num.78. ac plenè Neapod. ad consuet.si quis,vel si qua, num.129. de success.ab intest. dummodo ex aliqua consuetudine,vel statuto aliud non sit dispositum, vt disputato articulo concludit Abb.cons.75.per tot.lib.1.

Simili modo priuilegiātur matres, ex iure,quod habent in bonis filij ratione sanguinis,superioritatis, & obsequij, vt in illis legitima debeatur, ita Matth.de Afflict.decis.310. num.2.
26 et Vin.opin. 813. numer. 2. qui dicit ab honorem,& reuerentiam, quam tenētur filij erga parentes præstare adstrictas esse ad eis legendam legitimam,& in specie matri deberi probat mihi text.in cap.1.§.fin. de testam. in 6. quod habet locum, & si mater naturalis sit in schemate concubinæ secūdum Neap.in consuetud.idem iuris est,de success.ab intest.num.186.quæ legitima si relinquatur,& non iusta; licèt non possit infringi per querelam, datur tamen actio ad supplementum petendum,vt in §. hoc autem dispositimus,auth.vt cum de appell.cognosc. dūmmodò ex aliquo statuto non sit diminuta quantitas à iure debita; quod fieri posse tenent Couarr.som. 1. var. resol.cap.8.2.partis de matrim.§.6. n.5: Fachin.controuers.iur.lib.4. cap.32. in fin.& Beer.decis.204.num.12.ampliatamē præfata circa legitimam,vt debeatur matri etiam si filius non naturalitèr,sed ciuilitèr decedat, nempè si fiat Monacus,vt dixi in Florilegio ad rubr.de condit.instit.& si fuerit conditum testamentum,& hæc lex non seruata, vt statim nullum dici possit ex adductis per Vin. opin. 813.numer.3.& Angel.in auth.defuncto.C.ad Tertull. Sic similitèr amplia circa augmentum,dum aucta est, sicut legitima descendētium,vt habetur in eod. Florilegio ad rub.de quarta,& legitima, num.47:

Est tamen verum,quod duplicitèr possunt præfata limitari.

Primò si statutum disponeret, quod decedentibus liberis, vllum matri in eorum bonis competat ius pro legiti-
27 ma, vt disputando articulum concludit Abb.lib.1.cons.75.n.9. est ratio secundūDD.quod cum non iure naturali, sed positiuo parentibus debita sit,potest per statutū prohiberi, sic in terminis Vin.ubi sup.num.4.qui de communi testatur.

Secundo limitatur si pater fecit pupillarem substitutionem expræssam,nam tunc excluditur mater à legitima, nec poterit venire aduersus testamentum, quia non est filius qui testatur,sed pater, qui onus hoc non habet,vt ex professo per multa firma

ui in

28 ui in *florilegio ad dicta Rubr. de quarta,seù legitima n.*49.& 50. & dixit de *Afflict. d. decis.*310. *nu.*3. vbi *Vrsil. & Praes. Merlin. to.*2. *controuers. for. cap.*4. *nu.* 18. & secundum *Fusar. de substitut. quaest.*82. *nu.*91. excluditur mater, non dùm per pupillarem expressam à legitima filiorum, sed per pupillarem partim tacitam, & partim expressam, secùs tamèn per pupillarem contentam in reciproca, vel vulgari *Vrs. vbi sup. n.*1. Imo attentis dictis *Bart. in l.*2. *nu.*44. *ff. de Vulg. & pupill. subst.* excluditur etiam per tacitam tantùm, si conditio personae substitutae talis fuerit, nempè si pupillo fratrem suū substituat; quod est quiddem nota dignum, & tetigit etiam *Hieronym. Buccaferr. cons.*32. *nu.*5. & *Praes.* idem *Merlin.* indistinctè tenuit, nulla facta substitutorum distinctione *d. to.*2. *cap.*5. *n.*7. & 18. licèt de legitima non loquatur, sed tantùm de successione, quae à matre abdicatur per tacitam filijs pupillarem substitutionem sub vulgari comprehensam.

Hocque ampliatur, & à fortiori procedit de iure nostro consuetudi-
29 nario, vt in *consuetudine filius famil. vbi DD. lit. A. vers. sic ergo fol.* 187. *de filijs fam. volentibus testari*, per quā potest mater à legitima excludi, quā postmodùm substitutione pupillari non potest vti mater ad excludendum virum à legitima, dùm genitricibus pupillitèr substituere vetitum est tam de iure communi, secundum notata per *Rip. in l. moribus n.*24. *ff. de vulg. & pup. subst. & Crass. de success. § substit. q.*23. *nu.*3. *& seq.* quàm de iure cōsuetudinario Neap. vt *in consuetud. quae incipit in primis nu.*10. *ver. item mulier nupta moriens de suc. ab intest. fol.*232.

Dicunt tamen *DD.* communi voto per *gl. in l. verbis ciuilibus* 7. *in ordine ff. de vulgari & pupill. subst.* quod illa trahitur in vim fideicommissi, vt est videre apud *Gom. ad Rub. de pupill. subst. n.*6. & *Viscont. suis conclus. iuris. vers. mater licet non possit filio suo, &c. fol.*174.

Est tamèn verùm; quod in foro conscientiae secundùm vnam opinionem piā, & aequā, quā tenet *Archid. in c. si pater de testam. in* 6. quem sequitur *Soccin. cons.*157. *lib.*1. non videtur procedere supradicta cum durum, & impiū sit addere Afflicto afflictionem, nempè orbari filio, & etiā legitima priuari, sed communiori retenta, etiam in conscientia mater à legitima excluditur, vt recenset *Menoch. lib.*4. *praesumpt.*38. *nu.*27.28. & *seq.* & *Camill. Saler. ad cōsuetud. Neap. Eas autem de success. ab intest. lit. G. & H. fol.* 96. nisi tamèn mater valdè inops, & egena esset, tunc enim intuitu charitatis, quae etiam ordinata in tali casu videtur, debet ei concedi, vt per multos docuit idem *Menoc. vbi sup. nu.*32.

Insuper est priuilegiata in cōcursu super filij hę[re]ditate ab intestato
30 decedentis; quia ipsa cum patre ad successionem admittitur, & si extant Filij, omnes viriliter succedunt *auth. defuncto vbi gl. C. ad Senat. cons. Tertyll.*

Ad quae nota; quod si statutum, siuè aliqua consuetudo disponeret, quod extantibus agnatis, mater à filij intestati successione excluderetur, hoc non procedit, si filius impubes decederet; quia non dicitur de-
31 cedere intestatus, sed intestabilis, & propterea admitteretur ad successionem, ità *Mar. Freccia ad consuet. si moriatur de success. ab intest. lit. C. fol.* 77. & perbellè *Praes. Merl. d. to.*2. *cap.*12. *nu.*19. nàm dato potuisset dubitari, & confundi terminos intestabilis, & intestati, in dubio, ea est sumēda interpretatio, quae matri fauet secundum eund. *Praes. Merl. d. to.*2. *cap.*35. *n.*2.

Et vt paritas in paribus seruetur, non minus à liberis matri legitima relinquenda est; quam à matre liberis

ris, imò maiori obligatione, nempè
32 naturali per *tex. in c. raynutius 16. de testam. l. scripto 6. in fine* §. *non sic parentibus ff. vnde liberi, & l. 1. ff. de portis quaelibet. damnat. &c. Peregr. de fideicomm. art. 36. nu. 71. & Viu. opin.* 811. *nu.* 4. & propterea si non relinquitur eo modo eius testamentum nullum redditur. Sed an si mater relinquat filijs legitimam possit adijcere onus, nè patri vsusfructus quaeratur, & licèt per *tex. in auth. vt liceat matri, & auiæ*, videatur hoc fieri posse, nihilominus non debet intel-
33 ligi de legitima, vt tenet *Bar. in tract. de duobus fratr. nu.* 14. *Alex. ad eundem Bart. in l. filijs matrem 25. lit. A.* vbi alios adducit *C. de Inoff. Test.* assignat rationem *Bart. vbi sup.* quia cum legitima debeatur libera aliquod onus ei prohibetur imponi, vt diximus *sup. de mulier. vxor. nu.* 37. *& in d. florilegio ead. Rub. de quarta, seu legitima nu.* 17. & 18. vbi vide quomodò praefata limitari possint, & intelligantur, & haec breuitèr congesta sufficiant ad ostendendum gradum, grauitatem, debitum, & praeheminentiam matris, dùm circà reliqua, vt expostulauit occasio, tactum est per totum praesentem tractatum, si legeris facile videbis, sicùt etiam de filia, quae est matris correlatiuum *in praecedenti Speciale* 9. *de mulieribus legitimis.* vbi plures terminos iuris explicauimus. in Ciuitate tamen nostra per *consuetudinem, si qua moriens*, vbi *Neapod.* & adnotauit *D. Reg. Latro decis.* 12. *in princ.* alias seruatur, quod mater habens liberos eos tenetur instituere haeredes, relicta ipsi genitrici tantùm facultate de decima dotis parte disponendi.

Dubium tamen, est si plures habeat filios ex diuerso matrimonio, an vni possit tantùm legitimam relin-
34 quere reliquos verò instituere haeredes, & sic plus vni, quam alteri dare, & quia haec est ardua, & difficilis quaestio, in qua tàm in consulendo, quam in iudicando vtraque pars sustineri potest, & multa *DD.* exararũt super *isto artic.* & praecipuè *Cõsil. Hodiern. ad l. hac edictali C. de secundis nuptijs* ideò aliud hic non referam, praeter indicata *sup. cap.* 3. *special.* 5. *nu.* 64. nisi quod maior pars scribentium inclinant in negatiuam, hac ex ratione, quod tenetur vti omniũ genitrix aequalitatẽ seruare, par enim debet esse in natis pietas parentum, ne vnus filius, & alter priuignus cẽseatur, proùt viderè est de his omnibus apud *Dilectum de arte testandi, cautela 65 fol.* 195. *Fontanel. de pactis nupt. to. 2. claus. 5. gl. 8. parte 5. nu. 17. fol. 135. Socc. Iun. ad Rub. sol. matr. par. 1. nu. 75. Tiraq. de leg. connub. Rub. de Son. Mary. gl. 8. nu. 202. Boer. decis.* 201. *nu. 3. de Marin. to. 3. cap.* 33. diffusè *Gabr. commun. conclus. lib. 3. de secundis nuptijs, conclus. 4. fol. 465. Ricc. coll. 3. 170. & 467. Reg. Rou. decis. 12. Thesaur. decis. 170. & de Franchis, qui est omnium auriga in decis. 435. Boccafer. cons. 57. nu. 27. & sequentibus*, & alij, quos adducit *Bernarndinus, Stephanus, Bartoli, Trinepos in suis collectaneis in d. l. hac edictali fol.* 1. hoc tamen scire non omittas, quod si voluerit transire ad secunda vota, non poterit cogi per filios primi matrimonij ad dandam cautionem de dote seruanda, cùm in ea ipsi interesse habere videatur, vt docuit idem *Consil. Hodier. controu. for. lib. 1. cap. 31. num. 22.*

DE

DE PRIVILEGIIS MVLIERVM

SPECIALE DVODECIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Nouerca assimilatur hermaphrodito*
2 *Nouerca, quæ sit, & vndè dicatur.*
3 *Nouercarum odium in priuignos est innatum, & crudelitas.*
4 *Nouerca est amica cum priuignis sicut canis cum gatta, & nurus cum socru.*
5 *Est mihi domi pater, est mihi iniusta nouerca, quid versus iste significet.*
Obedientia, & reuerentia debetur parentibus à liberis.
6 *Testamentum patris iniustè exhæredantis filios, erit nullum.*
7 *Nouerca, & socrus, an sint loco matris.*
8 *Nuptiæ sunt prohibitæ inter nouercam, & priuignos, inter socrum, & generum, & quare.*
Affinitas, an sit dissoluta soluto matrimonio, & nu. 12.
Parentes nouercæ, & priuignus quomodò dicantur.
9 *Nouerca poterit de furto accusari à priuigno de bonis forsan subtractis in bonis viri, & nu. 17.*
10 *Parentes non possunt vocari in iuditium sine venia.*
11 *Nouerca potest conueniri per priuignum absque venia.*
12 *Compromissum vsque ad quem gradum detur inter consanguineos.*
Non potest peti per nouercam cum priuigno, dùm non sunt affines post solutum matrimonium.
13 *Priuignos à nouercis dilectos fuisse traditur.*
Nouerca crudelis semper contra priuignos.
14 *Legatum factum à marito vxori dùmmodò habitet cum priuignis, debetur, etsi habitatio non sequatur, quia ista conditio habetur pro non apposita, & quid si fiat matri, dummodò domicilium faciat cum filijs suis?*
15 *Mater, cui est factum legatum alimentorum, dummodò habitet cum filijs proprijs, debet in eorum domu præstare operas obsequiales, sed quando hoc non habeat locum?*
16 *Nouerca, cui sunt legata alimenta, institutis priuignis hæredibus subiacet dispositioni l. hac edictali.*
17 *Mater expilando hæreditatem, à filijs non potest, neque debet conueniri actione furti, sed ad exhibendum, secus in nouerca.*

DE NOVERCA

CAPVT TERTIVM.

SPECIALE DVODECIMVM.

NOuercà oppositum matris, ni fallor est mulier ratione sexus, sed non operationis, quia cùm perdat sub hoc nomine etiam naturalia lex diuersimodè eam tractat quàm cæteras mulieres, dùm quid peius potest dici quàm nouerca? vox, & sonum eius simplicitèr terret homi-

1 nes, cumque natura sit fæmina nonnulla dicam de ea, quæ ex accidenti causantur, vt sciamus, non dùm hermaphroditum naturalitèr esse imperfectum, vt inferius, dùm nec mas nec fæmina est, sed etiam nouercam accidētalitèr imperfectissimam, dùm nec mater, nec consanguinea dici potest miserrimis priuignis.

Nouerca igitur non est mater nostra, sed vxor patris nostri post nostram cum alia muliere prædefuncta procreationem; & dicitur nouerca, quasi nocens arcus, vel secundùm aliam, ethimologiam, quasi noua arca sine fructu amoris, & dilectio-
2 nis, ità *gl. in §. socrum lit. T. instit. de nupt. Cassan. ad consuetud. Burgun. Rub. 6. in addictione ante §. primum fol. 210. col. 2. ater. Io. Oinotom. instit. de Inofficios. test. n. 6. Aldobrand. in d. §. socrum in fine. Nicas. §. affinitatis nu. 10. eod. sup. citato tit. inst. de nupt. & Caualc. de vsufr. n. 538. fol. 325.* est noua arca, quia semper nouas habet res aduersus infelices priuignos, & carta naturalis antipatiæ, quæ in ea custoditur, & si quotidiè legatur, vnquam finitur, quasi intricatum laberintum, in quo licèt sint ianuæ centum, nihilominus non inuenitur finis nec exitus eius, oportet enim Deum exorare, quod Arca cadat, vt tota scientia euadat.

Et adeò sunt istæ odiosę priuignis, & crudeles secundùm *gl. in clem. pastoralis ver. Nouarca col. 7. de sent. & Reiudic.* quod habuit notare *Aldobr. vbi sup.* hanc veritatem his sensatis carminibus *sub nu. 3. Est enim inna-*
3 *tum, ac fatale, quodam odium nouercarum in priuignos, vnde emanauit epigramma illud elegantissimum, quod sub titulo Calimachi circumfertur, & vertit olim Erasmus.*

Exiguo lipidi prior addit serta nouerca,
Mutasse vt vitam sic ratus ingeniū,
At puerum extinguit tumulo hæc illapsa nouerca
Priuignum exanimem, vel tumulum fugite.

Et euripides in Alceslide ait.

Hostis nouerca est ante natis liberis
Nihiloque mitior nocente vipera.

Propter quod dicimus nouercā, ergò inimicam secundùm *Aldobr. vbi sup. nu. 4. Oinot. vbi sup. n 5. Caualc. sub eod. num. 138. Paul. de Castro in l. non enim ff. de Inoffic. test.* & alios adducit cum hac pulcra similitudine, quod nouerca ità potest esse amica cum priuignis sicùt canis cum gatta, vel nurus cum socru, & quod tunc cornix albescat, cum nouerca, cum priuignis quiescat, & tanto est deprauata animo, quod virum suum semper irritat in filios eius, & tùnc lętatur, quando suo desiderio satisfit, omne iàm malum peruenit ab ea, nec bonum potest etiam in domo, in qua manet nouerca, nec aliquid boni poterunt vnquam habere priuigni, & si alios liberos pater cum ea procreauerit, peiora erunt, dùm semper quærit illos sublimare, ditare, & doceri facere, & priuignos deponere excoriare, & depauperare, & omne, quod prouenit eorū nouercę operibus adscribendum est, nec priuigni poterunt aliud facere, nisi semper conquæri cùm *Virgil. in Buccolicis.*

Est mihi domi pater, est mihi iniusta nouerca; & meminit *Maia consul. 29*
in fine. vbi plura contrà nouercas adducit memoranda exempla, ac vellent dicere sub silentio, est mihi domi pater, cui cum reuerentia, honor, & obedientia debeatur, vt in *l. 1. §. 1. ibi si filius patrem, & matrem, quos venerari oportet &c.* & *l. 2. ff. de obsequijs à liberis & libertis, &c.* non possumus, nec debemus rixari, & sic aliquid obtinere; est mihi iniusta nouerca, quæ cum iurgium inter nos, & genitorem perindè excitet, & effecta domina nec ministrare possumus, nec vti filijs nobis ministrari permittit, sumus, quasi non essemus, & nati liberi in seruitute parentum.

Ad

Ad quod adducitur *tex. in l.4. ff. de inoffic.test.* ibi *Quod plerumq; faciunt maligna contra sanguinem suum inferentes iudicium nouercalibus delinimentis instigationibusue corrupti*, vndè *Oinot.d.tit.de inoffic.test. nu.*4. & omnes scribentes conueniunt in vnum,
6 quod si pater iniustè liberos ab hæreditate excludat, poterunt impugnare testamentum, & causam testati reducere ad causam intestati per *textum in d. l.*4. hocque præsumitur instigationibus causatum secundum *Cassan. vbi supra.* & *Blanc.d. nu.* 138. tradit rationem *Bald. in d. l.* 4. quæ incipit, *non est enim nu.* 1. quod cũ malæ sint nouercæ, contra eas præsumendum erit.

Nec poterit affirmari in veritate, quod nouerca, & socrus sint loco
7 matris secũdum dictum *Aldobr. ibid. nu.*3. dùm hoc falsum est, & de eis dicendum puto, quidquid dicit *gl. in d.l.non est enim*, in his carminibus.

Si iinco lino: deplanat, mitigat, vngit
Leno leo, lena lea siuè lena notentur.

Sed vix tantùm procedit hoc verbum, quo ad affinitatem, vt probant mihi verba *tex.in d.§.socrum*; nempè nè possint contrahi nuptiæ inter nouercam, & priuignos, quia loco matris habetur, sic etiam inter
8 socrum, & generum. Ibi *Socrum quoq; & nouercam prohibitum est vxorem ducere*, quod notauit etiam *Ang. inst.de nupt. §. duorum autèm nu.*4. & hoc non ob affinitatem contractam inter priuignum, & nouercam per nuptias cum eius patre contractas, sed reuerentiam, & venerationem affinitatis, nàm cũ per mortem dissoluatur matrimoniũ secundũ aliquos, posset dici, etiam dissoluta affinitas; quod in hoc casu tenere, esset errare, licèt in alijs possit sustineri: vt infrà, cùm non dùm ciuilis honestas, pudor, & verecundia detestẽtur cõcubitum filij cum nouerca, dùm pater eius eam habuit, sed etiam ipsamet natura, vt desumitur ex *glos. in d. §. socrum*, & melius *Aldobran. ibid. num.*5. 6. *& seq.* Itàque cùm semper extet ista causa, semper debent esse prohibitæ nuptiæ inter nouercam, & priuignum, vt optimè *Gram. in eodem §. socrum nu.*13. & per hoc cum *Vitellio lib.* 1. *iuris prud.Romanor.cap.*8. *ad finem fol.* 47. socrus, & nurus, vitricus, & priuigna, nouerca, & priuignus parentes similiter dici possunt.

In reliquis igitur, vt indicaui mortuo patre, est prorsùs dissoluta cum nouerca affinitas, ità quod tanquam extranea reputatur.

Primò quod priuignus aduersùs eam poterit proponere quærelam
9 furti forsan commissi in bonis paternis: *Gram. vbi supra*, dùm desinit esse talis eò ipso, quòd desinit esse vxor patris: *Ludouis.decis.*351.*nu.*17.

Secũdò, licèt prohibitum sit parẽtes in iudicium vocare, quando ta-
10 mèn in eorum potestate sumus secũdum *tex.in l.*2.*ff.de obsequijs à liberis, & libertis*, vel si emancipati venia prius petita, vt ipse latè dixi in *meo florilegio in rubr. de filio vocante patrem in iudic. sinè venia*, nihilominus priuignus potest nouercam, & absque venia ei permittitur, tanquam mero extraneo eam in iudicium vocare, vt tenet *Gram. vbi supra d. num.* 13.

Terriò si statutum disponat, vt in Regno nostro, in quo adest *prag.* 1.
12 *sub rub.de Arbitr.* quæ vult inter cõiunctos vsque ad quartum gradum consanguinitatis, vel affinitatis inclusiuè secundum ius ciuile causas differentias, & lites ciuiles, & mixtas compromittendas esse duobus amicis eligendis, si priuignus vult conuenire nouercam, non est casus dicti statuti, & propterea non potest adstringi ad faciendum compromissum coram arbritris, vt benè tenet idem *Aldobr. in d.§.socrum nu.* 7. quia affinitas iàm est dissoluta, sed tantùm circà nuptias ciuilis, & naturalis reman-

mãsit reuerentia, vt dictum est, quod comprobat *Patau. de comprom. quæst. 3. nu. 28. fol. mihi* 101. & *Regens Rou. ad dictam prag.* 1. licèt non in specie nouercæ loquatur, sed generice, quod affinitate dissoluta cessat dispositio huius statuti, & adducit diuersos casus *à nu. 25. ad 27.*

Attamèn non est adeò disperata salus, quod non inueniantur remedia, non sunt adeò deprauatæ nouercæ, quod aliquis ipsis non benedi-
13 cat; inter alios est *Tiraquell. de leg. connub. ad l. 9. num.* 198. vbi probat à multis nouercis priuignos diligi, hac quidem possem authoritate vti in earum fauorem, verùm quia sunt potiùs fabulæ quàm exempla, ideò semper dicam, vt idem *Tiraq. ibidem* antedixit *nu.* 196. nouercas omnes in priuignos esse crudeles, diras, immanes, sæuas, immites, truces, funestas, & terribiles, à quarum experientia liberet omnes liberos, nè infelices serui crudelitatis fiant.

Non est igitur possibile, vt vox nouercæ sit consona priuignis, nec Couti iudei cum samaritanis, & propterea notandum est pro nouercarum priuilegio, dùm hucusque vllum adduxi, quia non potui à Nazaret bonum ferre; quod si testator ali-
14 quid legat vxori suæ, dummodò cũ priuignis habitet, quia conditio ista esset periculosa, habetur pro impleta, vel pro non apposita, ità quod legatum remanet purum, vt illud consequatur, ità *Bald. in l. 3. C. de condit. in ser. & in cap. quia mulier nu. 2. de cohabit. cler. & mul.* etenim non potest cogi ad habitandum cum priuignis secundum *Bart. in l. si discepte-tur 5. ff. vbi pupill. educ. &c.* vbi expresse etiam idem *Bald. n. 1. & Anch. d. tract. de vsufr. supracitato nu.* 138. *fol.* 325. quod confirmare videtur *Boer. decis.* 195. *nu.* 6. in casu alimentorum, vbi dicit, quod si maritus relinquat vxori alimenta, dummodò habitet in domo ipsius testatoris, si ibi pacificè, vel honestè stare non possit, alimenta sunt sibi alibi ministranda; quod propriè intelligẽdum est de nouerca, quæ proxima potest esse periculo inimicitiæ, quæ iàm naturalis est cum priuignis, vel impudicitiæ ex eorum conuersatione, proùt apertè declarat *Caualc. de Tutore, & Curatore nu. 304 fol.* 168. etenim si de matre ageretur, cui, & obedientia, & honor ab eius natis debetur secundum notata *supra nu.* 5. si iniungeretur à marito danda sibi esse alimenta, si cùm filijs habitauerit, & erit in statu viduitatis, prorsùs seruanda erit testantis voluntas, & conditio adiecta adimplenda, alias enim non poterit alimenta prætendere, vt dixi supra de *mulieribus vxoratis nu.* 40. tamèn si rixosi, malemorigerati, & impertinentes sint filij, tunc talis conditio reijcitur, & habetur pro non admissa, & alimenta, ac pure legata, debentur *Bald. in l. 1. nu. 11. C. de legat.* & tunc non
15 tenetur ad operas, nec obsequiales, nec artificiales, dùm eorum culpa cohabitatio non sequitur, quod si alias pacificè stare posset, præstare teneretur, ità *Bald. vbi supra num. 8. & 9.*

Vbi cum quoque dixerim cum varijs distinctionibus; quando mulier relinquitur à viro vsufructuaria, diuersimodè vsumfructum ei concedendum esse, qui quandoque reducitur ad alimenta, non fuit ibi consideratus casus; quando pater habẽs filios ex primo matrimonio tantùm, & non cum secunda vxore. Et testãdo illam fecerit vsufructuariam, priuignis eius institutis hæredibus; &
16 propterea alitèr seruandum est, & sic attẽdenda dispositio *legis hac edictali 6. C. de secundis nuptijs*, vt non possit prætendere vxor vsufructuaria, nisi quantùm posset habere vnus ex filijs prioris matrimonij; nàm reliquas portiones filij instituti hæredes consequuntur, ità in specie tenet

nec *Caualc. alias citato titulo de vsufructu mulieri relicto. nu. 36. fol.* 208.

Cuius portionis debet esse contenta, dùm fuit mera voluntas testatoris eam sic honorare, non quod aliquod debitum id permisisset; & debent abstinere à subtractione bonorum hæreditariorum, dùm agonizante viro, aliud non faciunt vxo-
17 res, quam preciosiora bona celare, & expilare hæreditatem in damnum liberorum, quia cùm nouercæ sint, non proceditur aduersùs eas per actionem ad exibendum, vt tractatur cum matre, prout ipse latissimè dixi in *meo florilegio de crimine expilate hæreditatis*, sed actione furtiua, vt docet magistraliter *Bald in l. de his* 11. *C. de furt.* & hæc sufficiāt pro nouercis, dùm aliud fari ignoro, etenim eas non sum expertus, vt iacula crudeliora passus essem, sed Diuino mihi annuente fauore mater (quę inter mulieres ob morum qualitates absque animi affectatione poterat dici singularis) me genuit, & educauit, quæ sicùt fuit mihi carissima in vita, sic nùnc est mihi summæ tristitiæ in morte, licèt eius animam in Cœlo gaudere firmitèr credam; reliqua suppleant, qui priuigni sunt, & vltra theoricam circà hoc, praxim habent.

DE PRIVILEGIIS MVLIERVM

SPECIALE DECIMVMTERTIVM.

SVMMARIVM.

1 *Tex. in l. quisquis ff. ad l. Iul. maiest. comprehendit tam masculum, quàm feminam.*

Hermaphroditus, an in crimine læsæ maiestatis debeat haberi, vt masculus, vel vt femina.

2 *Hermaphroditus si magis incalescit in masculinum, erit masculus, si magis in femineum vti femina tractandus erit, & feudo non succedit.*

Si in mascula præualeat, cùm baptizatur nomen masculi ei imponitur, si in femina, & nomen femina.

3 *An possit esse testis in testamento, & num. 6. & quid in alijs actibus, num. 7. vsq; ad nu. 9.*

4 *Vnde dictus, ex quo originem habuit, & cui fuit primus Androginus filius.*

5 *Androgini sunt populi in Africa.*

6 *Hermaphroditus si pariter incalescat in virili, & in feminino sexu, tanquam mulier censendus est, & non potest promoueri ad sacros ordines, nec esse testis.*

7 *Testis esse potest omnis, qui à iure non est prohibitus ad deponendum.*

8 *Vna res diuerso iure censeri nō debet.*

9 *Incertitudo vitiat actum.*

10 *Hermaphroditus si par sit vtroque sexu, an succedat in feudis.*

11 *Quomodò cognosci possit, quod paritatem habeat sexus, vel plus præualeat in vno, quàm in alio?*

12 *Hermaphroditus, qui in vtroque præualet, quo sexu vti debeat, & quæ sit praxis circà hoc.*

13 *Hermaphroditus tenetur singulis annis confiteri peccata viriusque sexus.*

14 *Tenetur ad pœnam* l. si quis in tantam C. vnde vi.

15 *Hermaphroditus, an comprehendatur sub statuto disponente, quod mulieres non possint contrahere sine consensu consanguineorum.*

16 *Matrimonium contractū cū muliere, vel mare, qui postmodum inuenti sunt hermaphroditi, an valeat?*

DE

DE HERMAPHRODITO

CAPVT TERTIVM.

SPECIALE DECIMVMTERTIVM.

De specie hermaphroditi nonnulla in diuersis locis huius operis tetigimus, sed vt exprofesso de eius natura, actu, potentia, & validitate in iure permissa aliquid particulare inspiciatur, transscribendam, vt iacet hic duxi 16. *quæstionem Hieronymi Gigantis in lib. 3. de Crimine læsæ maiestatis.* ad hoc nè aliorum laborum fur ipse appaream, & mihi in honorem adscribeatur, sed remanear, cui debeatur, & iustum est, vt quilibet ex suis lucubrationibus fructus legat. Et ait sic.

Sextodecimo quæro: vidimus supra *quæst.* 14.& 15. proximè præce-
1 dentibus qualitèr, ex patris delicto in crimine læsæ maiestatis filius puniatur, & quod eum filiabus mitius agitur, & quod *tex. in l. quisquis in principio C.ad l. Iul maiest.* comprehendit tàm fęminam, quàm masculum dictum crimen perpetrantem: quid dicendum erit de Hermaphrodito, an iudicandus sit secundùm dispositionem *tex. in l. quisquis in* §. *fily verò*, aut secundum dispositionem *dicta l. in* §. *fęminas sanè*, & sic an vti filius, vel vti filia illius, qui crimen læsæ maiestatis commisit, iudicandus sit?

Pro intelligentia huius quæst. distinguendum puto, quod aut hermaphroditus incalescit magis in sexum virilem, aut magis in sexum fęmineum. Primo casu, vt masculus iu-
2 dicabitur *l. sed & quæsitum*, & ibi *DD. maximè Alex. ff. de lib. & posthum.* & eo casu vti filius masculus iudicabitur incurrisse pœnas, de quibus in *d.* §. *fily verò*, patre committente crimen læsæ maiestatis. Secundò verò casu, quando magis incalescit in fęmineum sexum, & tùnc vt fęmina censendus est, *l. quæritur ff. de statu hom.* & sic comprehendetur sub dispositione *d.* §. *ad filias sanè*, facit ad hoc, quia quando hermaphroditus incalescit magis in sexum fęmineũ, quàm virilem (quo casu iudicatur, vt fœmina) non succedet in feudo, à quo regularitèr fœminæ excludũtur, vt voluit *gl. in l. de quibus in verbo quibus ff. de leg.* per *tex. in d. l. quæritur*, secùs si magis in virilem sexũ incalescat, & voluit *Bald. in c.* 1. *de alienat. feud. pater.* & idem *in c. si clientulus col.* 3. *de alienat. feud. DD. in l.* 1. *C. quæ sit longa consuet. & Bald. in l fin. C. de suis, & legit. &c.* facit, quia baptizatur hermaphroditus; si eius sexus magis in virilem præualeat, ei nomen masculi imponitur, si secùs fœminæ nomen ei imponendum est, vt per *Bal. in l. quoties C. de suis, & legit. &c. & Angel. in l. de quibus, ff. leg.*

Sed an hermaphroditus possit esse testis, dicas, hoc dependere à quali-
3 tate eius sexus, vt dicit *tex. in c. testes,* §. *hermaphroditus 4. q. 3. & in l. repetundarum, ff. de test.* nàm si quæramus, an possit esse testis in testamento, videndum erit, an magis in eo sexus masculinus, quàm fœmineus præualeat; nàm si præualet sexus fœmineus, non poterit esse testis in testamento, quia fœminę in testamento testes esse non possunt: §. *testes instit. de testam. &* & ità dixit *gl. in d.* §. *hermaphroditus*, & ibi *DD.* maximè *Io: de Turrecremata*; idem voluit *Specul in titulo de instrum. ædetio.* §. 12. *vers. quid si vnus ex testib.*

In iudicijs verò admitteretur, vt dicit *praalleg. gl.* Si verò magis in sexu virilem incalesceret, tunc etiam in testamento testis esse poterit, vt dicunt *DD.* ibi, quod ex illo *tex.* probatur, dum ibi dicitur hermaphroditus, an ad testimonium admittatur qualitas sexus incalescentis ostendit, & ibidem *Io. de Turre Crem.* idem tenuit *Host. in summa in tit. de testib. in vers. quis possit esse testis, vers. quid de hermaphrodito*: vide *Nellum in tract. suo de testibus num.* 4. *& Steph. Aufer. in simili tract. nu.* 49. *& Iacob. Butr.* similiter *in tract. de testibus nu.* 7. *& Io: Coras. Doctorem Tolosanum in*
4 *l. quaritur ff. de statu homin.* vbi dixit, quod primus hermaphroditus fuit Veneris, & Mercurij filius, dictus ab Hermes, quo nomine Mercurius à Grecis nuncupabatur, & Aphrodite, quod est vnus; & appellatur etiam Androginos, qui vir est, & fœmina,
5 & vt testatur *Pl. lib.* 7. *cap.* 3. Androgini sunt populi in Aphrica vtriusq; sexus inter se mutuis vicibus coeuntes, quibus dextera Mamma virilis est, leua muliebris.

Quid autem dicendum est, si in hermaphrodito sit paritas sexus,
6 adeò vt non magis in vno, quàm in alio sexu incalescat. *Hug.* quem referunt *DD. in d. §. hermaphroditus*, dicit, se credere, quod tunc de eo sit iudicandum, sicut de fœmina, & ideò testificari non poterit in casibus, in quibus fœminæ in testes non admittuntur, & minus tali casu ad ordines clericales promoueri posset, vt voluit *Io: de Turre Crem.* qui refert etiã *Guliel.* ità tenuisse, & *Prapos. in d. §. hermaphroditus*, rationem adducẽs, quia vbi in Hermaphrodito paritas sexus reperitur ordinari, non debet, quia tutior via tenenda est. *c. iuuenis de spons.* sed circà testimonium ferendum dicit esse dubitabile, quia edictum de testibus prohibitorium certarum personarum, qui non reperi-
7 ritur prohibitus, testificari posse videtur, *l.* 1. *& l.* 3. *in princ ff. de testibus*, subdens, quod Hermaphroditus solum reperitur prohibitus, quãdo magis in fœmineum sexum incalescit, vbi fœminæ à testimonio arcentur, ergò in casu dubio testificari non erit prohibitus, & in ista opinione residet idem *Prapos.* quæ salua tanti viri reuerentia, mihi non placet, nam in Hermaphrodito iure statutum est, quod ad hoc, vt sciamus, an testis esse possit, nec nè qualitas sexus incalescentis spectanda est, vt dicit expressè *tex. in d. c. si testes in praalleg. §. hermaphroditus*, ergò eo non apparẽte, testificari non poterit: Secundo reprobatur dicta doctrina *Prapositi* ex alio, ipse in *d. §. hermaphroditus*, concedit, quod non apparente, in quo sexu magis præualeat ordinari non poterit, quod nulla alia ratione esse potest, nisi quia potiùs fœmina, quàm mas iudicetur, cũ fœminæ ordinari non possint, vt supra dictum fuit, ergò paritèr in testimo-
8 nio ferendo, vbi in teste requiritur qualitas masculina, admitti non debet: quia vna, & eadem res non debet diuerso iure censeri, *l. eum qui ades ff. de vsucap.* facit, quia vbi actus est in incerto non est satisfactum legi requirenti certam qualitatem puta masculinitatis, vt in *l. repetundarum, ff. de test. & in d. c. si testes. §.*
9 *Hermaphroditus* 4. *q.* 3. videmus enim, quod incertitudo actum viciat, *l. duo sunt Titij ff. de testam. tut.* prætereà si teneremus opinionem *Prapositi* esset destruere dictum *Hug.* quem refert; & sequitur idem *Prapos. in d. §. hermaphroditus*, qui voluit, quod in paritate sexus hermaphroditus iudicetur, vt fœmina: nec obstat fundamentum *Prapositi*, vbi dicit, quod ædictum de testibus est prohibitorium certarum personarum, *l.* 1. *col.* 3. *ff. de testib.* & qui non reperitur prohibitus testificari potest; quia respondeo, quod in casu nostro decisum est in iure, qualitatem sexus

Vu ma-

magis incalescentis in hermaphrodito spectandam, vt sciamus an in negotio, de quo agitur te iis esse possit, vt in *d.l.repetundarum, & in d.§. hermaphroditus.*

Quid autem dicendum erit, quo ad feudi successionem, an hermaphroditus æqualiter in vtroque sexu incalescens ad illā admittatur, *Ang. in l. de quibus, ff. de leg.* mouet *hanc quæstionem in 2. col. vers. sequitur in*
10 *gl.* idem erit, & ibi decidit, quod si talis peteret se ad feudum admitti, tamquam masculus, & exciperetur contra eum, quod esset fœmina, tūc cum probationes essent æquales, succumberet agens, argumento *tex. in l.si verò, §. qui pro rei qualitate, ff. qui satisd.cog.Bal.verò in l.quoties col. 2. vers. sed contrarium dicebatur, C. de suis, & legit. hæred.* dicit se consuluisse, quod si visis pudendis, quæ sunt vilissima pars corporis nostri, non appareret maior incalescentia in vno, quàm in alio sexu, si tamèn ex alijs operibus virtutis, quod agilitate corporis in eo virilitas præponderaret, quod in tali casu in feudo succederet; quia non est omninò imperfectus, qui similis est perfecto; quia imperfectio tali casu est occulta, quia tegitur, perfectio autem est euidens, & manifesta, & ideò dicit hanc eligendam.

Sed quæro, quomodò cognosci possit, quod hermaphroditus magis in vno, quàm in alio sexu incalescat: *Præpos. in c. testes, §. hermaphroditus*
11 *4.q.3.* refert *Hug.* dicere, quod hoc cognoscatur per aspectum corporis, vel conuersationem, vel si barbam habet, & semper velit virilia pertractare, & exercere, non autem fœminea, ac semper cum viris vult esse, & conuersari non autem cum fœminis, dicit enim ex hoc significari, quod in virilem sexum magis incalescat, si verò barba careat, & semper velit esse cùm fœminis, & opera fœminea exercere, & eo casu iudicari posset, fœmineum sexum in eo præualere, idem dixit ibid. *Io. de Turre. Crem.* & ibid. dicit *Præpos.* quod ad huiusmodi præpositū multum facit inspectio genitalium; dicas tamèn, quod si ex inspectione non appareret, quod magis in vno, quàm in alio sexu præualeret, sed ex corporis agilitate, & alijs virtutibus virilibus, & operibus virilitas constaret, vt masculus iudicaretur, vt dixit *Bal. in præalleg. l. quoties col. pen. vers. sed contrarium dicebatur, C. de*
12 *suis, & legit. hæred.* Quid si hermaphroditus vtriusque membri officio fungi possit, quod vtriq; quandoq; accidisse inuentum est: & *Host. in summa in titul. de test. vers. quis possit esse testis vers. quid de hermaphrodito,* testatur, quod in sua villa Serusit hermaphroditus inuentus est, qui & fœminei, & virilis sexus officio vtebatur, dixit *Host. ibidem,* quod cogi potest eligere, quo vti velit, & iureiurando astingetur de cætero, ac altero non vtendum, cum duplici officio, & maximè tàm diuerso fungi non debeat: *arg. 16. q. 1. cap. presbyteros, & arg. tex. in cap. diuersis de Cler. coniug. & l. si plures, ff. de pact.* quod suo tempore fecisse, dicit Episcopum Taurinensem eius diocesanum, & ego vidi in Ciuitate Venetiarū hoc anno 1551. de Mense Ianuarij equum vnum Turcum, habentem vtrumque sexum, & carentem testiculis, sed sexus fœmineus eo erat admodùm paruus, ac inutilis, emittebat enim vrinam ex membro, quod etiam erat satis paruulum non ex signo fœmineo.

Ceterum hermaphroditus tene-
13 tur singulo anno confiteri peccata sua, vt masculus, & fœmina, ità dixit *Ant. de Butric. in c. omnis vtriusque sexus de pœnis remiss.* & ibid. *Iac. Zochus. Ferrariensis.*
14 Itē hermaphroditus incidit in pœnā *l. si quis in tantam C. unde vi secundum Bar. & Bal. in d. l. si quis in tātam col. 2.*

Quid

Quid dicendum stante statuto, quod mulier contrahere nō possit sinè consensu consanguineorum, an in eo cōprehenderetur hermaphro-
15 ditus? *Bald. in l. omnes populi col. 9. vers. quid si statutum dicat, ff. de inst. & iure*, & dixit quod non; quia hermaphroditus est homo mistus, non autem propriè mulier, idem tenuit *Petr. de Anchar. in repet. c. canonum statuta ver. venio ad quartum membrum de const.* de quo vide solemnem doctorem praeceptorem meum, *D. Guliel. Pontanum Perusinum in l. si stipulationum col. 7. circà finem, vers. quod firmat Bald. ff. de ver. obligat.* Ex praedictis deciditur quaestio vtrum matrimonium contractum cum aliqua tanquam muliere, quae tamèn vtrumque sexum habebat, tenuerit, nàm si sexus masculinus praeualet, vtiq; matrimonium erit inualidum, si verò in ea foemineus sexus validior esset, vtique matrimonium tenebit, & casus accidit iàm multis annis in hac Ciuitate Venetiarum, quod quaedam nobilis puella (ità enim reputabatur) nupsit cuidam nobili, à quo transducta, & à viro, vt secum tanquam cum eius vxore matrimonium consumaret requisita, inuenta est magis in virilem, qua in foemineum sexum incalescere, quo circà re in iudicium coram Reuerendissimo Patriarcha loci ordinario deducta, matrimonium inter eos contractum inualidum existere pronunciatum extitit, de quo perbelle alludens *Christophorus Pierius Gigas patruus meus egregius Poeta sic scripsit.*

Sanguine patritio puer est, & nata puella
Credita foemella est, mas fuit ille simul
In dubio est sexu, maris, at plus parte calescit
Pro pudor, vt mulier nupsit. Adulter erat.

Quibus dictis, nec minus verbum vnum de proprijs addere volui, nè alterius bona cum malis per me cōgestis miscere visus essem, & glorior pro Androgini siuè hermaphroditi cognitione aliena transcripsisse.

DE PRIVILEGIIS MVLIERVM

CIRCA ACTIONES, NEGOTIATIONES, ET CONTRACTVS.

SVMMARIVM.

1 *Mulieribus errantibus in confectione alicuius instrumenti iure succurritur.*

2 *Mulieres ignorant iura sicut rustici, & nu. 3.*

3 *Ignorantia regulariter praesumitur.*

4 *Mulieres non excusantur propter ignorantiam, quia tenetur peritiores consulere.*

5 *Mulier ducens ignorantèr coniugatum licet non sit matrimonium, tamèn si vxor illius decedat, est in electione sua, si dictum virum habere voluerit, & non poterit vir renuere ipsam vxorem.*

6 *Mulier si contrahendo sinè propinquo-* rum

rum consensu, contractus sit nullus, satis est, si consensus inde sequatur.

7 Statutum disponens, nè mulier contrahat citrà propinquorum consensum intelligitur si contrahat nomine proprio secùs alieno puta tutorio, & si proprio si non habeat consensum patris, qui superat omnes alios.

8 Filiam decipi per patrem non est credendum.

9 Dolus præsumptus à muliere commissus à iure remittitur.

10 Mulier non potest pro alijs intercedere, & intercedendo iuuatur Velleiano, quod procedit etiam, si non ipsa intercesserit, sed mandauerit intercedere.

11 Mulier, & minor non dicuntur fideiussores idonei.

Velleiani beneficium non solùm datur mulieri, verùm etiam & eius fideiussori.

Exceptiones principalis, quando iuuant fideiussorem.

12 Mulier quibus in casibus potest se obligare vsque ad nu. 16.

Non se obligando, sed soluendo pro alio, non iuuatur Velleiano, & quare, & nu. seq.

13 Miraculum est, quando mulier donat.

Mulierum genus auarissimum.

14 Mulier vēdens fundum pro alio Velleiano iuuatur.

15 Mulier se obligans pro suis necessitatibus, non iuuatur Velleiano.

Sit etiam si se obliget pro alenda familia simul cum viro, sed in subsidium.

An iuuetur Velleiano, si eius fideiussori promisit indemnitatem, remissiuè.

16 Mulier se obligando, vel fideiubendo pecunia mediante, non iuuatur beneficio Velleiano.

Legis auxilio non iuuatur, qui in lege delinquit.

17 Reip. interest mulieres esse dotatas.

18 Ciuitates sine ciuibus debent potiùs nominari segetes.

19 Populi magnitudo Regis gloria.

Rex noster Catholicus, quare Monarcha.

20 Mulieres indotatæ quamplurima mala experiuntur, dicuntur infelices, & iniustæ vxores appellantur.

21 Mulieres steriles etiam gaudent dotis priuilegijs

22 Mariti bona sunt vxori obligata statim contractis nuptijs.

23 Patris bona sunt obligata pro dote, & dotario, nurus statim atq; quod consentiat expressè, vel tacitè in matrimonio filij.

24 Consensus patris in matrimonio filij inducit propriam obligationem.

25 Legitima est danda filio post mortem patris.

26 Parentes seruata forma consuetudinis Neapolitanæ, quod non tenentur pro restitutione dotis recepta per filium ipsis viuentibus, quomodò procedat, contrà D. Michaelem Angelum Gizzium.

27 Actio hypothecaria an detur nurui in bonis socrus.

Mater interueniens cum patre in filij matrimonio, solus pater pro dote tenetur.

28 Matrimonium promiscuè contractum inter duos, si dos sit tantùm specificata, sed non data, bona mariti remanent obligata pro dotis constitutione, & nu. seq.

29 Frater tenetur iterum dotare sororem, dummodò primam dotem ex sua desidia non amiserit. sed quando.

30 Dos confessata non gaudet priuilegijs veræ dotis.

31 Bona ex pecunia dotali empta, vel à principio in specie data in dotem, sunt exempta à vexatione aliorum creditorum.

32 Mulier potest pacisci, nè viri bona sint obligata pro sua dote, sed quomodò hoc limitetur, & quomodò seruetur apud Ianuenses.

33 Mulier præter dotes, potest habere aliud patrimonium, & non prohibetur illud totum in dotem dare, excepto tamen are alieno.

34 Bona nostra dicuntur deducto are alieno.

35 Bona prohibita alienari, vel data puellæ sub conditione de illa non alienan-

nando, ad se dotandam alienari possunt.

36 *Mulier an possit testari de suo patrimonio in dotem dato cum pacto si sine liberis decesserit, remissiuè.*

37 *Decisio nouitèr adducta M. C. V. in sequenti casu nu. 38. & nu. 51.*

38 *Pater instituendo filiam heredem, an possit imponere onus, vt si nupserit, non habeat nisi dotem, & in reliquis succedant nepotes, vel alij consanguinei.*

39 *Reip. interest hominibus esse repletam. Bonum publicum magis consistit in nuptijs, quàm incontinentia.*

40 *Publica causa, siuè interesse præfertur priuato.*

41 *Hæreditas relicta sub conditione ne nubat debetur pure reiecta conditione tanquam impossibilis.*

42 *Impossibilè dicitur, quod à iure reprobatur.*

43 *Legatum factum mulieri, nisi nupserit, & nubendo, quod Titius succederet, debetur mulieri, etiam si nubat, & substitutus siuè fideicōmissarius excluditur.*

44 *Legatum factum mulieri in biscentum si non nupserit, & centum si nupserit, debetur non obstantibus nuptijs in omnibus biscentum.*

45 *Legatum factum in mille si monasterium mulier ingrediatur, & in centum si nubat, debetur integrum in omnibus mille, si nuptias contrahat, & si minus dederit, poterit supplementum petere, sed quando limitetur.*

46 *Matrimonij libertas, nec directè, nec indirectè impediri potest.*

47 *Fideicommissum solutum per errorem facti potest repeti, secùs per errorem iuris.*

48 *Fideicommissum solutum per errorem iuris à minore adhuc repetitur.*

49 *Minores habent restitutionem in integrum.*

50 *Actio competens alicui potest etiam per suum heredem exerceri.*

52 *Mulier simplicitèr nubendo videtur totum suum patrimonium dedisse in dotem.*

53 *Vidua nubendo videtur se dotare cū prima dote, & cum dotario.*

54 *Mulieres non possunt contrahere nuptias per procuratores sicùt homines, & quare.*

55 *Bona dotalia, vt cumq; talia sint, alienari prohibētur etiam consentiente marito, vel interueniente iuramento, sed quando, & quid in Ciuitate Neap.*

56 *Mulieres non possunt se obligare pro viris.*

57 *Vidua potest alienare res dotales.*

58 *Bona paraphernalia an possint per mulieres alienari.*

59 *Mulieres triplicia bona habere possunt.*

60 *Maritus nec dotem, nec donationem propter nuptias etiam consentiēte vxore alienare potest.*

61 *Mulier consentiendo in alienatione bonorum dotalium facta per virum, an possit agere contrà tertios possessores pro illis recuperandis.*

62 *Bona dotalia stabilia sunt magis priuilegiata quàm mobilia, dùm mobilia indistinctè vendi, & alienari possunt. Dotalia mobilia si exequantur, & vēdantur à viri creditoribus poterunt defendi per vxorem, & sic se opponendo obtinebit.*

63 *Maritus an possit alienare seruum dotalem? vel fundum mediante iuramento, & mulier valeat alienationi consentire.*

64 *Appellatione mobilium veniunt mouentia, & è contrà.*

65 *Maritus obligatus ad restitutionem dotis, illam restituere tenetur integralitèr, si bona mobilia, quæ vsu consumuntur ab eo vendantur.*

66 *Maritus non habens bona mobilia in dotem promissa poterit de eis petere interesse, sed quomodò.*

67 *Maritus est dominus dotis; sed quoàd vsumfructum; & durante matrimonio. Dicitur dominus dotis commutabilitèr. An habeat ius congrui propter possessionem rei dotalis.*

68 *Pretium fundi dotalis venditi per coniuges, ad maritum præsumitur peruenisse.*

Bona

69 *Bona mulierum dotalia, siue non dotalia, nec tangi, nec alienari possunt, sic etiam nec exequi, nec vendi ex causa viri.*

70 *Bona dotalia vsucapi non possunt, sed quando.*

71 *Bona per mulierem acquisita durante matrimonio, quomodò acquisita præsumantur.*

72 *Maritus potest locare bona dotalia, dùm fructus eius sunt pro onore matrimonij, sed non in eis seruitutem imponere.*

73 *Mulier impropriè dicitur possidere bona dotalia.*

Dos dicitur proprium patrimonium mulieris, sed quomodò.

74 *Mulier non potest expellere colonum electum per virum, nec vir colonum mulieris priusquam nuptias contraheret.*

75 *Donare inuicem maritus, & vxor non possunt potiùs ex quadam morum consuetudine, quam ex legis dispositione; tamen ex hac donatione fructus, suos industriales facit, sed an hoc intelligatur de donatione causa mortis remissiuè.*

76 *Donatio facta inter coniuges cum iuramento valet, sed quomodò nu. 78.*

Inter patrem, & filium iuramento roboratam, tenet.

Obligatio non datur in re propria.

77 *Donatio prohibita iure, & confirmata iuramento reuocari poterit præuia absolutione.*

78 *Donationem factam inter coniuges, hæredes inualidare iure poterunt.*

79 *donatio inter coniuges, quibus in casibus permittatur, remissiuè.*

80 *Donatio inter sponsum, & sponsam est prohibita, sicùt illa inter virum, & vxorem post tamen contractũ matrimonium secùs ante.*

81 Curtius Senior in l. 2. nu. 4. ff. sol. matr. *quomodò intelligendus.*

82 *Donatio hodie inter sponsos, vt valeat, est introducta cautela, quod fiat pro filijs ex matrimonio inter dictos sponsos contrahendo nascituris, & permittitur etiam inter coniuges pro filia maritanda, & nu. 83.*

83 *Sponsalia ante contractum matrimonium quomodò sint.*

Matrimonium spirituale per electionem post consensum initiatur, in confirmatione ratificatur, in consecratione confirmatur.

84 *Actio recuperandæ dotis spectat ad virum, & eius hæredes, sed potest cedi vxori, vt via executiua procedat circà debitores.*

85 *Actio ex stipulatu datur tàm pro dote recuperanda, quàm pro dote restituẽda, dùm actio rei vxoriæ non est in vsu.*

Actio rei vxoriæ, quare amplius non detur, & sufficiat illa pro stipulatu.

86 *Interesse dotis à debitoribus peti potest, etiam si nullum tempore dotis sit promissum.*

87 *Actio in rẽ datur pro donatione propter nuptias.*

Instrumẽtum dotis non reassumptum, & mortui sunt testes, & Notarius ex speciali dotis priuilegio reassumi potest.

88 *Instrumentorum reassumptio hodie, quando mortui sunt testes, quomodò fiat.*

89 *Actio ex stipulatu, & si competere possit mulieri, quando dat viro fundum æstimatum in dotem, nihilominus habet quoq; actionem ex empto, quæ fortior est, constante tamen matrimonio; posteà verò vti debet actione ex dote, quæ habet maiores prorogatiuas.*

90 *Mulier committens furtum in bonis viri, an amittat actionem ex dote, pro dote recuperanda?*

91 *Dos si sit restituta mulieri in nominibus debitorũ, qui reperti sunt non soluendo, non obstante quietatione per mulierem facta ad beneficium restituentiũ, adhuc repeti liquida, & certa potest, dùm cedens tenetur facere illud nomen debitoris soluendo, etiam quod non promiserit.*

92 *Priuilegium prælationis, & hypothecatæ an transeat ad hæredes.*

93 *Euictio & si non promissa in contra-*

cti-

ctibus, tacitè subintelligitur.

94 Exigibilitas non venit sub nomine euictionis, & nisi expressè promittatur, nõ intelligitur appolita.

95 Paria sunt, quem non esse debitorem, vel esse, & non soluendo.

96 Mulier ex positiuo priuilegio, potest petere dotem restitui etiam ante tempus.

97 Dos data constituta, & non consignata, haud repeti poterit.

98 Dos confessata per virum in testamento praeuio iuramento, vel in vita, & postmodum confirmata in morte, potest repeti, & si aliàs non constet de eius traditione secundùm vnam opinionem sed contrà secundùm veriorem nu. 102. & seq.

99 Donatio inter viuos facta à cõsanguineis nobis, est magis irreuocabilis.

Sed in quibus casibus reuocatio detur.

100 Mortis mensio, quae fit in donationibus irreuocabiliter inter viuos, est per modum dilationis, non causa finalis.

101 Donatio inter viuos transfert donatario dominium à die donationis.

102 Donatio inter viuos vel causa mortis debet reuocari expressè, & non per verba generalia, scilicet cassans, & reuocans, &c.

103 Confessio dotis recepta per maritum sine numeratione in sua testamento non praeiudicat creditoribus, etiam post dictã confessionem factam.

104 Confessio dotis facta per maritum post instrumẽtum dotale praeiudicat creditoribus.

105 Consequens debet habere antecedens.

106 Dos recuperanda venit per mulierem pro quantitate consignata, sic etiã, & antefatum.

107 Antefatum an detur, quando dissoluitur matrimonium, ob impedimentum parentela.

108 Actio ex stipulatu pro dote recuperanda, non competit mulieri, quando sua culpa dotem amiserit.

109 Mulier adultera efficitur infamis, & amittit dotem; & bona paraphernalia applicantur viro, dummodò non adsint filij.

110 Maritus vt lucretur dotem adulterantis mulieris, debet eam de adulterio accusare, & probare, & si adulterium non sit consumatum, sed tentatum, idem erit sub nu. 114.

111 Vxor cõsanguinea, qua nõ poterat esse vxor, si adulteriũ cõmiserit non amittit dotẽ, quia nõ poterat esse matrimonium.

112 Adulterium debeat habere (vt tale sit) validitatem matrimonij.

113 Maritus non lucratur fructus dotis, quando matrimonium non valet.

114 Mariti haeredes, an possint accusare eius vxorem de adulterio ad finem lucrandi dotem.

115 Alimenta an sint danda vxori pendente lite de eius adulterio.

116 Saluianum interdictum, siue assistentia datur mulieri cõtrà tertios possessores pro dotis recuperatione absq; discussione principalis.

117 Instrumentum non sufficit pro probandis extremis assistentiae, sed sunt examinandi testes, dato quod sit reassumptum in forma probante, quod non est de essentia.

118 Sententia in causa assistentiae probata exequitur quoad sortem principalem, secùs interesse, non obstante appellatione quoad caput ad indicationis, praestita tamen cautione in casu retractionis.

119 Appellatio licèt non impediat executionem decreti in iudicio assistentiae, tamen impeditur, si etiam fuerit de nullitate dictum.

120 Saluiani interdicti iudicium non praescribitur, nisi spatio 30. annorum, hypothecariae verò actionis aduersus tertium possessorẽ decẽ, vel 20. annorũ.

Vtilitates multae sunt, quae proueniunt ex Saluiano interdicto, vsque ad num. 124.

121 Saluianum interdictum peti potest ex instrumento reassumpto in carta bambatina tantùm.

122 Clausula constituti, & precarij est de stylo notariorum, & censetur apposita tacitè, & si non expressè apponatur in contractibus contrà Muscat.

123 Dotis fauore semper est amplecten-

da

da opinio, qua magis ei fauet, cum in ambiguis semper pro dote respondẽdum sit, & pro ea vnus doctor sufficiat.

124 Restitutio in integrum non impedit executionem in casu saluiani interdicti, sicut appellatio.

125 Interdictum vtile competit mulieri pro vendicandis rebus mobilibus, & quare.

126 Pactum factum inter coniuges, vt decedenti sinè filijs superstes succedat, valet.

127 Statutum, quod coniuges inuicem succedant, intelligitur, si sine liberis decedant. & quid si extent liberi, quam portionem habebunt superstites?

128 Dotando pater filiam, vel extraneus mulierem potest pacisci, quod dos reuertatur ad suos, si sine liberis decesserit, quod respectu patris procedit etiam ex legis dispositione absque pacto.

129 Mulier quando est dotata à patre, vel extraneo cum pacto, quod ad eos dos redeat, si sine liberis decedat, non potest pacisci, quod sit eius viri, & qua sit ratio.

130 Frater quando dotat sororem de bonis paternis vllum onus in dote imponere potest, & sub nu. 132.

131 Pater potest imponere onus super dotibus filiæ in ea portione, quæ legitimam excedit.

Legitima æs alienum putandum est.

132 Pactum factum per patrem, quod decedendo filia dotata sine liberis dos ad se reuertatur, an includat, etiam legitimam, & quando.

133 Soror habet priuilegium variandi contrà fratrem, nempè si priùs petierit dotem, potest inde variare, & petere admitti ad successionem cum decisione, num. 135.

134 Instantiam variare, an, & quando sit permissum.

Exceptionem dilatoriam potest opponere mulier, etiam post litem contestatam.

135 Mulier agens pro interesse antefati, potest variare instantiã, quod proprietas indè ei detur.

136 Contrahere mulieres possunt si alterius potestati subiacent.

137 Mulieres negotiari, & contrahere possunt liberè de bonis extradotalibus.

138 Contractus à muliere celebratus contrà formam statuti, si est contrà ipsam stipulantem, nullus est, si pro, valet, quod non approbatur.

139 Contractus, aut in totum inualidus est, aut in totum inualidus, & non pro parte validus, & pro parte non.

140 Mulieres ligantur statutis regionum. Non excusantur ab ijs, quæ ad iuris rigorem conseruandum sunt introducta.

141 Mulieres Ianuenses, & gallæ, omnes quasi negotiantur.

142 Maritus an sit obligatus ex negotiatione mulieris? vsque ad num. 145.

143 Maritus non potest ex negotiatione mulieris habere beneficium deducto, ne egeat.

Quando poterit conueniri pro vxore.

144 Maritus si ex negotio mulieris commodum sentijt, tenetur de proprio.

146 Filia renunciando hæreditatem paternam, an possit contrauenire.

147 Hæres semel acceptando, non potest amplius hæreditatem renunciare.

148 Contractus dolo celebrati reuocari possunt.

149 Soror remittens fratri omne ius, quod habet, & habere sperat, intelligitur ex causa de præterito, non de futuro.

150 Dolus abesse semper debet ab animo contrahentium.

Bonus quisque in dubio, & non malus præsumitur.

151 Dolus quid sit, & quomodò probetur.

152 Renunciatio iuris de futuro, an facta iuramento valeat.

Absolutio à iuramento in contractibus semper est obtinenda ad finem agendi.

153 Renunciatio, quæ debet fieri vigore stante alicuius beneficio, intelligenda est, si renuncians aliquod commodum ex re illa habuit.

154 Filia renunciando patri propter masculos, si frater decedat, ei succedit renun-

nunciatione non obstante.

155 *Statutum excludens filias intelligitur de eis bonis, de cuius successione agitur.*

Excludens sorores à successione fratrum, non intelligitur exclusa à successione sororum.

156 *Filia renuncians bonis paternis propter masculos, illis non existentibus succedit patri.*

157 *Mulieres regulariter omnes habent restitutionem in integrum in omnibus contractibus, & in pari gradu cum minore, fisco, & Ecclesia, & non tantùm adversùs praescriptionem rerum dotalium, sed etiam non dotalium, & adversus alias mulieres etiam privilegiatas.*

158 *Restitutio in integrum, quid sit, & usque ad quod tempus, detur, cum exēplis.*

159 *Quadriennium, quod conceditur ad restitutionem in integrum, an detur per viam actionis, vel per viam exceptionis.*

160 *Quae in agendo sunt perpetua, in excipiendo, sunt temporalia.*

161 *Primum, & secundum beneficium sivè prima, & bina restitutio sunt intra- ducta in Regno loco restitutionis in integrum, & procedunt, sivè causa sit magna, sivè modica, & nu. seq.*

162 *Beneficia petentes eis non utendo solvunt poenam auri unciae unius.*

Restitutio in integrum non est in usu in Romana curia.

163 *Mulier sivè minor, sivè maior sit 25. annis semper habet restitutionem in integrum; tam ante, quàm post conclusionem in causa; tàm si uti principalis, quam si uti autrix laudata.*

164 *Restitutio in integrum si sit data in causa principali, non conceditur in accessoriis.*

165 *Minor non habet restitutionem in integrum, si in contractibus iuravit.*

Si litigavit per procuratorem, & ab eo ledatur, non habet restitutionem in integrum.

166 *Restitutio in integrum, quomodò detur in litibus.*

197 *Mulier an habeat restitutionem in integrum adversùs appellationem desertam, & adversùs propriam confessionem.*

Singula si non prosunt, multa collecta iuvant.

DE PRIVILEGIIS MVLIERVM

CIRCA ACTIONES, NEGOTIATIONES, ET CONTRACTVS.

CAPVT QVARTVM.

Est actum est superiori Capitulo tertio de statu, & conditione mulierum, sed quia quaelibet potest iuxtà suam qualitatem agere, negotiari, & contrahere, iure igitur in hoc Capitulo quarto de contractibus, negotiationibus, & actionibus earum discurram.

Mulieribus plus licere inconsideratè negotiari, quam viris, constat ex privilegio earum sexus fragilitatis, ūdè propterea ipsis succurritur, cum errent in alicuius instru-
1 menti, vel contractus confectione, vt alibi dictum est per *Gabriel. de Pa-*

 reia

reia de instrument. edit. to. 2. tit. 9. resol. 5. in princ. & tanto magis excu-
1 santur, cum iura ignorent secundum *Abb. in c. quoniam* 40. *num.* 4. *De Simonia, Fachin. lib. 1. controu. iur. cap. 11. ver. secunda est controuersia, Costa de facti scientia centur. 1. dist. 12. nu. 3.* dicit enim *Gaill. lib. 2. obseruat. 84. nu. 6.* ignorantiam regularitèt præsumi, & propriè rusticus, &
3 mulier ignorare præsumuntur plusquam alij *Capyc. decis.* 159. *num.* 22. tamen secundum *Bald. in l. iuris ignorantiam nu.* 4. & 5. *C. qui admitti*, debent ad euadendam deceptionem peritiores consulere; & sicùt fœminæ pro indulgentijs vagantur, ità pro quærendis consilijs alibi proficisci debent (sed hæc mihi videtur similitudo valde dissimilis, cum interesse animæ alijs non sit comparandum;) & sequitur, quod si impe-
4 ritum doctorem consulant, & sanum consilium non reportabunt, non excusantur, vndè nota quod si cum ignoret mulier statum alicuius hominis, ipsi nubat, qui coniugatus erat, si prima mulier decesserit, succurritur secundæ, vt in eius voluntate sit,
5 si eum retinere voluerit in virum: *Costa centur. 2. distinct. 25. num. 14.* qua facta deliberatione, ille eam renuere non poterit, vt in *§. hoc tamen inst. canon. de diuortijs*; & est hoc credendum, quia lex quantum potest, studet, earum succurrere miserijs, consulere erroribus, & subuenire egestatibus; hinc videmus, quod si ex dispositione statuti mulier contrahere interdicatur citrà propinquorum consensum, & contrahere extenditur, etiam si donare voluerit causa mortis; *de Frāch. decis.* 213. *nu.* 14. si contrahat vllo eorum interueniente consensu, ne mulieris inuali-
6 detur actus, satis est, si consensus subsequatur, ità *Marsil. in l. quæstionis num. 34. ff. de Quæst. Gomes. ad l. Tauri 54. n. 5.* quod intelligēdū erit, si nomine proprio, secùs si alieno puta tutorio; tunc enim non comprehenditur sub statuto dictante propinquorum consensum requiri,
7 quia stipulatur factum alienum: *Maran. in tertia parte sui speculi Rubr. iudicij tela aggreditur nu.* 124. vel si nomine proprio, sed simul cum patre contrahat, quia patris authoritas superat consanguineorum consensū, cùm decipi posse per patrem, cre-
8 dendum non est *Bal. in l. pactum nu. 24. C. de Collat.* & si dicatur dolo aliquid per mulierem actum esse, debitur hæc præsumptio, iuris indulgentia, cùm parcendum sit mulieri-
9 bus aduersùs dolum præsumptum *Fern. Vasq. controuers. illustr. lib. 3. cap. 95. nu. 5. Fachin. controuer. iur. cap. 11. lit. D.*

Et inter alias dispositiones, *Iurisconsulti*, vti *Paulus, Vulpianus, Caius, Papinianus, Iulianus, & alij quamplures, & Imperatores Antoninus, Alex. & reliqui in titulo digestorum, & Codicis ad Senat. consult. Velleia.* hanc præcipuam promulgarunt legem, vt mulier non possit in alterius
10 commodum etiam viri intercedere, & intercedendo iuuetur Velleiani beneficio, vt diximus supra *cap. 3. speciale* 4. Vbi limitauimus, quando esset vir carceratus, cùm pro eius libertate, intercessio, & obligatio teneat, de quo latissimè *Consil. Hodier. ad Surdum decis.* 86. quod etiam iure authenticorum comprobatū est, vt *in auth. si qua mulier, C. eod. ad Velleian. Thes. decis.* 223. *Freccia de subfeud. lib. 2. ver. pluribus num. 25. fol. 127. & Iudex Franc. Maria Pratus discept. for. to. 2. cap. 23. nu. 13.* Itaque prohibita est regularitèr se obligare, & procedit, non dùm si ipsa fideiubeat, sed etiam si fideiubere mandauerit: *Bal. in l. fideiussores nu. 1. C. eod. nuper citato*, & interueniente intercessore in eius obligatione, gaudet eodemmet priuilegio Velleiani *l. si mulier 16. §. si ab ea*, vbi *Bar. ff. ad Velleian. Bald. in l. 1. nu. 6. ff. eod.*

ff. eod. & sic desumpta est optima
regula, quod mulier, & minor, non
11 dicuntur fideiussores idonei, *Bal.*
in l. de die. §. qui mulierum nu. 1. ff.
qui satisd. cog. secundum quem in *l.*
si vxor, C. ad Velleian. nota hoc, quod
tàm mulier, quàm eius fideiussor
possit opponere exceptionem Vel-
leiani, etiam post sententiam contrà
tex. in l. exceptiones 7. ff. de Exc. &
l. vti fideiussor 24. ff. de reiudic. dùm
quando sunt exceptiones persona-
les, non iuuant fideiussores, secùs
quando reales ad *tex. in l. ex perso-*
na 33. & *l. si testamento 50. ff. de fi-*
deiussor. est tamen verum, quod in
aliquibus casibus hoc priuilegium
limitatur, & præter descriptos su-
pra *in c. 3. speciale 4. num. 158. &*
seq.

Primus est, si non stipuletur ali-
quam obligationem pro aliquo, sed
alienũ soluerit debitum, tùnc enim
12 non datur soluti repetitio ex Vel-
leiani beneficio, sed solutio tenet
iuxtà *Vulp. sententiam in l. sed si ego,*
§. fin. ff. ad Velleian. l. qui exceptio-
nem 40. ff. de cond. ct. indub. licèt ma-
lè allegata per *Placentin. de Actib.*
siue rerum vendition. ver. annectitur,
fol. 378. & Antonini Imperatoris in l.
1. C. eod. vbi *Bal. & Salyc. Prat. d. to.*
2. cap. 46. nu. 10. ratio desumitur à
d. §. fin. ex ferè impossibilitate ca-
sus, quod mulier facilius se obligat,
quam donat *Prat. vbi sup. n. 11. Boer.*
summa decis. to. 3. de fideiussor. nu. 120.
fol. 290. vndè cum videatur mira-
13 culum, quando ad aliquid soluen-
dum, vel dañum inducitur secun-
dum *Io. Dom. Coscià Magistrum meum*
obseruandissimum in suis dissertat. iur.
lib. 2. resol. 10. num. 81. fol. 72. eius
effectus non est impediendus, cùm
sciamus, quantum sit auarissimum
mulierum genus, vt per multa iura
firmauit *gl. in eod. §. fin. lit. V. Azo in*
summa C. de Prædijs curialibus sine de-
cretat. anteà *Bal. in l. 1. nu. 1. & 14.*
per illum tex. ff. ad Velleian. & in l. 2.
nu. 1. C. eod. Coscia vbi sup. & dixi in
meo florilegio in Rub. de decim. quod
procedit tàm si à principio soluerit
citrà aliquam obligationem, quam
si post forsan obligationem contra-
ctam solutionẽ fecerit, nàm & si obli-
gatio nulla esset ex vi Velleiani, ni-
hilominus si soluerit, beneficium il-
lud statim cessat, dùm obligationem
tantùm, & non solutionem respexit,
nec errore, vel ignorantia iuuatur,
quia si Velleianum non suffragatur,
à fortiori, error non prodest, qui fuit
etiam præconsideratus in Senatu, &
ex tenuitate mulieris reprobatus
habens pro impossibile, quod mu-
lier ad hoc se inducat, ità optimè
Roderic. de annuis redit. lib. 2. q. 5. nu.
135. sed contrà *dictum Rodericum* ob-
stat *tex. ad literam in l. qui exceptio-*
nem 40. ff. de cond. indeb. cuius si me-
minisset, tenuisset, quod soluente
muliere obligata virtute Velleiani
solutum repeteret ibi *Nàm si quidem*
eius causa exceptio datur, cum quo agi-
tur solutum repetere potest, vt accidit
in Senatusconsulto de intercessionibus,
vbi verò in odium eius, cui dibetur ex-
ceptio datur perperam solutum, non re-
petitur, veluti si filius familias contrà
macedonianum mutuam pecuniam ac-
ceperit. Et propterea optimè consu-
luit *Pompon. lib. 25. ad Sabin. in l. 3.*
ff. de compensat. melius esse non sol-
uere, quam solutum repetere; tamèn
14 si vendat fundum pro alio, in ista
venditione dicit *Bal. in l. si mulier, §.*
item si mulier nu. 1. ff. ad Senat. cons.
Velleian. quod Velleiano iuuatur.

Secundus est, quando mulier, se
obligat pro semetipsa, vt diximus
supra *cap. 3. speciale 4. num. 150. &*
157. vel quia debitrix erat, obligat
15 se alteri pro creditore suo, vel si
fuerit à dicto creditore alicui tertio,
cessa, & delegata, nàm cùm de suo
proprio commodo tractetur, iustum
est, vt quoque debitæ solutionis in-
commodum sentiat, alias enim esset
iniqua lex, si disposuisset, nè mulier

possset pro sua necessitate obligationis oneri se submittere, non tantùm respectu contrahentium, verùm etiã sui, quia nemo induceretur ad iactandum suum, & suis egestatibus non inueniret auxiliatorem, & sic, & naturæ, & charitatis pro subuentione tolleretur effectus, *l. 2. vbi gl. Bal. & Salyc. C. ad Velleian.* vndè dixit optimè *Grat. discept. for. cap. 107. nu. 4. & 8. & cap. 108. nu. 29.* quod si contrahat aliquod debitum pro alenda familia sua, simul cum viro, in subsidium ipsa tenetur, quia & ipsa commoditatem sentijt; vide ad hæc *Thesaur. decis. 223. nu. 15.* & *Roder. d. q. 5. nu. 34.* qui etiam supra *nu. 30.* discurrit, an prodesse possit Velleianũ, quãdo mulier fideiussori suo indẽnitatem promisit, si pro dicta indẽnitate promissa cõueniatur.

Tertius est, si non gratiosè intercedat, sed stipendio mediante *l. antiqua iurisdictionis 23. C. ad Senat. consul. Velleia. & Prat. discept. for. d. to. 2. cap. 46. nu. 13. arg. tex. in c. bona fi-*
16 *des 2. de deposito*, vbi tenetur ex leui culpa depositarius, si mercedem acceperit, & optima ratione nè detur occasio mercandi sub pallio Velleiani, & euitetur vsuraria prauitas, quæ fuit semper damnosa; si enim non sexus fragilitate fuit inducta ad promittendum, sed pecuniarum auiditate, iustum est, quod non iuuetur legis suffragio, quæ delinquit in lege *c. quia frustra 14. de vsur. c. fin. §. cũ autem de immun. Eccles. & l. auxilliũ 38. §. vlt. in fin. ff. de min. 25. ann.*

Fauor alius est mulierum circà negotiationem, quod cum Reip. intersit, eas esse dotatas: *l. 2. ff. de iure dot. Costa de facti scient. cent. 2. dist. 12. n. 57. D. Cõs. Staib. to. 2. resol. 152. nu. 32. fol. 102.* ad hoc vt viros inuenire
17 possint secundum *Aretin. in §. in personam nu. 19. de actionib.* & legitimè filios procreare pro Dei seruitio, cum tot sancti nasci possint, quot sunt filij & pro Reip. vtilitate; quãto enim orbis abundat mortalibus tanto mirabilior, lacrimabilis patria sinè hominibus, habens pro gentibus colubros possessores, & pro domibus segetes, vt dixit *Ouid. epist. 1.*
18 *Penelopa ad Vlyssem.* ibi:

Iã segetes vbi Troia fuit resecandaq; falce. vndè ppterea dixit optimè *Salo. prou. 14.* de quo meminit *Duar. in*
19 *tract. de Sacræ Ecclesiæ ministerijs c. 61. fol. mihi 174. à ter. In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis*, meritò igitur Noster Hispaniarum Rex Catholicus semper Augustus monarcha nuncupatur, cùm ob optimum regimen quamplurima regna in diuersis mundi partibus, possideat, & imperat, & illud pcipuè Hispaniarũ, & istud Siciliæ *c. valde necessariũ 94. dist. Camill. de la Ratha in theatro feud. to. 2. p. 11. dil. 7.* itàq; vt rẽ nostrã prosequamur summa vigilantia prouidendum est, prout iam statuerunt
20 leges; quod mulieres sint dotatæ; cùm ex hoc innumerabilia bona proueniant; dixit nàmque *Bald. in auth. res quæ nu. 10. C. comm. de leg. & l. cum quidam nu. 5. C. de iur. dot.* quod mulier indotata dicitur infelix, & contemnitur à marito; quia secundum *Neap. in consuetud. dos, & quarta nu. 95. de iure quarta*, mulier non dãs dotẽ non est iusta vxor, & reuera sic videtur, dùm quando vir est oneratus familia ex cumulo liberorum, & non habet, quomodò eos nutriat; quæ maior poterit experiri infelicitas? & prætextu, quod nõ sit dos data continuò cum vxore altercatur, & in domu nõ est dies quietis, sicùt non est hora satietatis.

Hinc Imperatoris tot promulgarũt leges pro conseruandis dotibus, proque illis recuperandis, quibus priuilegijs, etiam steriles mulieres
21 gaudere docuit. *Bald. in l. 1. nu. 20. ff. solut. matr. & Soccin. sen. ad l. primam nu. 18. ff. eod. Oin. inst. de Senatusconsulto Tertyll. in fine*, & sic statim contractis nuptijs, vt mulier cauta sit,

sit, remanent bona mariti obligata, attenta dotis natura; idem *Bal. in l.*
22 *etiam* 11. *n.*2. vbi similiter *gl. C. ad Senat. consul. Velleian. & in l.* 1. *ff. de rei vxor. act. Rodriq. de concursu creditorum art.* 1. *nu.* 4. *part.* 1. *l.* 1. *§. vt plenius, C. de rei vxor. act. Gaill. lib.* 2. *obseru.* 83. *nu.* 4. *Bar. de alimen. nu.* 50. latè *Cassan. ad consuetud. Burg. rub.* 4. §. 17. *in tex. par sommarij, num.* 10. *&* 11. quod amplia procedere etiam in bonis patris, vt si tacitè consentiat in matrimonio cõtrahendo per filium, hypothecata sint pro dotis restitutione, quamuis *tex.* dixerit *in l. si filio fam.* 54. hoc procedere in quantum est in peculio, *ff. sol. matr.* de quo per *Campeg. de dote part.* 3. *quæst.* 168. imò etiam pro antefato *Gaill. obseru.* 92. *num.* 10. *lib.* 2.
23 ità docet *Reg. Sanfel. decis.* 161. *in fine vol.* 2. *Boer. decis.* 195. *per Pasch de Patr. pot part.* 2. *cap.* 7. *nu* 80. *fol.* 320. qui supra *num.* 74. *&* 79. asseueranter fundat, de iure, patrem teneri ad restitutionem dotis, ac etiam se obligatum esse pro filio vxorem ducente, *l. si cum dotem* 23. *§. transgrediamur, ff. sol. matr. Bald. nou. de dote, par.* 6. *priuil.* 20. *nu.* 8. *fol.* 35. *l. vnica, §. & vt plenius, C. de rei vxor. act.* & propterea consentiendo in matrimonio, consensus ad hoc videtur tacitè præstitus, & successiuè contracta hypotheca, quæ tanquam pedissequa venit apud actum, & si hoc limitare voluisset, *Alber in l. vnica nu.* 5. *in fine. C. de rei vxor. act.* contrà
24 *Corn. lib.* 2. *cons.* 256. vt hoc intelligeretur, quando (prout est in Regno) filius non posset se obligare absque consensu patris, quod tunc scilicet consensus ille videtur præstitus potiùs ad validandam illam filij, quam ad inducendam propriã obligationem; quod ipse non probo; dùm non est opus, quod filius nubendo se obliget pro restituenda dote, cum ipso iure remaneat obligatus, & per consequens à fortiori consensus patris, nõ est necessarius; vnde rationabilior est *Cornei* opinio dicentis, consensum genitoris inducere suam obligationem, vt habetur ex *Oin. etiam in §. fuerat de action. nu.* 33. vbi addentes *de action.* & comprobatur sic, quod si alias esset, hoc sequeretur absurdum, quod existente filio in patria potestate; & legitima portione adhuc sibi non assignata, quæ post mortem patris debetur, dùm in vita non potest cogi ad eam
25 dandam, *l.* 1. *§. si impuberi in fine vbi gl. & Bart. ff. de collat. bonorum, §. item non aliter cum §. seq. inst. de adopt.* si dos recepta destrueretur, & patrimonium socerus alienaretur, ità quod, vt sæpè contingere visum est, non remaneret, nec minus palea pro legitima filij; si non posset procedere mulier contrà possessores bonorum, quæ existebant tempore nuptiarum, tanquam non hypothecatorum, remaneret indotata, quod leges damnant pro conseruatione Reip.
26 ex quo inferri potest ad nostram consuetudinem *filio ducente, &c. Rub. de Patre recipiente dotes*, quæ vult, parentes non teneri ad restitutionem dotis receptæ per filium ipsis viuentibus, sed benè post eorum mortem hæredes, pro concurrenti quantitate portionis, quæ spectaret ad filium defunctum, si viueret tempore obitus parentum, quod si tunc non reperirentur bona, nec adessent hæredes, remaneret dicta mulier absque dote, si non posset habere regressum aduersùs bona possidentes contrà *D. Mich. Angel. Gizz.* medioctis ætatis, à quo in hoc caueas, vt par pari referatur iuxta sẽtentiam *Alc. lib.* 4. *de verb. oblig. fol.* 192. *in Regijs Tribunalibus versatissimum, & curiosissimum, in obseruatione ad Dominum Reg. Capyc. latro* 64. *nu.* 6. & tanto magis, cùm ipse differit, quod vigore dictæ cõsuetudinis cõsensus patris, etiam simplex sufficit pro inducenda secundum superius for-

formam traditam obligatione, vt 27. *in obseruatione 36. nu.6.* licèt contrà decretum M.C. decisum referat pro S.C. hypothecam non dari nurui in bonis socrus, ex opinione sola *Nauclerij ad dictam consuetud. filio ducente*, qui dicit, quod aduersùs hæredes patris datur tantùm actio personalis, quæ non sequitur fundum, nec competit contrà singularem successorem iuxtà tradita per *D. de Afflict. decis. 95. nu. 6.* quæ etiam in subsidium dicere possumus, quod aduersùs tertium possessorem datur ex causa lucratiua, vt ex multis tenet *Amat.to.1 resol.12.nu.13.* secundum quem quando hypothecaria non daretur, vt ex *Pasc.& Sanfel.* vbi supra fundauimus contrà cessionarios, & donatarios post eius dotem, mulier ea vti licitè posset, & si interuenerit mater etiam in contractu matrimonij per filium solum patrem teneri voluit alia *const. si pater, & mater cod. tit.* quàuis alij dixissent procedere, quando dedit cōsensum ad recipiēdam dotem, vt ex *Affl. decis.332.n.2.*

Et ex hoc priuilegio possumus inferre, quod si duo inuicem contraxerunt matrimonium, quod Titius dedit suam sororem Meuio, & Meuius suam sororem Titio constitutam, siuè taxata dote, sed ea non soluta, quilibet retinens penes se, quod dare vellet, & sic remanent
28 bona permutata pro dotibus, sunt non dùm vniuscuiusque mariti bona tacitè, sed expressè obligata, & prohibita alienari, imò in casu, quo dos siuè tes mariti perderentur, sunt
29 illæ fratris obligatæ, qui tenetur in hoc casu iterum eam dotare, sic addentes ad *Bar. in l. si pater 7. vers. si pater, C. de dotis promiss.* & faciunt dicta *Mangr. ad eundem Bart. in l. si quis à liberis, §. vtrum, ff. de lib. agnos. vers. quæro an pater in princ.* ac diximus supra *cap. 3. special. 4. nu. 59.* & illud, quod dicit in contrarium *Vin. opin. 337. nu.4.* intelligitur, quandò dotaret frater sororem non ex iuris debito, quia succèssit hæreditati cum onere maritandi, sed ob pietatem ex proprijs bonis; vndè si semel fecerit ælemosynam, denuò post illā consumptam, ad aliam dandam non est compellendus, & ità quoque est intelligendus *Abb. in cons. 50. nu.3. par.2.* cùm dixerit, quod sicùt frater tenetur sororem pauperem alere, sic similitèr eam dotare debet, quam hypothecam procedere, & dare dixit *Gom. ad l. 50. Tauri. nu.37. ver. item etiam*; dato, quod maritus sit minor 25. annis; quia si est maior pro matrimonio, debet etiam esse talis pro dote.

Tamèn hoc intelligendùm est de dote tradita secùs tantùm confessata; quæ non gaudet priuilegijs veræ
30 dotis, & præcipuè, quando agitur de præiudicio creditorum, & post lapsa tempora dicendi de non numerata dote, vt ex *Matth. de Affl. decis. 402.* & alijs tenet *Maia consult. 27. nu. 15.* ac diximus supra *cap. 3. speciale 4. num 69.* & si ex dote aliquid emptum sit, vel dos in aliqua re stabili constituta, in his potior est
31 quibuscunque creditoribus secundum præcitatum *Bal. in l. si cum dotem 23. §. si mulier ff. sol. matr.* Est tamen verum, quod potest pacisci mulier, quod viri bona non sint ipsi pro eius dote obligata, renuncians
32 proprio iuris beneficio, ità *Bal. in d. l. etiā 11. per eundem tex. C. ad Senat. consul. Vell.* & est *tex. in aut. sed quānis, §. & cum lex, C. de rei vxor. act.* sed hęc renunciatio potest diuersimodè limitari, & signātèr, si mulier nō fuerit sui iuris, sed filias, tēpore, quo nubit, tùnc enim non valet tale pactū in præiudicium patris secundum *gl. nouam in d. l. etiam*; quod ipse intelligo secundum ius commune, vt desumitur ex *ead. gl.* secùs autem secundùm ius consuetudinarium regionum, per quod forsan liberatur filia, vt àlibi diximus à patria potestate,

ſtate, nàm tùnc valeret pactum in
fauorem viri, nè ſua bona pro eius
dote obligata ſint, *l. iubemus* 21. *C. ad*
Vellcian. ibi: *Iuri hypothecarum ſibi*
competenti per conſenſum proprium re-
nunciare, latiſſimè *Gutier.* poſt diſpu-
tatam quæſtionem *de Concurſu cred.*
art. 1. *nu.* 31. *fol.* 42. Et apud Ianuen-
ſes eſt parricularis in hoc diſpoſitio,
vt in *cap.* 20. *ſtatutorum lib.* 4. *verſ.*
poſſint nihilominus &c. Sed præcep-
tor meus *Coſtia* ſemper memoria
colendus ſublimitat, & declarat hoc
debere intelligi, & procedere, quan-
do aliter cauta eſt apud virũ pro ſua-
rum dotium ſecuritate, vt in *ſuis*
diſſertationibus reſol. 10. *num.* 22. *fol.*
68.

Mulier itàque, & ſi non præſuma-
tur regulatitèr habe e, niſi dotes,
33 nihilominùs poteſt ex aliquo acci-
denti aliud patrimonium præter do-
tes poſſidere, vt per *Dur. deciſ. no-*
niſſ. Rotæ in deciſ. 107. *nu* 13. *Bono-*
nienſ. ſucceſſionis, & nubendo non
eſt ei interdictum illud totum patri-
monium in dotem dare, *Gaill. lib.* 2.
obſeru. 82. *in princ. Artman Quæſt.*
lib. 1. *quæſt. iur. quæſt.* 14 *nu.* 19. & tã-
to magis, quando aliqua ſenex iu-
uenem, vel plebea nobilem virum
cupit; excepto tamèn, quod eſſet
æris alienis, nàm id non videtur in
dotem datum, *l. mulier bona* 73. *ff. de*
iure dot. etenim bona noſtra di-
34 cuntur, deducto ære alterius *l. papi-*
nianus 8. §. 4. *ff. de inoff. teſt. Iaſ. in l.*
1. *C. de Sacroſ. Eccl. & in auth. nouiſſi-*
mas C. de inoff. teſt. Neapod. in conſue-
tud. Neap. & ſi teſtator. nu. 28. *de ſuc-*
ceſſionibus morientis ſine filijs ex teſt.
Vndè dixit *Capyc. deciſ.* 128. *num.* 4.
quod ſuper illo, quod ſupereſt, vel
pro concurrenti eius quantitate, po-
teſt fieri executio in bonis dotali-
bus; ratio eſt, quia priùs erãt obno-
xia debito, & deindè conſtituta
in dotem, & ſic dotis nomen
non potuit tollere credita præce-
dentia, nec mutare debiti naturam
per eius conſtitutione, & ideò non
poterat effici dotalis, dùm erant alie-
na, vt in terminis docet *Azo in ſum-*
ma, C. ſi aduer. dotem nu. 2. quem ibi-
dem vide, an valeat promiſſio dotis
vltrà patrimonium. Tamèn præter
hæc, adeò vera ſunt, quæ ſupra ad-
duximus, ſcilicèt per mulierem poſ-
ſe totum æs ſuum dari in dotem,
quod vendicat ſibi locum, & ſi ad-
eſſent forſan aliqua bona, quæ pro-
35 hiberentur alienari, ex cauſa enim
dotis, & fauore matrimonij, ceſſat
hæc prohibitio, vndè ſi aliquid ali-
cui puellæ donatum ſit, ne alienet,
poteſt illud in dotem dare *Bal.* qui
eſt auriga omnium *in l. nulla nu.* 14.
& 15. vbi poſtmodum addentes *C.*
de iure dot. quem tu videas in *l.* 2. *nu.*
36 16. *C. de hæredit. act.* Vtrum mulier
poſſit teſtari de ſuo patrimonio in
dotem dato, quando eſt adiectum
pactum ſi ſinè liberis &c. & *D. Reg.*
Sanfelic. deciſ. 128.

Cumque ad materiã opportunum
caſum practicaſſet. ſolertiſſimus
V. I. D. Franciſcus Saia meus valdè
dilectus, & obſeruandiſſimus ami-
cus his ſequentibus ſuis alligationi-
bus enixe filiæ partem defendendo
obtinuit in M. C. V. à qua licèt poſt-
modùm fuiſſet per aduerſarium ap-
pellatum ad S. R. C. in banca Bor-
relli, non fuit appellatio proſecuta,
quia concordauerunt ſe partes.

Vincentius Forloſia in ſuo vlti-
mo, quod condidit elogio, duas fi-
lias, quas habebat, nempè Marga-
ritam, & Conſtantiam hæredes vni-
uerſales ſuper omnibus, & quibuſ-
cumque bonis inſtituit cum condi-
tione, quod quando nuptijs trade-
rentur, vel monaſterium ingredi vel-
lent, iure inſtitutionis legitimæ, ac
ſupplementi legitimè, pro dote da-
ri iuſſit, id quod arbitrabantur eius
vxor, & Reuer. Archipræsbiter, &
in reliquo ſuccederent filij quondã
Marci Forloſia teſtatoris nepotes, &
ſi aliqua ex dictis filiabus deceſſerit
abſ-

absque filijs legitimis, & naturalibus ex suo corpore, alia superstes succederet in dote arbitrata, & in hoc casu disponere posset de tertia parte dotis.

Margarita vna ex dictis hæredibus matrimonio collocata cum dote arbitrata à dicta sua matre, verùm sinè interuentu requisiti Archipræsbiteri, absque filijs mortua fuit, superstite dicta Constantia sorore, quæ cùm institisset sibi decerni, non tantùm medietatem hæreditatis paternæ, verùm etiam dotes arbitratas ad beneficium dictæ Margaritæ vna cùm fructibus à die mortis patris, fuit decreto M. C. ordinatum, quod dicta Constantia immittatur in possessionem medietatis integræ bonorum hæreditariorum dicti quondam Vincentij patris, sublato sequestro respectu fructuum; quam medietatem hæreditatis non alienet in con-
37 sulta M. C. V. ac etiam immittatur in possessionem dotis constitutæ ad beneficium dictæ quondam Margaritæ, & alia hæreditas remaneret sub seqstro, & hoc sub *die 1. Iunij 1649. iudicibus Hyacint. Cägian. & D. Thoma Carau. ad pñs meritiss. Cõs. actuar. de Mõda*, q decretũ post supplicationẽ porrectã per partem ad relationem eiusdẽ Iudicis Cangiani *sub die 17. Martij 1650.* fuit sic confirmatum: *Remissa est causa eidem M. C. verùm respectu dotiũ Margaritæ Forlosiæ prouideat, quod fiat sequestrum pro nùnc, donec alitèr fuerit prouisũ dempta quãtitate ducatorum ducentum, etiã stante contentamento ipsius Margaritæ, hoc suum, &c.*

Nuper verò dicta Constantia instat decidi caput omissum, nempè ordinari, totam hæreditatem dicti sui patris ad ipsam spectare, sublato sequestro, & hic articulus iuris est
38 decidendus perscrutando, si dictus quõdam Vincentius Testator poterat priuare filias in casu nuptiarum maiori commodo hæreditatis, & tãtummodò eas in sola legitima instituere. Ego verò, qui partes dictæ Constantiæ tueor ex sequentibus fundabo, hanc opinionem esse in iudicio sequendam, & ad sui beneficium esse inclinandum; quod testator non valebat in casu nuptiarum restringere successionem in sola legitima, dùm per prius erat Vniuersalis; est igitur videndum de iuribus dictæ dispositionis.

Nulli dubium est, Reip. interesse
39 liberis hominibus repleri *l. 1. ff. sol. matr.* & admodùm fauorabilis huiusmodi decisio habetur, vt *Bald. in cap. 1. de summa Trin. & fide cat.* scripsit, quod bonum publicum magis consistit in nuptijs, quam incontinentia, cùm ex nuptijs, legitimis, ciuibus repleatur Respubl. vndè *tex. in l. 1. C. de ind. vidui. tolle.* dicit Reip. interesse, vt multis ex legitimo matrimonio procreatis augeatur, in tã-
40 tum; quod si concurrat interesse priuatum, & publicum, & inter se discordent semper publicum priuato præfertur *l. 1. vbi gl. verf. Decimo tertio, nota quod ratio publicæ vtilitatis, ff. sol. matr.* vbi *Ias. nu. 38.* allegat optimum *tex. in c. si eos 7. q. 1. l. vnica, §. fin. C. de caduc. tollen.*

Hinc deducitur, quod conditio abstinendi à nuptijs, omninò à legato, vel institutione reijcitur, & ea reiecta remanet pura institutio, *l. quoties 22. l. cum ità legatum 62. & l.*
41 *cum tale 71. § meuia, & l. Titia si non nupserit, ff. de Condit. & demonst. Sanchez de matr. lib. 1. disput. 34. num. 3.* Ratio est, quia videtur conditio cõtrà iura, quæ mandant, non posse nuptias prohiberi, & proindè est in-
42 epta, & impossibilis, cùm impossibile dicatur, quod improbatur à iure: ex hoc refert, *Mant. lib. 11. tit. 19. nu. 1.* quod conditio procreandorum liberorum contraria, ne impedimentum nuptijs fieret, à iure reijcitur.

Ex his, quæ supra fundauimus deeidi

cidi facilè poterit hæc controuersia, nàm non poterat testator, quando filiæ maritabuntur eas priuari maiori commodo hæreditatis, nàm ipsæ filiæ de facili inducerētur potiùs ad non nubere, quam hæreditatem amittere, possunt quoq; supradicta substineri per ea, quæ dicit optimè *tex. in l. quoties 22. ff. de condit. & de-*
43 *monstrat.* ibi *Quoties sub conditione mulieri legatur, si non nupserit, & eiusdem fideicommissum sit, vt Titio restituat, si nubat, commodè statuitur, etiā si nupserit legatum eam petere posse, & non esse cogendam fideicommissum præstare,* qui *tex.* licèt loqui videatur in muliere, & non in virgine, tamen *gl. in l. seruo 61. vers. nupserit, ff. ad Senat. consul. Trebell.* dicit habere locum in virgine, & non in nupta, cùm alitèr in nupta iure nouo sit dispositum per *tex. in l. 2. C. de indit. viduit. toll.* & sequitur idem *Mantica de Coniect. tit. 19. lib. 11. nu. 4.* de qua materia vide latissimè *Conna. commēt. iur. fol. 511. lit. G. Alex. in l. stipulatio 75. nu. 4. ff. de verb. oblig. Castr. in l. pater seuerinam 100. ff. de condit. & demōst. Abb. lib. 1. cōs. 90. n. 2.* optimè *Carolus Rota in suo florilegio cēcl. 8. n. 11.* & nouissimè *D. Reg. Marcia. recolendæ memoriæ to. 2. disp. for.* in causa Principissæ Venusiæ *disput. 77.*

Addo *tex. in d. l. Titia si non nupserit*, quo statuitur, si non nupserit ducenta, si verò nupserit centum
44 dari mandabat testator, etiam si nupserit ducenta deberi, licèt aliqui opinantur non probari nostram iustitiam, cùm tantummodò dicat à S. C. *an centum vti nupta, & ducenta vti vidua petere possit, & ne videtur ridiculum, eandem esse nuptam, & innuptam ducenta solummodò posse petere.* Ex quibus verbis inferunt, non decidi per *illum tex.* deberi ducenta in pœnam prohibitionis matrimonij, nàm post omnes repetentes videndus est *Couar. variar. resol. cap. 19. nu. 10.* qui imbrobando contrariam tenentes fundat veram esse *illius tex.* interpretationem, & deberi ducenta in pœnam prohibitionis matrimonij, fauore ipsius, & Reip. *Mant. lib. 11. q. 18. nu. 29.*

Addatur & tertia, quod quamuis non videatur expræssis verbis per testatorem prohibitum in huiusmodi facti specie matrimonium. Imò potiùs data libertas contrahendi, & legatæ dotes congruæ, & proindè non habere locum.

Respondetur, quod à principio poterat testator instituere filias in sola legitima, & reliquo eas priuare, cum quilibet de re sua sit moderator, & arbiter, nec aliam necessitatem pater habeat relinquendi filiæ, quam solam legitimam titulo institutionis; at quando instituit heredem in toto esse, vt in casu præsenti, & illo potiri iussit, antequam maritabuntur, est certissimum, effectum esse patrimonium proprium filiarum, & in casu nuptiarum dictum patrimonium diminuitur, & sic est pœna consistens in patrimonio diminuendo, quæ apponi non potest iuxtà ea, quæ dicit *Sanchez de matrimon. lib. 1. quæst. 33. nu. 1. vers. 3.*

45 Nec reijci debet sequens inductio. Dicunt *DD.* an si testator mille reliquerit, si maritabitur, & ducenta si religionem ingrederetur, & rationem, quam afferunt illi, qui fundant deberi mille, licèt monasteriū ingrederetur, quia distraheretur à matrimonio spirituali pro habendo maiori lucro dotis: *Mant. d. lib. 11. tit. 18. num. 28. Verar. in sua Top. locus à matrim. carnali, vsque ad c. 10.* & latissimè *Alex. in l. stipulatio 71. num. 41. ff. de verb. oblig. Connan dicto fol. 511. citata litera. G. & Abb. conf. 90. nu. 2. part. 1. & Danza to. 1. de pugna DD. ad rubr. de legatis pys cap. 5. nu. 1. & 2.*

Et si frater eā maritando minus dederit, poterit indè post contractas nuptias legati supplementum

 pete-

46 petere, libertas enim matrimonij, nec directè, nec indirectè impediri potest, *Dec. in l. nuptias nu. 13. ff. de regul. iur. Maia consult. 20. nu. 11.* sed in casu præsenti magis fauent iura, quam vitæ cœlibi, vel matrimonio spirituali, *Couar. d. cap. 28. nu. 10.*

Est tamen verum, quod si esset factum legatum in centum, si non nupserit, & in ducentum si nupserit Titio, si cum alio nuptias contraxerit, non poterit ducenta nùnc petere; dùm pro illis fuit contemplata persona Titij secundum *Abb. d. conf. 96. citato nu. 2.*

Et quia testator iussit, quando eius filiæ maritabuntur illis dari deberet dos congrua arbitranda per matrem, & Reu. Archiepiscopum, & in reliquo hæreditatis succederent filij quondam Marci; cum vna ex dictis filiabus fuerit iam maritata cum dote consignata per dictam eius matrem ducatorum tercentum, & postmodum mortua, dicit pars aduersa fuisse acceptatam dispositionem paternam, & proindè in reliquo portionis tangentis dictæ Margaritæ nuptæ, & mortuæ substitutum debere succedere.

Nàm respõdetur vanam esse huiusmodi prætensionem, siquidem dato in fortioribus terminis, quod dicta Margarita dotata spõtè soluisset reliquum hæreditatis substituto, & solâ dotem sibi retinuisset, adhuc tanquam indebitè solutum per errorem repetere posset, nàm licèt fideicõmissum solutum per errorem

47 facti, & non iuris non repetatur ad tex. in l. error 9. C. ad l. falcidiam & l. fideicommissum, C. de condit. inde. Et facti error dicatur, quando credebat in dispositione paterna non adesse solemnitates. Iuris verò quando credebat, validam esse dispositionem gl. in l. si per ignorantiam, C. nu per citato tit. & proinde cum in præsenti facti specie error iuris videatur, non posse repetere. Tamen fallit regula prædicta, nempè, etiam si soluat ignorantia iuris ducta, repetit solutum ex causa fideicommissi lega-

48 ti, vel alterius dispositionis, quando ille, qui soluit, est minor per *tex. in l. indebito 2. C. si ad verf. solu.*

Et cum prædicta Margarita fuerit minor, sibi non potest præiudicare, etiam si soluisset substituto reli-

49 quam partem hæreditatis vltrà dotem sibi taxatam, dùm apertum in iure est minoribus succurri per beneficiũ restitutionis in integrũ, tàm si sint actores, quàm rei *Marescot. lib. 2. verf. resolut. cap. 98. num. 6. Mynf. Cent. 4. obseru. 17. in fine.*

At in casu isto factum aliter se habet, nàm tempore dotationis non renunciauit ad beneficium substituti, nec soluit reliquum hæreditatis, sed dictum residuum remansit penès matrem tutricem ad dispositionem legis, nec potest vllo modo argui tacita, vel expressa voluntas filię per dotationem renunciasse beneficio substituti, vel stare voluisse dispositioni paternæ, cùm etiam si non adesset dicta dispositio paterna, adhùc erat dotanda per tutricem.

Sumus ergò in fieri post mortem dictæ Margaritæ dicit substitutus illi competere successionem vigore dispositionis testatoris, cui se opponit Constantia altera soror, dicens, nullam esse dictam dispositionem, & sic est videndum de eius validitate.

Eo magis, quia enixa volũtas dictę Margaritæ apparet ex testamento, in quo instituit hæredem Constantiam sororem, & non substitutum, & sic nescio, ex quo inferri possit Margaritam approbasse dispositionem paternam ex simplici dotatione, quæ erat facienda, & iam si talis dispositio paterna non adfuisset.

Vltrà quod si dicta Margarita tempore dotationis acceptasset dispositionem paternam, illicò post matrimonium contractum, & dotem arbitratam succedere debebat in reliquo

liquo substitutus; sed in tantum est verum, dictam Margaritam non acceptasse dispositionem paternam, nec renunciasse ad beneficium substituti; quod substitutus non petijt post matrimonium residuum hæreditatis, sed post illius mortem, Constantia mouit litem petendo totam hæreditatem, & diuidi debere bona.

Ex his est discutiendus articulus validitatis, vel inualiditatis dispositionis. *Franciscus Saia.*

Et per M. C. V. sub *die 26. mensis Iunij 1651. vt in processu fol. 209.* in plena banca, auditis partibus, & discussu articulo ad fauorem filiæ fuit sic sententiatum.

Per M. C. prouisum, & decretum
51 *est, quod M. C. ipsa declarat vinculum, siue conditionem appositam per quondã Vincentium Forlosiam in eius testamẽto; quod in casu matrimonij siue carnalis, siue spiritualis Margaritæ, & Constantiæ Forlosiæ eius filiarum daretur eis dos ad arbitrium Hieronymæ Corcia, & D. Thomæ Mele, & in reliqua eius hæreditate succederent filij quondã Marci Forlosia, esse rejciendum, siue rejciendam, salua prouisione facienda quo ad reliqua prætensa per partes, ipsis plenius auditis hoc suum. Cangianus, Apicella, de Monda actuarius.*

Redeundo igitur ad nos circa ea, quæ diximus, quod potest mulier totum suum patrimonium in dotem dare pro matrimonio contrahendo; & in dubio, si simpliciter matrimonium contrahatur totam substantiã mulieris, si nulla exprimatur quantitas in dotem, censeri datam præter
52 dicta in *cap. præcedenti speciale 5. de mulieribus viduis n. 63.* ex multis firmiter tenet *Cassan. ad consuet. Burg. rubr. 4. §. 22. in tex. Sont heritages nu. 2. fol. 201. ad col. 2. Gomes. ad l. Tauri*
53 *51. nu. 17.* latè *Viu. in sua Sylua, opinione 278. per tot.* tamen si vidua erit, non videtur alia dos data, nisi quam habuit primus vir, ita *Viu. ubi supra nu. 8.* & dixi supra *cap. 5. speciale 5. nu 61.* licèt *Grat. to. 1. discept. for. cap. 143. num. 26.* dicat, quod censetur etiam in dotem datum, dotis augmentum; at quantum amplà sint præfata circà dotem, tantum restricta potius videtur facultas ad matrimonium contrahendum, cum interdictum sit mulieribus per procuratorem nuptias cõtrahere, vel sponsalia stipulari, quod viris concessum est, & in dies sic practicatur præuio tamen speciale mandato, vt per plu-
54 ra congesta notat *Golin de procur. part. 1. cap. 5. num. 13. 14. & 15.* vbi ponit requisita necessaria pro validitate huius contractus; & hoc procedere mihi videtur ex summo priuilegio, & dignitate mulierum, vt ex *Azone in summa C. de nuptijs;* nàm cum honestæ semper debeant videri, dedecus honestatis esset, si permitteretur per alium quærare viros, quod hominibus permittitur, cum dedeceat per minus dignum magis dignum sequi *Cassan. ad supradictas consuetudines rubr. 1. des iustices, §. 5. nu. 195. col. 1. Luc. de Penna in l. 9. C. de incol. col. 2. fol. 73. circà principium Maranta in singul. post praxim lit. C. vers. creditor.* sed hoc strenuè improbat *Host. in rubr. de sponsal. §. qualiter nu. 7.* secundum ius canonicum, dicens non esse ad imparia iudicanda in isto casu maritum, & vxorem.

Constituta postmodum dote, siuè in annuis redditibus, siuè in fundis, siuè in alijs quibuscumque rebus, de his disponere aliquo modo mulieri vetitum est, cum sint effecta inalie-
55 nabilia omnia; dato quod maritus suum vellet præstare assensum, *l. si prædium 23.* & ibi *Bald.* qui ampliat dato, quod in alienatione iramentum interueniat, alienatio non tenet *C. de iure dotium, auth. sed quam uis, & cum lex, C. de reiuxor. act.* & faciunt dicta *Angel. inst. quibus alien licet vel non, §. accidit nu. 9.* attento iure ciuili, vt latius infrà *nu. 63.* se-

de iure consuetudinario nostræ Ciuitatis non solùm videtur permissa alienatio, sed non poterit amplius aduersus eam mulier venire, vt in *consuet. sed si mulier una, ubi DD. de cõsensu mul. & in consuet. 1. de contra. int. virum, & uxorem*, quod &si prima facie fauorabile mulieribus censeri possit secundum eũdem *Angel. inst. de Vsucap. longi temp. §. res fisci num.* 7. nihilominùs potiùs odiosum est, & dispositum in pœnã, dùm mulier in hoc suum perdit liberum arbitrium, proùt dixit *Bald. in l. 1. nu. 7. C. de 2. nuptijs*, sicùt etiã deperditam habet voluntatem, & facultatem ad se obligandam in fauorem viri, cui non potest compla-
56 cere volens, cum expressè hoc sibi à lege interdictum sit per *tex. in auth. si qua mulier, C. ad Velleian.* latè *Thesaur. decis.* 223. *per tot.* at hoc procedere intelligendum est, constante matrimonio, secùs autem viro mortuo, tùnc enim in solatium deperditi viri (cum multis, viro carere solatium sit) ex viduitatis priuilegio, ac ab omnibus destituta, vt suis possit
57 subuenire occurrẽtijs potest alienare res dotales ex doctrina *Bald. in l. ubi adhuc nu. 5. C. de iure dot.* diffusè *Gomes.* per plura iura vtiliter videndus ad *dictam l. 50. Taur. num. 59.* & sic videmus practicatum in dies, dũ supremus noster Senatus Collateralis Consilij supplicationibus per viduas porrectis pro alienatione, liberum præstat assensum, vt liceat alienare; quia vidua; In maritatis postmodùm non dispensat, nisi pro excarcerando viro, vt quotidie obseruamus, ac testatur *Pasc. de Patria pot. p. 3. c. 5. n. 16.* & latè *sup. c. 3. spec. 4.* pro permutãda, meliorãda, vel reparãda ipsa re dotali, vel pro vrgentiori alia causa; qua cessante nõ permittit alienationem rerũ dotaliũ, nè indotata remaneat vxor; nisi pro aureis quindecim ex quolibet centenario, vt ipse millies obtinui, de

58 quibus vide diffuso sermone *Neap. in consuet. Etsi mulier de contra. inter virum, & uxor. nu.* 8. & 9. sic etiam alienare permittitur mulieri vxoratæ, quando non tangit bona dotalia, sed paraphernalia, vel alia alio modo ipsi obuenta, quæ cùm non sint viro assignata, non subiacent prohibitioni alienationis cum non sit nouum, quod mulier triplicia bona
59 habere possit, secundum *Bal. in l. bona mariti nu. 2. C. de Priuileg. fisci Cassan. ad consuetud. Burg. d. rub. 4. §. 24. in tex. Sont heritages num. 1. 2. & seq. & Gom. ad l. 59. Tauri nu. 1. Oin. in §. fuerat de act. num. 39.* latissimè *Reg. de Marinis lib. 2. u. 2. cap. 237. nu. 7. & 8.* imò multiplicia secundũ *Pras. de Franch. decis. 503. in princ.*

Sic etiam & à fortiori, viro de bonis dotalibus disponere vetitum est,
60 adhùc consentiente vxore *§. 1. & 2. Inst. quib. alie. licet. vel non*, latissimè *Oin. eod. tit. omninò videndus nu. 3. & seq. ubi addentes*, imò nec minus de donatione propter nuptias ex late traditis per *Azon. ad sextam collationem. rubr. ut immobilia ante nuptias per tot. fol. mihi* 1255. *lo. Dom. Cascia alias citata resolut. 10. nu. 21.* tamen si mulier consensum præstiterit, & renunciauerit iuribus suis in alienatione bonorum per virum, est quæstio, si possit habere regressum ad-
61 uersùs tertios possessores, & in hoc sunt nõnulli distinguendi casus, quos recenset *Matth. de Afflict. decis.* 311. & *Vrsill. ad eam*; sed regularitèr per communem opinionem tenet *Ricc. in coll.* 3419. quod ipsi non præiudicat, vt decisum refert per *Sacrũ C. penes Actuarium iubenum*. Sed ista alienatio intelligenda est, si agitur de rebus stabilibus, secùs autem de mobilibus, puta si dos consistat in auro, argento, ære, & similibus, nàm vt experientia docet, & multos viros ipse noui, qui hoc fecerũt, liberè possunt alienare absque aliqua dispensatione, & sollemnitate, & alie-

alienatio non minus iure, quam fa-
62 cto tenet; quia est hoc, sicùt via nauis in medio maris, quæ non relinquit in cursu vestigium, vt ex *prouerb. 30. sub lit. C.* etenim transeunt de manu in manum, & de persona in personam, ità quod vix è domo extrahuntur, quod amplius non reperiuntur; quia statim mutant conditionem, & formam, potest tamen mulier si vult se opponere, & protestare, quod dicta bona, si coactè per creditores alienarentur pro eorum credito, quod sua sunt, & dicere de nullitate executionis, & sic illam impedire, & obtinebit, ità *Pasc. de Patr. potest. par. 3. cap. 5. nu. 14.* Et si sponte alienantur per virum, & reperiantur ab vxore tàm durante, quàm soluto matrimonio vendicari poterunt, cum sint suæ, *tex. est in l. in rebus 3. C. de iure dotium*, & quæ superiùs sunt dicta in contrarium, procedunt de facto, quod non possunt haberi, non de iure, quando permanent in eorum statu, prout probatur in *l. 1. ff. de fundo dotali*, & per *DD. in rubr. quib. alien. licet, vel non inst.* & signanter *Ang. nu. 3.* si tamen seruãdo seruari possint secùs si non, vt sunt fruges, & similia secundum *DD. eosdem citatos*: hoc quidem cum practicabile sit, notandum est ab ijs, qui circà dotem consulunt per doctrinam *Azon. in rubr. C. de fundo dotali ad finem*, *Angel. inst. quibus me. alien. licet, vel non, nu. 3. Cassan. dicta rubr. 4. §. 3. in tex. res muebles. num. 1.* qui dicit facultatem istam non esse extensibilem ad seruos, vt *in rubr. 9. §. 10. num. 9. Angel. vbi supra* tamen *Cassan.* est sibi contrarius; dùm *in rubr. 4. nupercitata, §. 4. nu. 7.* ex pro-
63 fesso tenet, per virum posse alienari seruum, & præcipuè fauore libertatis iuxta terminos, forsan *tex. in §. erat olim cum seq. inst. de donat.* non ex ratione per eum tradita, dùm si maritus non det libertatem, sed vẽdat mancipium, vllus fauor liberta-
tis inspicitur, sed forsan infelicitas maior ex dominij mutatione, sed dico posse seruum alienari, quia ap-
64 pellatione mobilium veniunt mouentia, & è contra, vt in *l. mouentium 93. ff. de Verb. signif.* & est *tex. specialis in l. seruum, dotalem 21. ff. de manum. vbi gl. & DD.* dummodò sit maritus soluendo, cõtra *tex. in l. dotalem seruum, ff. solut. matr.* quo dispositum erat contrarium reluptante, etiam vxore, quæ cum cauta sit pro pretio serui super alijs viri bonis, aliud quid quærere plus suo non habet, de quo optimè *Ang. in rubr. de hæred. inst. nu. 5.* & quid dicendum de fundo dotali, iuramento mediante, alienato, vide *Guid. Papa decis. 190. nu. 5. in medio*: nota tamen hoc, quod sicùt maritus non potest alienare fundum dotalem, ità eius vxor non poterit alienationi consentire, nisi ad eius vtilitatem, *l. fina.* vbi *Bar. ff. de iur. dot.* Sed sic est, quod vt probauimus, potest vendere mobilia, ergò similitèr, & mouẽtia, idest seruos; ad quæ vide *gl.* ab alijs nõ adductam *in auth. sed quamuis, §. cum autem vers. alienare, C. de rei vxor. act.* at ista facultas alienandi benè perpensa cadit in fauorem ementis, & in odium mariti vendẽtis; quia si cum data sint in dote, & pactum sit ea restitui, vt cõmunitèr obseruatur vsnconsumpta, vt reperiuntur, si dissipata sint tempore dissolutionis matrimonij, vel per mortem, vel alio modo, quo dos restitui debet, tenetur vir eiusq; hæres
65 ad restitutionem totius valoris rerum alienatarum absque vlla dotis diminutione, vt dicit *Cassan. d. rub. 4. §. 24. in tex. Sont heritages. num. 7.* & hoc ex optima ratione, quia si maritus non consequitur forsan bona
66 mobilia ab vxore in dotem promissa, potest de illis petere interesse secundum *Giurb decis. Sicil. 72.* cùm non habens vir dicta bona necesse est, quod alia emat pro commodita-

te

te vxoris, & ex pecunia, quam in illis impendit lucrari interesse, & ad illud tenetur, qui mobilia non consignauit; imò dato, quod alia bona non emeret, ex dictis ab vxore, vel ab alio eius nomine promissis, cùm haberet vir cōmoditatem, & vsum, absque aliqua obligatione illis vtēdo, quam eorum restitutionis vsu consumptorum ob talem vsum, & commoditatem, quam non habet, potest licitò iure petere interesse; ità etiam debet teneri, quando illa alienat ad integram refectionem valoris bonorū alienatorū, ne remaneat dos diminuta in damnum mulieris, vt æqualis inter eos seruetur ratio.

Nec supradictis obstat, si obij-
67 ciatur, quod maritus est dominus dotis constante matrimonio, vt firmat *Azo in tit. C. de iure dot. in fine*, *Sanfelic. decis.* 130. *num.* 8. *& Cons. Marcell. Marc. vol.* 2. *cons.* 22. *nu.* 8. & proptereà ad eius libitum potest de re dotali disponere, etiam quod stabilis sit, quia consequentia est falsa, & ideò corruit argumentum, etenim dominiū viri in bonis dotalibus nō extenditur, nisi quo ad vsumfructum per *tex. in l. dotis fructus* 8. *ff. de iure dot. Fach. lib.* 10. *controu. iur. cap.* 27. *ver. secundo, quia*, & probauimus etiā supra *cap.* 3. *special.* 4. *num.* 67. *& nu.* 104. ità quod soluto matrimonio cessat dominium etiam quo ad fructus, *Socc. Sen. in l. diuortio* 8. *nu.* 7. *ff. soluto matr.* & non potest illos petere, nisi pro rata anni, secundum eundem *Soccinum in l. de diuisione* 5. *nu.* 7. *ff. eod. fol. mihi* 102. nec potest adduci exemplum rerum mobilium, cùm sit diuersa ratio, vt diximus; dū secundum iuris dispositionem, dotalis fundus siuè æstimatus, siuè inæstimatus detur, de sui natura ex dotis priuilegio inalienabilis est, vt diximus supra *nu.* 55. *per tex. sanctionem in dicta l. si prædium, C. de iure dot.* & sic dicitur dominus non verus, sed honorarius; siuè vt dixit *Bal. in l. quoties nu.* 4. *C. nuperitate tit.* dominus commutabiliter, cum reuerà mulier sit suarum dotium domina, vt in *l. quamuis* 78. *ff. de iure dot. l. in rebus* 30. *C. eod. Leotard. de vsur. q.* 51. *nu.* 43. qui dixit dominium mariti in his rebus esse imaginarium, *infra quest.* 79. *nu.* 51. vndè mortuo viro, dominium reincidit, ità in vxorem, ac si semper apud eam fuisset. *Ang. in §. fui autem num.* 4. *de hæred. qua. & diff.* vndè *Rummus ad Matth. de Affl. super constitut. Regni, Sancimus in vers. Item quæro à nu.* 1. *ad* 13. *fol.* 88. dixit nō competere viro possidēti talē rem in dotem, ius cōgrui, si vicini res vendatur. Sed ponamus, quod reperiatur aliquis fundus alienatus insimul per virum, & vxorem; licèt vxor propria domina sit; nihilominùs pretium præsumitur ad
68 maritum peruenisse, quia habet maiorem potentiam, & habilitatem in negotijs, vt per *Boer. ad consuetud. Bituricens. tit. de Consuet. insta. persona*, §. 5. quē adducit *Cass. ad consuetudines, Burg. rub.* 4. §. 3. *in tex. Des heritages acquiz. n.* 2. & *Viu. opin.* 595. *n.* 2. Itaque ex his possumus firmitèr colligere, quod bona dotalia debent dici inalienabilia, vndè à fortiori concludendum est, à creditoribus viri, nec vendi, nec tangi posse, ac
69 essent res sacræ, §. *sacra inst. de rerum diuis.* vbi scribentes *l. iubemus* 14. *& l. sancimus* 21. *C. de Sacros. Eccl. & Costa de facti scientia inspect.* 51. *nu.* 6. quod ampliatur etiam in alijs quibuscunque bonis mulieris, super quibus non potest, nec debet exequi, nec vexari, vt supra *nu.* 62. etiā quod non sint paraphernalia, nec retenta alio modo, aut titulo, sed sufficit, quod sua sint, quomodocumque prætendatur *Bal. in l.* 1. *n.* 1. *C. de Priuileg. fisci*, non obstante, quod acquisita præsumantur ex bonis viri, cùm non possit trahi consequentia, ergò sunt viri, & proindè pro eius debito appræhendi, & hoc, iure factum vide-

videtur, occasione viri adepta præsumendum esse, ad euitandum turpis quæstus præsumptionem, vt alibi dictum patet, sed re vera etiam secũdum naturalem discursum mu-
70 lieris opera fuit, illa acquirere, vt in *l. quintus mutius* 52. *vbi gl. & Bald. ff. de donat. inter vir. & vxor. Reg. Capyc. latro decis.* 49. *nu.* 31. *vol.* 1. ac faciunt optimè dicta *Cassan. d. rub.* 4. §. 14. *num.* 9. & 10. *fol.* 179. *at.* quod comprobatur à maioritate rationis, dùm, videmus legibus etiam veti-
71 tum vsucapi posse, vt in *l. si fundum* 16. *ff. de fundo dot. l. in rebus* 30. *C. de iure dot.* dummodò tamen vsucapio, siuè præscriptio non sit incæpta, priusquam essent dotalia, ità *gl. additionata in* §. *res fisci inst. de vsucap.* & latissimè *Nicas. nu.* 10.

Locare verò bona dotalia marito licere ad fructus percipiendos, non est, quis dubitet, cùm vsufructua-
72 rius dominus ipse dicatur, & onus matrimonij sublineat, ob quod dos datur, *d. l. dotis fructus, & l. filio familias* 26. §. *si vir*, vbi *Bal. nu.* 1. & 2. *ff. solut. matr.* secùs seruitutem in eis im-
73 ponere, quia esset species alienationis *l. iulianus* 5. *cum l. sequenti, ff. de fundo dotali*, ac diximus supra *cap.* 3. *speciale* 4. *sub nu.* 67. *fol.* 154. quam locationem esse mulieri postmodũ interdictam, cùm vtilitèr dotem possidere non videatur, fateri oportet, etenim possessio, quam tenet, est impropria secundum eundem *Bal. in l. assiduis nu.* 5. *C. qui pot. in in pign. habea.* non obstante quod dos dicatur proprium mulieris patrimonium per *Abb. in conf.* 81. *nu.* 1. *vol.* 1. & *Reg. Sanfelic. decis.* 130. *nu.* 9. quia procedit quo ad dominium, & proprietatem, non quo ad fructus, & administrationem, hocq; adeò verum est,
74 quod mulier tenetur stare locationi per virum factæ, non volens à fundo dotali conductorem expellere secũdum *Bal. in d.* §. *si vir. Ricc. coll.* 1055. *Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 6. *nu.* 15. & 16. & *Campeg. de dotepar.* 1. *q.* 4. *nu.* 5 imò absente viro si vellet exigere, & colonos ad soluẽdum compellere non poterit, nisi ipsius mandatum, vel cessionem habeat, cum sit fructuum verus dominus, ità *Grat. discept. for. cap.* 20. *to.* 1. *nu.* 4. & 5. sicùt èconttra non potest maritus eijcere colonum destinatũ, priusquam duceret eam in vxorem, dùm absoluta tùnc domina dicebatur, *Costa de facti scientia centur.* 1. *dist.* 67. *nu.* 10. licèt hoc non probet *Alex. cons.* 118. *nu.* 18. *lib* 5. dicens, vt nec minus post eam conductam id facere valeat, cum plenum ius in rebus dotalibus retinere non videatur iuxtà superius notata *cap.* 3. *special.* 4. *nu.* 67.

Sic etiam notandum ducitur, non dùm coniugibus interdictum esse bona dotalia alienare, verùm etiam inter ipsos largiendi munus vetitum, cùm non possint inuicem donare iuxtà *tex. in l.* 1. *vbi Bal. & alij,*
75 *ff. de donat. inter virum, & vx. gl. in cap. fin.* § *fane extrà eod. tit. Clar. in* §. *donatio, q.* 9. *Oin. de donat inter virum, & vxor nu.* 57. *fol.* 142. *Gaill practicab. obseruat. lib.* 2. *obseruat.* 40. *nu.* 1. & *seq. Tiraq. in l. si vnquam ver. libertis, nu.* 12. *de Reuoc. donat.* & *Franc. Maria Pratus iterum Iudex M. C. V. meritissimus, discept. for. to.* 2. *cap.* 45. *nu.* 61. & 62. & si contrarium sentiant *Rom. sing.* 820. ad quæ videndus est, *Cass. ad consuet. Burg. in verbo donatio* & hoc potiùs consuetudine, quam iure dispositũ voluit *Curt. Sen. in l. si inter virum* 9. *in princ. ff. de leg.* 1. Et proptereà non est mirum, si aliquem etiam producat effectum, dùm donatarius ex tali donatione facit, nisi proprietatem, saltim fructus suos industriales, non autem naturales, quia non concurrit titulus validus ad transferendum dominium: *l. fructus* 45. *ff. de vsur.* ratio vulgata, quæ per *DD.* adducitur, est, nè mutuo amore inuicem se spoliarent, sed

par-

particularis, quæ fertur per *Alciat. lib. 3. dispnt. cap. 14.* per *Graff. lib. 5. Miscell. cap. 14. & lib. 2. cap. fin.* ac per *Thes. infra cit.* quod cum omnia cõmunia inter ipsos reputentur, non potest res propria sibi ipsis stipulari, neq; donari, *l. ex actione 30. §. latinus ff. de except. rei iudic. l. neque pignus 46. ff. de reg. iur. §. item nemo inst. de inutil. stipulat. gl. in §. est autem vers. stipulatus, instit. quib. mod. toll. obligatio*, & præfata procedunt, da-
76 to, quod interuenerit iuramentum, secundum *Abb. d. vol. 1. cons. 18. nu. 1.*

At circà hoc aliud est dicendum ex vi iuris iurandi, cum communis omnium *DD.* opinio contrarium sentiat, valere nempè donationem, si fuerit iurata; ità idem *Abb sibi contrarius* infrà *eod. vol. 1. cons. 95. nu. 1.* & hanc partem in iure veriorem, & amplectendam tàm in consulendo, quàm in iudicando, testantur: *Cancer. lib. 2. var. resol. c. 8. n. 60. de donat.* vbi ait, sẽper ità cẽsuisse Cathaloniæ regiam audientiam, & *Boer. decis. 92. nu. 6. ante ex classicis. Bar. in l. si possessori, §. item si iura verò nu. 3. ff. de iure iur. & in l. seius, n. 9. ff. ad l. falc. Castr. in l. si pacta, quæ contra nu. 4. C. de pactis*, & sequitur. *Mynsing. centur. 2. obseruat. 53. nu. 3. cum Fachin. lib. 8. controu. iur. cap. 77. lit. A.* qui indè dicit in simili, donationem valere inter patrem, & filium vigore iuramẽti, *in lib. 3. cap. 77. Viu. in sua sylua opin. 209. num. 2. Piguera decis. 134. Farin. decis. 377. Gram. decis. 103. Gizzar. decis. 4. nu. 46. & seq. Gerard. sing. 18. Conar. de testam. cap. 2. nu. 10. fol. 117. in volum. tractatuũ diuersorum de successíon. ab intestato, & si Pratus d. cap. 45. nu. 63. & 64.* non dissentiat, de hoc tamen satis dubitet.

Ipse autem intelligo secundam istam opinionem esse veram ad euitandam iuris prohibitionem, non ad inducẽdam irreuocabilitatem actus, qui à lege circà donandi actum inter coniuges prohibitus est, vndè iuramentum, ne tendat in animi iurãtis perniciem, dispensat iuris prohibitioni in hoc. Sed non vitat iuramentum, quod donans donationem reuocare non possit in casibus per-
77 missis, & absolutionem petere, *Gram vbi sup. & Ricc. coll. 799. 1920. & 2220.* vel operari in tertij præiudicium, vt tenet *Prat. vbi supra nu. 66.* quia in hoc iuramentum non obligat. *Rou. decis. 3. num. 10.* vndè *Thes. decis. 32.* quæ est in ore omniũ adduxit auream istam, & notabilem distinctionem; quod aut loquimur de validitate quo ad personam iurantis, & valet donatio vigore iuramenti inter virum, & vxorem, & seruanda est, aut quo ad personam hæredum, & tùnc reducitur ad iuris dispositionem, stante quod nõ adest iurans, qui posset periurium committere contraueniendo, vt donatio inualida fit, dùm successores non possunt adstringi ad iuramenti obseruantiam, quamuis dicatur ipsos teneri factum defuncti ratum habere, hæc omnia accuratè *Guid. Papa decis. 190.* & idem *Thes. vbi supra*, qui postmodùm ait Senatum inclinasse ad fauorem validitatis donationis; ad quẽ vidẽdus est *Gabriel. cõm. conclus. in tit. de donatio. conclus. 3 lib. 3. & Couarru. vbi supra cap. 3. nu. 3. fol. 127.* piusquam *Thesauro* in hæreas, dùm tenent præfata procedere, quãdo præter iuramentum, est donatæ rei sequuta traditio iuxtà *tex. in l. papinianus 24.* vbi *gl. additionata, ff. de donat. inter vir. & vx.* vel saltim adest constitutum, & præcarium, vt *ex Claro d. §. donatio. q. 9. nu. 3. & 6. vbi addentes*, prout in Ciuitate nostra est specialis consuetudo, quæ incipit *instrumẽta donationum de instrum. confect. fol. 103.* de qua doctissimè *D. Præs. Merl. tom. 2. controu. for. cap. 18. Menoch.* autem videns difficultatem huius articuli, & considerando stipulationes, quæ fiunt alitèr distin-

stinguendo concludit, quod mihi summoper satisfacit, ait iste summæ authoritatis Doctor *cons.* 84. *nu.* 45. *vol.* 1. quod si iuramentum interuenit in dispositiuis, & valet donatio inter coniuges iuramento firmata, aut exequutiuis, & nil ius est efficaciæ, tùnc enim censetur appositum iuramentum stylo Notariorū, quod nihil operari debet, vt post eum similitèr tenuit *D. Conf. Carleual. in quondam responso edito pro regio fisco in Causa D. Antony Acquauiua. num.* 14. & firmat consimile exemplum, non valere prohibitionem falcidiæ, & trebellianicæ adiectam in fine testamenti, cùm sit tabellionum mos hoc semper scribere, sed benè si in dispositiuis apposita videatur statim post legatum, nempè si dicatur, & de eo nil falcidiæ, vel trebellianicæ causa detrahi possit.

Qua retenta opinione, non poterit obstare, quod dicitur donationē istam esse inualidam in vita, sed si donans decesserit, morte confirmabitur iuxta *tex. in l. donationes, quas parentes* 25. *vbi gl. & DD. C. de donat. inter vir. & vx.* cum hoc intelligendum est terminis habilibus, quando cōcurrunt requisita necessaria, alias semper locum habebit dispositio *tex. in l filius familias* 19. *ff. de testam. in l. quod ab initio* 30. *ff. de reg. iur. & in c. non firmatur de reg. iur. in* 6. & vt hæc firmitatem habeant, sit mihi fas *Couarruu.* verba transcribere loco citato: ait ibi *Nàm licet donatio causa mortis inter non coniuges facta morte confirmetur, non sic facta inter coniuges, nisi traditio præcesserit*; addens idem *nu.* 3. cum magno iurium cumulo: *Sic etiam cętere donationes interuiuos coniuges facta traditionem exigunt, vt morte confirmetur*, quod comprobauit *Giach. ad Clar. d. q.* 9. *lit. B.* & tetigimus supra *cap.* 3. *speciale* 6. *sub nu.* 74. *fol.* 237.

In quibus postmodum alijs casi-
79 bus validè fit donatio inter coniugatos, vide latissimè *Luc. de Penna in l.* 9. *C. de Incol. lib.* 10. *col.* 3. *in medio, & Neap. in super dicta consuetud. instrumenta donationum nu.* 72. *fol.* 302.

Et hæc donandi prohibitio, procedit etiam inter sponsos post contractum matrimonium, cùm tùnc
80 dicantur vir, & vxor; non amplius sponsus, & sponsa, *Ricc. coll* 1928. *ver. amplia* 3. quod in dies obseruari, & practicari vidi, & præcipuè in personam cuiusdam mei affinis, cui à sua sponsa fuerunt nonnulla bona donata, cum iure permissum sit secundum *tex. in l. cum sponsus* 13. *ff. de publ. in rem act.* dummodò pura, & non conditionalitèr dona si sit postquam matrimonium cōtractum erit, vt *in l. quod sponsæ* 4. *C de donatio. ante nupt.* vbi optime *Bal.* per eundem *tex. & Azo in summa C. eod. nu.* 11. ex indicata ratione, quod cum donatio prohibeatur inter coniuges; sponsi non dicuntur coniugati, sed habentur tanquam extranei *de Affl. super constitut. statuimus nu.* 30. *de offic. mag. iustit.* vide *Paris. ad Bar. in l. si donatæ* 37. *ff. de donat. inter vir. & vx.* in terminis *Petrus Pecchius de testam. coniug. lib.* 1. *cap* 7. *n.* 5. *fol.* 229. *Consiliar. Theodor. alleg.* 43. *nu.* 13. *&* 14. *& Hierony. Ferdinādez. Miscell. iur. disp.* 12.
81 *num.* 19. Et hoc est, quod voluit dicere *Curt. Sen. in l.* 2. *n.* 4. *ff. sol. matr.* validam esse nempè donationem in contractu matrimonij, & non procedere dispositionem *tex. in l. si vnquā, C. de renoc. donatio.* quia non est prohibitum in tali casu donare, iuxtà tamen terminos, *l. cum ante* 6 *vbi gl. C. de donatio. ante nupt.* ex qua habetur donationem valere in contractu matrimonij, priusquam domum viri ducatur, secùs postquam ducta erit, sed vt tutior donatio procedat, & videatur sinè causa, introducta est cautela, *Alex. de Imola.* quam refert
82 idem *Curt. vbi supra*, vt in tali donatione fiat expressa mensio de filijs nasciturìs, vt patet ex verbis in do-

nationem adiectis, scilicèt quod talis donat contemplatione matrimonij &c. pro filijs nascituris.

Et ad dignoscendum, qualitèr, & quomodò sponsalia possint esse ante contractum matrimonium, cum dixerim, tùnc donationem valere, transcribenda volui ducere verba *Cassan. ad consuet. Burgund. in superius citata rubr.* 4. §. 1. *in tex. Apres la con-*
83 *summation.* quæ sunt. *Quod in sponsalibus dicitur matrimonium initiari in matrimonio, per verba de præsenti dicitur compleri; per carnis copulam dicitur consummari ad similitudinem matrimonij spiritualis, quod per electionem post consensum initiatur, in confirmatione verificatur, in consecratione confirmatur.*

Nec obstat decisio *de Franch.* 435. quia illa loquitur in terminis contracti matrimonij non spōsaliorum, vt ibi legitur.

Quæ omnia confirmationem ex hoc recipient, dùm videmus inter coniuges contracto matrimonio donatio: nàm permitti pro filia maritanda iuxtà *tex. in l. siuè vxor.* 35. vbi *gl. & Bar. ff. de donat. inter vir. & vxor. Rom. singul.* 821. *& Franc. crem. sing. Gomes. ad l. tauri* 52. *num.* 25. *fol.* 419. à fortiori igitur valebit inter sponsas pro filijs nascituris; citrà quam cautelam poterit alio modo ista donatio esse firma, si antè contractum matrimonium tempore spōsaliarum donatæ rei traditio fiat, quia dicitur actus consumatus factus irretractabilis, *l.* 5. *vbi gl. ff. de donat. inter vir. & vxor. Abb. in cap.* 1. *nu.* 6. *de adult. & stupro, & de Afflict. decis.* 315. *nu.* 7.

Contractis postmodū nuptijs iuxtà præcepta legum, & can. quod alias dixit *Caponus in suo tract. solut. matr. quæst.* 5. *fol.* 51. *col.* 2. *ver. Advertendum tamen* stante faciem Ecclesiæ plures pro dote mulieris conceduntur actiones, vndè ad eam cōsequendam (& præcipua est) tàm si sumus in parentibus, quàm in alijs personis, licèt actio recuperandæ doris non spectet propriè ad vxorem, sed ad virum, eiusque hæredes
84 secundum *Præsid. de Franch. & addentes ad eum decis.* 33. *Reg. Sanfel. decis.* 150. *nu.* 2. *per tex. in l. si pater* 5. *C. de dot. promis.* & latiùs dixi *in florilegio ad rub. de dot. promis. per tex. in l. si pater* 5. *& l. de ijs* 11. *C. de iur. dot.* potest pacisci cum viro, vt ipsi iura cedantur, ad hoc, vt illis cessis modis omnibus magis oportunis, etiam executiuis dotem consequi valeat à debitoribus, vt optimè per *Anton. de Amato resol.* 13. *vol.* 1. *nu.* 47. *& seq. & Sperell. Episc. Engub. to.* 1. *decis.* 84. *nu.* 13. ex authoritate, *in l. socer*, sed in libro meo, *si socer* 45. §. *Lucius Titius.* ibi *Aut actiones, ei præstare &c. ff. solut. matr.* idem *Sanfel. vbi supra latissimè*, & ista actio, quæ datur, dicitur ex stipulatu, quæ procedit tàm
85 pro dote exigenda, quàm pro dote recuperanda siuè simus in viro secūdū *Præsid. de Franch. decis.* 33. *à nu.* 1. *ad* 8. siuè simus in vxore, idest siuè voluerit vir exigere ab vxore, siuè voluerit vxor eam repetere & recuperare à viro in casu permisso, sublata in totum rei vxoriæ, quæ antiquitus seruabatur in fauorem mulieris pro suarum dotium recuperatione post solutum matrimonium, vt post *Gomat. discept. for. lib.* 1. *c.* 49. *n.* 24. sentijt *la l. Caponus in suo tract. sol. matr. q.* 5. *nu.* 17. *ver. secunda opin. fol.* 50. *de Franch. d. decis.* 33. *nu.* 9. & optima ratione; quia quando matrimonium contrahitur, stipulatur, & pollicetur vnico actu consignatio dotis tēpore nuptiarum, quam eius restitutio solutis nuptijs, & propterea in vtroque casu eadem actione agendum est, §. *fuerat inst. de action. l. vnica*, §. 1. *C. de rei vx. act. Gomes. ad* 50. *l. Tauri num.* 37. & hæc vti poterunt coniuges in exigendo, & recuperādo respectiuè, vt dixi, non dùm pro sorte principali, verùm etiam pro inte-

interesse; etiam si de interesse nulla sit facta mensio cum sine pacto,
86 dotis debitor ad illud teneatur nempè solutum, proportionatum, & iustum, vt per *Bart. & alios* tenet *Capyc.decis.65. nu.5.* dummodò substinuerit onere matrimonij, secus si forsan vxorem dimiserit, & ei alimenta non dederit, tunc enim nec minus interesse debetur, vt optimè decidit *Mantica decis.26.* tamèn pro donatione propter nuptias diuersa
87 competere actionem, & propriè in rem, docet *Bald.in auth.permissa nu. 1.C.de donat.ante nupt.*

Pro qua dote exigenda, vel recuperanda, si opus fuerit instrumento, & nō reperiatur reassumptum, mortuique erunt testes, & iudex; hoc non obstante ex peculiari dotis pri-
88 uilegio reassumi potest, vt notabilitèr tenet idem *Capyc.decis.29 in fine*; imò dato sit notarius, quoque mortuus, adhuc reassumi posse in fauorem dotis, refert decisum idem *Capyc.decis.71.* non obstante constitutione in Regno nostro *de fide, & auth.instrum.* quæ formam tradit pro validitate huius reassumptionis quę mihi videtur; quod ab aula recessit, dùm habemus post dictam constitutionem *prag. primam, & secundam de fide instrum.* quæ altèr iniungit circà reassumptionem istam, nempè subrogandos esse alios visos testes iudicem, & notarium in locum mortuorum, etiam in contractu dotis, de quibus vide latè *Rou.super dictam prag. primam, & secundam*, qui aliã diuersa circà materiam hanc adducit, & docet.

Sed ponamus, quod nubēdo mulier in contractu dotis det viro fundum æstimatum, licèt ex stipulatu actio competere possit, quia æstima-
89 tio interuenit, habet locum actio ex empto ad illum recuperandum, dùm æstimatio in contractu dotis, etiam in dubio facit emptionem, vt per *Soccin.Iun. in l.ex conuentione 11.nu. 3.C.de pactis*, vt diximus *sup. cap. 3. speciale 4. nu.97.* tamèn si matrimonium dissoluatur eadem, vti non poterit mulier in casu restitutionis, sed actione ex dote, vt tenet *Bal. in l.cum dotem 10. num.4. C. de iure dot.* quę est magis ampla, & priuilegiata, vt constat ex latissime traditis *supra c.3.de mulier.vxor.speciale 4.à nu.97. vsq; ad 100.* vbi licèt dixerim, quomodò sit peragenda dotis restitutio, quando fuerit data pro facienda emptione, & citauerim *Bal.* nihilominùs hic tibi eundem adduco omninò videndum *in l.quoties 5. ad finem. C. nupercitato*, vbi docet hæc omnia magistralitèr, & notat quod pendente ista restitutione si fuerit
90 furtum per mulierem commissum in bonis viri dotem non amittit, si tamèn magnum non sit, quod absorberet dotem, & viri patrimonium depauperaret, teste *eod.Bal.in l. pactum nu.24. C.de collat.*

Hoc tamèn tanquam singulare, & practicabile omittere nolui, licèt plura dicere possem circà currentem materiam, quod si mulier dederit dotem in pecunia, vel in alijs certis rebus, & soluto matrimonio
91 per hæredes viri fuerit ei restituta super certis nominibus debitorum, quæ iàm passa est recipere pro dotis restitutione, & fecit instrumentū, vt fieri solet quietationis, & satisfactionis, si postmodùm dicti debitores non reperiantur soluendo, ista nouatio non præiudicat mulieri, sed remanet viua prima actio dotis pro illius consecutione, *tex.* est singularis, & memoria dignus in *l.si cum dotem 23.§.si mulier*, vbi *gl.& Bar. ff.sol. matr.* etenim cedens nomen debitoris pro dote tenetur præstare illud soluendo, etiam quod non promiserit, *Reg Galeota lib.1.contron. cap.32. nu.37. & 38.* quia in hoc casu non extingitur prima obligatio, *Bal.Nou. de dote priuil. 19. per tex. in l. qui res in princ.ff. de solut.* vide *Staib. resol.*

for.cent.1. cap. 63. & Thor. in supplemēto comp.decis.in verbo debitor.vers. in fine: Quod idem erit, si constante matrimonio dos restitueretur, nā si medio tempore, quo non soluendo reperiantur debitores, mulier decedat hac actione hæredes eius vti poterunt aduersùs eos, qui malè dotem restituerunt, vt notatur in *in l. vnica vbi gl. Bal. & Salyc. C. ut actiones ab hæredibus, & cōtrà hæredes:* ete-
92 nim hoc nō est priuilegium prælationis, vel hypothecæ, quid est quæstio, an transeat ad hæredes in præiudicium aliorum creditorum, vt disputat *Soccin. Sen.* quem videas *in l. 1. nu. 30. ff. sol. matr. & Rodriquez de concursu credit. art. 1. par. 1. nu. 16.* Sed est simplex actio repetendi, quod male restitutum est, & de hoc vide *Gom. ad dictam l. 50. Tauri. nu. 45.* & tanto magis vendicat sibi locum ista repetitio, quod imminet euictio pro
93 assignatione facta dictorum debitorum, quæ & si non sit expressa, tacitè inest in contractibus per *tex. in l. 6. C. de Euictio.* & si diceretur hoc procedere, quando debitores non essent veri debitores, secùs autem quando sunt veri, sed creditum est inexigibile, nàm tùnc nisi promissa exigibilitate non teneretur ceden-
94 tes ad aliud: responsio patet ex dictis *Alex. in supracitato §. si mulier,* qui per hæc verba ait mulierem non carere actione ex dote in casu debitorum, non soluendo repertorum, scilicèt *Si mulier debitorem inopem ignorantur, accipiat animo nouandi non perimitur actio de dote;* quod compro-
95 bat etiam *gl. ibid.* tanto magis quod paria sunt, non esse quem debitorem, vel esse, & non soluendo, cum mulier nil possit in vtroque casu percipere *argum. tex. in l. 1. §. fin. ff. quod cuiusque Vniuers. nomine.*

Est insuper mulier priuilegiata pro sua dote in tempore, quod potest agere etiam ante diem; puta si pactum sit illam consignari debere
96 intra certum tempus, & si illud non aduenerit, agere non potest, ità *Vers. ad Consiliarium de Afsl. decis. 279. nu. 1. & D. Reg. Capyc. latro decis. 64. nu. 3. vol. 1.*

Et circà restitutionem mulieri faciendam, nota nonnulla, quæ possunt euenire in diem, & magis vtilia sunt; quod si dos fuerit stipulata, & non consignata, tempore restitu-
97 tionis haud repeti poterit argumēto *tex.* à contrario sensu *in l. nemo plus iuris 55. ff. de regul. iur. in c. statutum est 18. in ordine, §. sed econtrario 1. q. 1. c. Daibertum 23. ubi bona gl. in lit. B. 1. q. 6. c. quomodo 41. de consecrat. 4. dist. l. traditio 20. ff. de acq. rer. dom. l. si filius tuus 14. C. de donat. & Iacobut. de Franch. ad rubr. de inuestitura feudi q. 5. nu. 20.* & tenet expressè *Bal. in l. hac sententia num. 7. C. de sent. quæ pro eo &c.*

Nec proderet viri confessio in testamento facta dotem recepisse, quando alias non constat, nam fraudolenta præsumitur, de qua vide *Alex. consl. 45. circa secundum dubium* quem
98 adducit *Iacob. Menoch. ad Soccin. Iun. in l. 1. ff. solut. matr. nu. 87. lit. A.* nec potest inducere dotis actionem, cùm tantùm confessata sit, & non tradita, vt per *Pratum to. 2. discept. for. cap. 36. nu. 15. & 16. & 17.* tamèn si dicta confessio fuerit iurata, aliquem poterit sortiri effectum, & tanto magis si fiat in testamento, vel facta in vita morte confirmatur, nàm tùnc habens confessio vim donationis, illam non poterunt hæredes inficiare, ità *Bar. in l. cum quis decedens 35. §. Titia in fine ff. de leg. 3.* ex professo *Fachin. lib. 8 controu. Iur. cap. 67. per totum, & Grat. discept. for. to. 1. cap. 116. nu. 42. 43. & seq.* sed attenta distinctione *Thesauri superius tradita decis. 32. nu. 4.* nullum affert, & si iurata sit hæredibus præiudicium, cum illi stare non teneantur. Euenit casus, quod quidam Antonius Ianchi fecit donationem irreuocabilitèr interuiuos

uos filijs nasciturìs ex Victoria Ian-
chi eius sorore omnium suorum bo-
norum excepta quadam domu; post-
quam factam donationem nupsit cũ
Theresia Valletta sinè dote, & in
vltimis constitutus; indè in suo te-
stamento simpliciter absque iura-
mento declarauit à dicta eius vxore
certam dotem recepisse, per quam
declarationem prætendebat dicta
Theresia mitti in possessionem bo-
norum dicti quondam Antonij viri,
& introducta causa ad M. C. V. do-
nationis partem ipse tuebar vti ve-
riorem, & rationabiliorem, quia cũ
fit facta à patruo nepotibus irreuo-
cabilitèr interuiuos coniuncto ciuili
actu, cum sanguinis obligatione, tã-
99 to magis vt de sui est, natura irreuo-
cabilis efficitur, vt ex cõmuni *DD.*
voto tenet *Matth. de Affl. decis.275.*
nu.2. & Theod. alleg.43. nu.19. dùm
vlla superueniat postmodũ causa re-
uocationis: puta ingratitudinis, vel
procreationis liberorum: cum dicta
Theresia iuxtà *tex. dispositionem in l.*
si vnquam 8. & l.fin. C. de Reuoc. do-
nat. nec poterit dubitari donationẽ
factam per dictum Antonium nepo-
tibus fuisset irreuocabilitèr inter vi-
uos per illa verba sequuta morte, &
præambula mortis hora, vel per
duas horas ante; quia ista mortis
mensio, quæ fit in donationibus ir-
reuocabilitèr interuiuos, nõ est per
modum causæ finalis, sed per mo-
dum dilationis; & propterea non
potest dici donatio causa mortis; sed
100 interuiuos, vt tenet idem *de Affl.*
decis.275. & de Franch. decis.213. nu.
8. & 9. quæ cum transferat in dona-
tarium dominium rei donatæ à die
initæ donationis, prout per multos
probat idem *de Franch. decis. 113.*
num. 1. cùm donare irreuocabilitèr
aliud non sit, quam retinere vsum-
fructum rei, & de proprietate dispo-
nere, quo in casu possessionem, etiã
statim in donatarium transmissam
esse, probat *tex. in l. quisquis 28. vbi*
gl. & l. si quis argentum 35. §. sed si
quidem, C. de donat. vndè sequuta
morte donantis, possessionis appre-
hensione nõ egeret donatarius; cùm
iàm habeat dominium in re donata,
vltrà quod attenta clausula consti-
tuti & præcarij videtur, etiam à die
contractus tranlata possessio in do-
natarium, vt per multos relatos fũ-
101 dat *Reg. Sanfelic. in addit. decis. 192.*
nu.4. & ante latissimè *Anton. de Ama-*
to vol. 2. resolut. 62. in fine, & nouissi-
mè commendandæ memoriæ *Mar-*
cellus Marcianus to. 1. consf. 26. nu. 5.
vndè dicta Theresia in possessorio
non habet, quid prætedere possit;
sed in petitorio, si quæ fouet iura
proponere debet, gressusque suos
dirigere; & propterea si vult vti iu-
ribus dotis per virum in testamento
confessatæ ordinaria via comparere
debet; & videre, an talis declaratio
transeat, vt indicaui in speciem do-
nationis; & an possit præualere, præ-
iudicare, & tollere donationem præ-
cedentem factam irreuocabilitèr in-
teruiuos; quod sustinere durum
est; nàm scimus donationem, non
dùm interuiuos factam, sed etiam
causa mortis per viam contractus
non posse censeri reuocatam absque
speciali mensione, & legitima cau-
sa, cùm non sufficiant illa generalia
verba, *cassans & annullans omnes, &*
102 *quascunq; donationes &c. ità Amend.*
ad Pres. de Franch. decis. 213. nu. 22.
& confessionem factam receptæ do-
tis à viro non posse præiudicare cre-
ditoribus iuxta tradita per *Soccin.*
Sen. in supracitata l. 1. nu. 87. ff solut.
matr. Gabr. commu. conclus. lib 3. de do-
nat. concl 3. n. 3. & diximus *supra cap.*
3. spet. 4 nu. 89. eo quod non con-
fessio, sed numeratio, & scriptura
dotem facit, & per consequens non
potest inferre tertio præiudicium
secundum *Gallum practicab. obserua-*
tionum lib. 2. obseru. 81. nu. 1. & ante-
rius traditis per *Rcd. coll. 2605. in fine,*
& optimè *Grat. decis. 12. in fine,* quę

vti-

vtilitèr videas, ac exabundanti *Couar.* suo more *lib. 1. var. resolut. cap. 7. nu. 4. fol. 40. & Consil. Rocc. de deiactione mercatorum not.* 82. *f.* 457. *post 2. centuriam.* Si interuenisset iuramentum in tali testamentaria confessione, talis confessio ex hoc iuramento non confirmatur, quod anteà docuit optimè *Bar. in l. cum quis decedens* 35. §. *Titia ff. de leg. 3. & Bald. ax. de Angel. ad decis. primam, Gizzar. nu.* 4. ait, quod si post dictam confessionem creditores contraxerint, nil contrà eos operatur, quod fortius est (licèt *Consiliarius Mar. Marcianus vol. 1. consf. 6. n.* 8. contrarium dixisset) etenim aduersus confessionem istam, tàm per Maritum, quàm per
103 eius hæredes semper potest opponi exceptio non numeratæ dotis, vt per *Abb. consf. 73. nu. 2. par. 2. & Couar. infracit.* quæ in casu nostro non erit difficilis probationis; cum reuera vllā dotē dicta Theresia cōstituisset, dùm vllam dotem habebat, itàq; nec minus pacta dotalia scripsit, ex quibus potuisset tueri doctrina dicti *Consiliarij Marciani nupercitato cōs. 6.*
104 qui adducit *Matth. de Affl. decis.* 402. *& alios,* scilicèt quod cum præcessisset instrumentū dotis promissæ, confessio mariti indè sequuta præiudicaret creditoribus, proùt latissimè hanc materiam disputat *Couar. dicto lib. 1. eod. cap. 7. nu. 6. vers. cęterum, & ver. de creditoribus, & D. Hodiernam ad Surdum decis.* 55. *per tot.* vbi pleno calamo multa dicit, & *Pasch. de Patr. pot. par. 2. cap. 7. nu. 54. fol. 375. in nouis.* at cum nos simus in donatario, nec minus ista doctrina ipsi vxori faueret, nàm dato ostenderētur paginæ promissionis, non officerent nepotibus, quibus ante per donationem interuiuos ius acquisitum est.

Vndè colligitur ex his, quod dos nō potest repeti, nisi verè prius fue-
105 rit per vxorem consignata, nā qui vult consequens, debet prius probare antecedens *l. 2. ff. de iurisd. omnium Iud.* & propterea si mulier solutis nuptijs voluerit dotem repetere, oportet esse in probatis illam viro dedisse, quia si mille promisisset, & centum dederit, non nisi pro istis centum agere ipsi libebit, proùt di-
106 ctum est *supra cap. 3. speciale 4. de mulier. vxor. nu.* 128. 129. 130. & pro hac quantitate donationem propter nuptias siuè antefatum petere, vt præter dicta ibid. firmat *Ricc. coll.* 2219. *ver. quid autem, & Prat. to. 2. discept. for. cap. 36. à nu. 3. ad* 13. & signantèr si fuerit expressè adiectū pactum non esse constituendum antefatum, nisi pro quantitate dotium receptarum, vt decisum refert *Io. Bapt. Thor. in compendio decis. to. 3. par. 1. ver. antefatum an integrum fol.* 38. *col.* 2

Sed dubium est, si fuerit matrimonium declaratum nullum, quia
107 forsan erat impedimentum parentelæ, vel inualetudinis, & dos veniat restituenda, vt fuit data, an possit etiam ex ea lucrum prætendere, & negatiuè concludit *Cassan. ad consuetud. Burg. rub. 4. 5. 2. in tex. femme. nu.* 5.

Hæc tamen intelliguntur secundum cōmunem regulam, nàm quā-
108 do sumus in aliquo casu, quo mulier dotem amittit, pro dote agere non valebit, puta si eius culpa dissoluatur matrimoniū iuxtà *Bal. sententiam in §. actionum inst. de action. nu.* 18. quæ culpa tùnc propriè erit circà corpus, & animam (& si alijs diuersis modis possit exemplificari)
109 quando adulterium commiserit, quo in casu efficitur infamis, *Bal. in l. palam, §. quæ in adulterio nu. 1. ff. de ritu nupt. Gratian. discept. for. to. 1. cap. 5. nu.* 24. & non dum amittit dotem secundum *Gratianum loco citato, & decisionem Rotæ in nouissimis illustratis per Coccin.* 168. *num.* 4. *Romana fideicommissi fol. mihi* 301. & applicatur viro, sed etiam bona paraphernalia,

An-

August. ad Angel. de malef. Rubr. che
1. *has adulterata la mia donna nu.*27. &
est *tex. in cap.plerumq; 4.ubi gl. lit.E.*
de donat. inter virum, & vx. Cassan.
*ad consuet.Burg. rub.*4. §.6 *in tex. &*
Supporter nu. 16. *& in tex. de mainte-*
*nir nu.*16. *& in tex. sera tenue nu.*16.
de Franch. decis. 184. *in princip. &*
Ricc.coll. 1001. & diximus *sup. cap.*1.
à num. 15. *ad* 19. intellige filijs non
extantibus; nàm si adsunt liberi, tūc
non viro, sed ipsis dotis lucrum ser-
uandum est, vt per decisionem *Rotæ*
apud Virillū in nouissimis 164. *n.*5. *sub*
31. *Martij* 1628. & licèt pluribus
alijs modis possem fallentias addu-
cere, quando ob vxoris adulterium
maritus dotem non lucratur illas
omitto, ne *Ricc.* dicta transcribam
in dicta coll. 1001. dico tamen non-
nulla alia digna studio, & memoria,
& præcipuè; quod non lucrabitur
vir dotem adulterantis mulieris, ni-
110 si eam de adulterio accusauerit, vt
per *Cassan. ad dictum tex. Et Supporter*
nu. 19 & accusata adulterium pro-
bauerit iuxtà illud nō sufficit dicere,
sed probare *arg. tex. in l. si pro par.* 10.
§. versū, vbi gl. lit B. ff. de inter universo,
quæ probatio debet esse iuxtà termi-
nos legis nostræ *in §. si quando verò*
adulterij vbi *Bar. auth. vt nulli iud.* In
111 quibus probationibus, vel si post-
modū detegatur cōsāguinitas inter
cōiuges; & si adulteriū idest fidei, &
honestatis deceptio probetur, non
poterit amittere vxor dotem; quia
cum matrimonium non sit validum,
non potest dici adulterium, cùm ad
hoc, vt adulterium sit de validitate
matrimonij constare debet, alias
112 enim potest haud dici transitus ad
alterius *Thorum c.nemo è l.*4. 32. *q.*4.
*Bonac. vol.*1. *q.*6. *puncto* 15. *de adult.*
in princ. & hæc non repugnant fir-
matis *supra cap.*1. *nu.*22. quod potest
de adulterio accusari sponsa, dùm
ibi sponsalia sunt vera, & de præsē-
ti, sed hic non matrimonium, &
hinc dixi *Fach. lib.* 10. *controu. iur. cap.*
30. *lit.B.* quod vbi non valet matri-
113 monium, maritus fructus dotis
nō lucratur, & nota; quod si accusa-
tio ista à marito fuerit omissa in vi-
ta, remissa censetur, vndè hæredes
eius, non poterunt illa vti, ne dotes
restituerent, ità ex professo tenet
114 *Costa de facti scientia centuria* 1.
dist. 53. *nu.*4. *&* 5. tamen si intra an-
num luctus stuprum commiserit, re-
uiuiscunt præterita mala, & poterit
per hæredes contrà ipsam excepi de
adulterio, vt per eundem *Costa cen-*
*tur.*2. *dist.*12. *nu.* 75. nec est miran-
dum, si tantæ pœnæ subijciat, vt do-
te spoliata sit semper egena contrà
tex. in l. 2 *ff. de iure dot.* dùm amisit,
ante quod est plus nempè vitæ de-
cus, quæ pœna secundum *Costa dicta*
*dist.*12. *nu.*31. *&* 32. vbi *Pirr. Alpha.*
Masc. & alios adducit, procedit, non
dùm pro adulterio vero, & actu cō-
sumato, sed etiam præsumpto ex
actu remoto, nempè per osculum
tactum mammillarum, & similia, est
ratio, quia quo ad voluntatem, &
honorem apud mundum, & apud
Deum est consumatus effectus *arg.*
t x. in c. si prætereà 29. *de pæn. prima*
dist.

Sed an pendente lite super adul-
115 terio sint danda vxori alimenta, &
Costa dicta distinct. 53. *nu.*9. tenet par-
tem affirmatiuam, est ratio, quia nō
est danda pœna ante probatum fa-
cinus.

Cumulantur insuper ad fauorem
mulierum, postquam matrimonium
cōtraxerunt præter actionem ex sti-
pulatu, & hypothecariam, vt dixit
Gom. ad supra citatam l. 50. *Tauri nu.*
116 37. *ver. item etiam*, beneficium sal-
uiani interdicti, vt firmat *Ricc. coll.*
2086. quod pinguius est secundum
Thesaur. decis. 175. *nu.* 1. & in Regno
nostro alio vocabulo, vocatur assi-
stentia secundum notata per *Matth.*
de Afflict. decis. 383. *nu.* 6. ac adest *prag.*
1. *promulgata anno* 1477. *sub rub. de*
Assist. & ab assistendo fuit denomi-

nata

nata secundum *Bernar. Muscat. lib. 2. gl. 1. nu. 143.* quia dominium translatum vigore constituti, & præcarij creditori semper assistit; ex quo beneficio statim, quod præsentatur instrumentum dotale, procedere potest pro dotis recuperatione, etiam contrà tertium possessorem, absque discussione principalis de *Affl. decis. 139. vbi Vrsill. nu. 2. contra Negus. de pignor. primo membro* 8. *partis. nu.* 27. *fol* 147. proùt ipse practicaui in M.C.V. in diuersis causis, & signātèr pro vidua *Isabella* Pagana in bāca *Albani*, postmodum *Cosentiæ* per vnionem actorum cum processu cōcursus aliorum creditorum super bonis sui viri, & anteà sic semper fuisse obseruatum, tradidit idem de *Affl. decis.* 92. In qua assistentia non multum laborandum est ad consequenda iustitiam, dùm, licèt non sufficiat instrumentum præsentatum ad probandum eius extrema, vt per *Reg. Ron. super dicta prag.* 1. *num.* 6. *de*
117 *assistentia, & Troys ibid. nu.* 4. sed sint examinandi testes ad experiendum bona fuisse in bonis, & de bonis viri tempore, quo iubebat, & quod illa possidebat tanquam dominus, & patronus, proùt in diem prædicatur, quod noluit dicere *Reg. Ron. vbi supra nu.* 9. quasi contra dictam *decis. de Affl.* 383. in qua tenet sufficere pro obtinendo in iudicio saluiani interdicti, si probetur bona obligati fuisse in bonis, & de bonis suis, quando contraxerit, proùt tenet etiam *Thes. decis.* 175. *nu.* 2. dùm hoc aliud non est, nisi dominium ostendere, quod posuit ad differētiā hypothecariæ actionis, in qua vtrūque probandum esse, scilicèt dominium, & possessionem tempore obligationis docuit *Muscat. dicta gl.* 1. *n.* 162. quod improbauit *Ron.* in casu assistentiæ hac ratione, quod potest aliquid esse ex bonis nostris vti pignus, sed non in dominio nostro cū non possit de eo disponi, & propterèa in saluiano probandum est, etiā dominium debitoris, tùnc cum stipulatus est, aliquid se debere, & pro debito se obligauit, postquam extre-
118 ma probata sunt, promulgatur ordinarium decretum, quod præstetur assistentia cum facultate vendendi, vel adiudicandi in forma, à quo licèt appelletur non retardatur executio; præstita tamen cautione in casu retractationis sententiæ, quo ad caput adiudicationis respectu sortis principalis, secùs interesse, vt post *Præs. de Franch. decis.* 120. *nu.* 2. *& decis.* 136. *nu.* 1. testatur *Gallupp. part.* 3. *sua praxis cap.* 4. *nu.* 34. & ante eum vide *Musc lib.* 1. *par.* 7. *gl. Condemnando nu.* 115. *& lib.* 2. *part.* 3. *gl. adiudicantur nu.* 49. 50. *&* 51. quod sentijt etiam *Thesaur.* qui sic intelligi debet *in d. decis.* 175. *nu.* 3. & nouissimè *Io: Bapt. Bilotta consultatione* 3. *nu.* 10. nisi voluerimus dicere cum *Vers. ad Matth. de Affl. decis.* 161. *nu.* 3. quod cum tractetur de dote in hoc, iudicio saluiani prolata sententia ad fauorem mulieris appellatio denegatur, tamen si cum appellatione fuerit etiam dictum de nullitate
119 æque principalitèr, proùt omnes causidici, etiam Tyrones dicunt, & obseruant, est in voto *Muscat. in supracitata gl.* 1. *nu.* 135. *&* 165. impediri sententiæ executionem, donec fuerint nullitates præsentatæ discussæ prouenientes ex ijsdem actis attenta tamen dispositione *prag.* 4. *de dilat.* quæ nullitatibus proponendis ad resecandam calumniantium temeritatem præscribit modum, & tēpus, vt ipse plenè dixi *in florilegio ad rub. de Appellat.*

Prouenientq; ex hoc iudicio prætèr præfata, quam plures aliæ vtilitates mulieri.

Prima ad differentiam hypothecariæ actionis; quia saluianum in-
120 terdictum longiori tempore durat quàm hypotheca, etenim si vellet vti hypothecaria aduersus tertium pos-

possessorem excluderetur præscri-
ptione decem, vel 20. annorum, sed
saluiano non, nisi elapsis 30. annis,
ita *Rob. mar. in suo speculo, vers. an sit
super petitorio, vel possessorio nu. 60. &
Musc. dict. glos. 1. eod. n.* 160. & 161.
Secunda, quia in materia assisten-
tiæ, licèt instrumentum non sit rea-
sumptum in forma probante, nem-
pè in carta coreacea cum subscri-
ptione Iudicis ad contractus, & sal-
121 tim trium testium, nihilominùs
potest peti, & prosequi eius iudi-
cium, si obligatio ostendatur in pa-
pyro, sine aliqua alia sollemnitate,
prout decisum refert *Musc. dict. gl. 1.
nu. 159. & 160.* & sic in dies practi-
catur in vtroq; foro, nec officit (quod
plus est) si non reperiatur in dicto
instrumento clausula constituti, &
precarij, sed tãtum hypothecaria, vt
discurrit idem *Musc. numeris citatis,
& in alijs superioribus*, vbi dicit, cla-
122 usulam constituti, in contracti-
bus esse de substantialibus, & non
de stylo Notariorum, & solitis ap-
poni, tamen veritas est in hoc in
contrarium salua sua pace, & signã-
tèr in Regno nostro, vbi cõstitutum,
& præcarium censetur de stylo, &
propterea vocatus Notarius, & si
imperitus sit (vt multi reperiuntur)
à partibus rogatus censetur ad om-
nia illa apponi solita in contracti-
bus, & omissa clausula constituti, &
præcarij tabellionum incuria, legis
prouidentia suppletur, vt post *Vrs.
ad Matth. de Affl. decis.* 139. tenet cõ-
sumatus in iure laboriosus *Io: Bapti-
sta Thor. voto. 64. nu. 63. Ricc. coll.* 175.
& nouissimè recolendæ memoriæ
integerrimus, *Præs. Merlin. controu.
for. lib. 1. cap. 55. nu. 8. & 38.* & ipse-
m per obtinui in quadã causa pro-
pria in nostro Tribunali *M.C. Vicar.
contra Santellam Garofano: causa Cõ-
missario D. Carlo de Amato, Actuario
Francisco Albano*, immò in fortiori
casu, dum non præsentaui instrumẽ-
tum, sed tãtum probaui, fuisse stipu-
latum, sed Vesuuij postmodum in-
cendio crematum cum integra Sce-
de Notarij, & quod debitor singulis
annis semper soluerat tertias, & dũ
erat stipulatus contractus, censeri
debebat factus cũ omnibus clausu-
lis solitis, & consuetis, & signãtèr cũ
constituto, & præcario, & sic vota-
runt omnes Iudices de aula; sed opi-
nio *Musc.* saluari potest, quod pro-
cedat secũdũ ius commune, & alibi,
quam in Regno nostro, & in hoc
possumus, vti sententia *Capyc. decis.*
123 176. *nu.* 22. dicentis, quod in dubio
semper est amplectanda opinio, quæ
fauet doti, ex speciale priuilegio
ipsius, vt in ambiguis semper
pro dote respondendum sit ad *text.
in l. in ambiguis 72. ff. de iure dot.* vt ꝑ
ea vnus doctor sufficiat, secũdũ *Bar.
in l. Titio centum, §. Titio, genero ff. de
condit. & demonstr.* & si aliquid de
consuetudine teneretur, iuri com-
muni derogaretur, & propterea cũ
constitutum, & præcarium ex nostra
consuetudine cẽseatur stipulatum,
nõ est vlterius circa aliam iuris dis-
positionem vagandum.
Tertia, quod prolata sententia su-
per assistentia, si aduersus eam fue-
124 rit petita in integrum restitutio,
non retardat iudicij executionem,
vt diximus de appellatione, ita idem
Musc. dict. gl. 1. nu. 165, tamen quan-
do sumus in mobilibus, aliud ser-
uandum est, quia mulieri in eorum
possessione competit vtile interdi-
ctum, vt in *l. vnica ff. vtrobi* quod ho-
die in se habet eandem naturam, &
125 eandem vim in eius casu, ac inter-
dictum vti possidetis, *§. hodie inst. de
interd.* licèt in aliquibus differant, vt
pe *Angel. in §. retinendæ eod. nuper ci-
tato titulo*, at si possessionem dicto-
rum mobilium perdiderit, vxor non
habet amplius præfatum interdi-
ctum, sed est recurrendum ad alias
ciuiles actiones, secundum *Bart. in
dict. l. vnica nu. 4. ff. vtrobi*, qui ait in
causa mobilium, ideò dari interdi-

ctum vtrobi, & non vti possidetis,
quia res mobiles impropriè possi-
dentur.

Potest etiam stipulari mulier (& si
no donare, vt nosti) viro, & est sti-
pulatio admissa apud iure consultos
in consulendo, & in iudicando prout
discusso articulo decisum refert per
Cameram Imperialem *Ioach. Myns.*
alias citata centur. 2. obseruat. 23. in
fin. & meminit *Ricc. coll. 799. in me-*
126 *dio*, quod eueniente casu mortis vt
qui prius decedat, ei superstes succe-
dat, de quibus latissimè *Petr. Pech. de*
testam. coniug. lib. 1. cap. 7. fol. 228. in-
tellige, filijs non existentibus, vnde
si paciscerentur hæreditatem super-
stiti coniugum esse deferendam, nõ
obstante, quod adsint liberi à for-
tiori pactum nullum esset, quia fo-
ret contra legem naturæ, & contra
omnia alia iura cum tenderet in
odium filiorum, & eorum præiudi-
cium, ita *gl. in l. pactum 3. vers. impro-*
batur, C. de collat. prout etiam habe-
mus, quod si disponeret statutum, vt
decedente vxore, superstes vir ei
127 succederet, hoc non habet locum
si liberi existant, etiã primi matrimo-
nij, quia ipsi sunt legitimi hæredes,
sed vir eam tantum partem habebit
bonorum vxoris, quam consequi
potest vnus ex filijs, ita *Bal. in l. 1. C.*
de inoffic. dote, & alij quos adducit
Cassan. ad Consuetud. Burg. Rub. §. 1.
n. 1. est ratio secũdũ eũdẽ *Cassan. Rub.*
7. §. 12. in tex. a la quelle est cõstitue. dot.
& Mariag. nu. 4. §. 270. quia si hoc
non potest fieri per pactum, à fortio-
ri non potest permitti per statutum,
ex quo nota plus fieri posse per par-
tes contrahendo, quam per leges
disponendo, dum ad hoc tãtum sua
extenditur facultas per *text. in l. hac*
edictali 6. C. de 2. nupt. qua cautum
est, non posse vxorem plus vitrico
relinquere, quam vni ex filijs, vt ali-
bi dixi, & probat fenix ingeniorum,
Fabritius Brancacius in suis allegatio-
nibus impressis per Tassen. in tract. de
Antefato vers. 4. obseru. 4. fol. 322. &
Viu. in sua sylua opinione 527. subin-
tellige præfata tamen, si mulier do-
te, & alia bona libera habeat, secus
tamen si nexam alterius voluntati,
128 nempè si fuerit filia dotata à patre
à fratre, vel aliqua fæmina ab extra-
neo, sub vinculo, vt si sine liberis de-
cederet, dos reuertatur ad dotato-
res, eorumq; hæredes, & successores
vt passim hodie obseruatur quod pa-
ctum iustissimum est, & valde ratio-
nabile, vt res redeant vnde exi-
rint, vt dicit *Thead. alleg. 28. n. 8.* vltra
129 quod citra pactum expressum taci-
tum subintelligitur à lege, vt dece-
dente filia sine liberis dos redeat
ad patrem, *l. iure succursum 7. ff. de*
iur. dot. nam in isto casu dispositio
non tenet; tanquam facta à nul-
lum ius in bonis, & potesta-
tem habenti, dum dotatores pos-
sunt imponere legem rebus suis, &
ipsa seruanda est, iuxta tradita per
Anton. de Amat. resolut. 64. n. 11. Mar.
Castell. de donat. contempl. matr. tract. 2.
discursu 1. speciale 26. nu. 33. vol. 2. de
Franch. decis. 196. Reg. Sanfelic. vol. 1.
decis. 128. nu. 3. Reg. Capyc. Latro tom.
1. decis. 98. nu 49. & Amendola contra
Præs. de Franch. decis. 491. vbi dicit
130 decisionem istam, tunc habere lo-
cum, quando frater de proprio do-
tauerit, secus quando de bonis pa-
ternis, vt tenet idẽ *Præs.* pro vt etiã
de patre firmandum est pro quanti-
tate legitimæ, etenim si dos est
plus legitima, illud plus potest
vinculari, secus autem legitimæ
131 quantitas, quæ cum naturali iure
debeatur, per *tex. in c. Raynutius 16. de*
testam. & in l. scripto 6. §. vt sic par tri-
bus ff. unde liberi, non proprium pa-
rentis, sed alienum, æs potandum
est; secundum *Angel in l. papinius. §. si*
quis impubes, vers. quod quarta. ff. de
inoffic. testam. & Peregrin. de fideicom.
artic. 4. num. 14. & sequent. & sic ali-
quod onus in ea nonpotest imponi,
sed libera dãda est absq; vllo vincu-
lo,

lo, & conditione, *l. omnimodò* 30. *& l. quoniam in prioribus* 31. vbi *gl. Bart. & Salyc. C. de inoffic. testam. Peregrin. art. 36. nu. 61. & de Franch. decis. 127. nu. 6.* & per consequens ad sui libitum filia de dote pro quantitate legitimæ disponere potest absq; debito illam restituendi, & si restituere paciscatur, pactũ nullum est, ad quod faciunt dicta eiusdem *Præs. dec. 196.* tamen si habito respectu ad legitimam, pactum sit, quando dotatur fi-
132 lia, vt decedente sine liberis, possit de certa quantitate disponere, & reliquum restituatur dotanti, siuè sit minus, siuè plus legitima illa quantitas destinata pro filiæ dispositione pactum initum seruandum est, dum videtur contenta de illa portione, & præsumitur in reliquo renunciasse, ita post longam *DD.* serie, tenet *Amat. d. resol. 64. n. 7. tom. 1. & ante resol. 48. in fine*, sic & secundũ eundem *nu. 5.* & *Gam. Saler. in consuet. eas. autẽ lit. B. fol. 97.* si filius prædecederet patri, nam cum legitima debeatur in morte, in tali casu non posset de ea disponere, & licet *Mantica tom. 1. de tacit. & ambig. Conu. lib. 12. tit. 24. in princ.* absolutè dicat, pactum initum in instrumento dotali, vt maritus succedat præmorienti vxori nullum esse, hoc intelligi deder, si redundaret in alterius tertij præiudicium, ius aliquod habentis, sed non quando dos, & alia bona vxoris essent propria, & libera, tunc enim erit suum liberum arbitrium de illis, vt melius sibi placebit disponere, *l. in re mandata, C. mandati,* potest exemplificari in fratre, vt indicauimus, qui cum vigore *costitutionis in aliquibus de success. filior. com. &c.* in Regno exclusa sorore parentibus succedat, illam dotando, est debiti satisfactio, & oneris solutio, & ppterea non potest in dote apponere vinculum, nec pactum cum libera danda sit, vt per *Vrs. ad Matth. de Affl. decis. 160. nu. 4.* & in consequentiam dotatæ sorori remanet libera facultas de dote disponendi in beneficium cuiusq; voluerit, prout in terminis recentissimè etiam tenet *Gizz ius obseruat. 63. nu. 2. & 3.* & nõ amittas videre *Amat. vbi sup. nu. 8. f. 279.* & clarius probatur ex sequẽtibus allegat. *D. mei Erasmi de Ponte Consiliarij meritissimi.*

Et ex his nonnulla possumus vtilitèr animaduertere, vt ad nos redeamus, nempe sorori permissam esse variationem, puta si libellauit contra fratrem, vt eam dotaret, & frater renuit, potest petitionem variare, & instare simul admitti ad successionem, nõ obstante, quod interdictum
133 sit mutare instantiam, nisi lege, aut cõuectione pmittatur, *l. eũ qui certarũ 138. §. cũ pure ff. de verb. obligat.* vbi *gl. litt. F. & Bart.* latissimè quod non semper est, sed ante litem con-
134 testatam, secus autem post sententiam, expectato fine motæ litis circa eius executionem, vt per *Capyc. & addentes ad eum decis. 33. per tot. decis. 46. nu. 6. & decis. 119. de Franch. decis. 53. n. 3. & 11.* vbi declarat quomodò sit intelligendus, *Bar. in dict. l. eum qui*, & vide *Bern. Musc. lib. 2. glos. seruata part. 3. numer. 26.* Exceptionem tamen dilatoriam posse etiam post litem contestatam per mulierem opponi, expresè docet *Socc. sen. in l. de die 8. §. si seruus nu. 3. & 4. ff. qui satisd. cogan.* itaq; si soror institit compelli fratrem ad constituendam dotem, omnemq; adhibuit diligentiam, vt illam consequeretur, & non potuit, licitum est ei variare, & petere patris successionem, vt masculus, ita *D. de Affl. in dicta constitut. Regni in aliquib nu. 33.* se-cundum quem in *decis. 291. nu. 5.* am-
135 plia hác variationem esse permissam, etiam mulieri agenti pro antefato, quæ si prius petierit eius fructus, potest inde se penitere, & agere pro antefati restitutione, ad quam verè hæres tenetur, vt dictum est su-

pra, *cap.3.de mulier. vxor. speciale* 4.
verſ. Quartum Priuilegium nu. 126.
prout in ſimilibus terminis fuit de-
ciſum per S. R. C. ad relationem D.
Conſiliarij Capiblāchi cauſæ Com-
miſſarij patrocinante V. I. D. Oratio
Scialoia ſub die 5. Aprilis 1653.
Actorum Magiſtro Petro Ciano ad
fauorem Bernardini Pignella con-
tra Dominicum Maccaranum, qui
cum prius fuiſſet pro dote promiſſa
dicto Berardino via ordinata cōuen-
tus, melius conſulto inde actore, mu-
tauit iudicium, & petendo dictum
Maccaranum citari aduerſus pactū
fauore dotis, per doctrinam *Angel. in
in l.* 1 *ff. ſol. matr.* fuit admiſſus iuxta
per eum petita.

Cōtrahere enim regulariter mu-
lieres poſſe ex ſuperioribus iure
probatum eſt, non obſtante earum
animi imbecillitate, & tenet *Duard.
de Camb. q.*67.*concluſ.*2.*nu.*15. tamen
quando ſunt ſub poteſtate viri, dum
concurrit propriç voluntatis ſubor-
136 dinatio alterius iudicio, mercari
prohibentur, vt per *Gomeſ. infraci-
tan.* at cum poſſint habere bona
extra dotalia, & quædam ſignantèr,
quæ in totum pænes ipſas ſunt, vt
137 diximus ſupra per *Gomeſ. in l.* 50.
*Tauri nu.*1.*& alios*, in his cum libe-
ram habeāt facultatem vtendi, poſ-
ſunt negotiari, imò cum hac prærro-
gatiua, quod ſi vigore ſtatuti in con-
trahendo requiratur aliqua ſollem-
nitas circa numerum teſtium, vel
alio modo, nempe circa tempus, &
ſimilium, ſi contrahatur non adhibi-
tis ſtatutarijs ſollemnitatibus, licèt
cōtractus nullus ſit, intelligitur, quo
ad earum dannum, non quo ad pro-
priam vtilitatem, ſi ineſt, nam in hoc
bene valet, & eſt ius, & actio eis
acquiſita, ita *Duard. vbi ſup. nu.*15.
138 quod ipſç, ſi mihi verum dicere
permittitur, non probo, duplici ra-
tione. Prima, quia, ſi actus eſt nullus
ex defectu ſollemnitatis, vel formæ,
non habet firmitatem aliquam, imò
ad ſeruandam paritatem, non debet
cenſeri validus in fauorem mulie-
rum, & inualidu in damnū earum;
daretur, enim vnius rei diuiſio in-
compatibilis, & à iure reprobata,
quod pro parte contractus validus
exiſtat, & pro parte inualidus, ſicut
homo, quod non poteſt dici pro par-
te viuus, & pro parte mortuus, cum
vel in totum viuus, vel in totum
mortuus eſſe debeat, aut totus vali-
dus contractus, tam pro, quam con-
tra mulieris, aut totus inualidus ar-
gumento eorum; quæ dixit *Reg. Ro-*
139 *vit. ſuper pragm.*1.*de fide, & author.
memorial. nu* 47. Secunda, quia mu-
lieres ligantur ſtatutis regionum, vt
per *Bal. in l. ne paſſim* 13.*C. de iur. &*
140 *fac. ignor* & reliquos probauimus
ſup. *c.*2 *n.*151. & propterea debent
negotiari ſecūdū ſtatuta, & contra-
rium facientes ſubiacent pænis, &
nullitatibus cootractuum, & ſignan-
tèr, ſi ſollemnitates, & requiſita fue-
runt introducta ad iuris rigorē con-
ſeruandum, quia forſan deprauatus
erat negotiantium modus, & ſtatutū
aliqua diſpoſuit ad corrigēdos abu-
ſus, nā ab his non excuſantur mulie-
res, ſed tenentur, vt cæteri omnes
ad earum obſeruantiam, *Bal in l. ſci-
mus* 9. *C. de iure delib. Bar. conſ.*154.
*de Franch deciſ.*229. *&* 518. *nu.*5. &
faciunt optima dicta, *Fachin. contron.
iur. cap.*11. *per tot.* & propriè *circa fi-
nem.*

Vbi viget igitur cōſuetudo, quod
negotiantur mulieres, prout ſunt il-
lç Ianuenſes, de quibus meminit
*Duard. tract. de Camb. q.*48. *nu.*10. &
in Francia Gallæ, vt teſtatur *Caſſan.
infracitan.* Eſt dubium an per earum
negatiationibus, ſint etiam obligati
viri negotiatoribus, & in hoc caſu
141 *Caſſan. ad conſuetud. Burg. rub.*4.§.1
in tex. ſelle neſt merchande nu 1. *&* 2.
*fol.*131.*col.*1. ſic dicit. *& ideò* (& sūt
142 propria verba authoris) *aduerte*,
*quod obligat maritum pro illa mercan-
tia, pro qua publicè negotiatur, ſecus ſi
publi-*

publicè mercetur pro vna mercantia, & in alio contractu vltra mercantiam se obligat, quia hoc casu, maritus non tenetur, quod comprobat *Costa de facti scientia inspect. 43. nu. 9.*

Tamèn vt veritati proximior sim, alios esse distinguendos casus putaui, scilicèt quod aut negotiantur simul cum marito, aut ipsa tãtum, sed eum consensu viri, aut ex se, ipsa inscio viro.

Primo casu, nullum est dubium maritum quoq; teneri, quia & ipse principaliter contrahit, & contrahendo videtur mulieri præstare consensum illicò, quod stipulatur *tex. est clarus in l. Titius 9. vbi Bar. ff. quib. mod. pign. vel hypotheca solut.* nec
143 potest habere beneficium deductione egeat, vt per *Giurb. decis. Sicil. 42. nu. 3.*

Secundo casu si consensus est necessarius pro validitate actus, siue procedat, siue subsequatur, & maritus cõsentiendo actum conualidet, & tenetur ipse quoq; pro actu.

Tertio casu subdistingue, quod aut mulier priuatè negotiatur, aut publicè, puta si est posita in aliquo publico officio cum viri consensu, nempe mercantiæ; si negotiatur priuatè, marito non consentiente, maritus non tenetur, & in his terminis intelligenda est, *gl. in l. obseruare 6. lit. D. ff. de offic. proconsul.* dicens, maritum pro vxore conueniri non posse, & *Gall. lib. 2. obseru. 90. nu. 5.* quod tamen limita, nisi negotiatio versa sit in eius commodum vtilitatem, & beneficium, tunc enim tenetur vir pro vxoris negatione negotiatoribus actione de in rem verso, per *tex. in l. Marcellus 14. ff. de in rem verso*, & quia mulier est socia viro, vt diximus supra *cap. 2. sub nu. 138.*
144 propterea negotiãdo tenetur maritus, quando ex negotiatione lucrum accepit, *argum. tex.* à fortiori *in auth. si qua mulier, C. ad Vellian.* si negotiatur publicè in officio, in quo posita est, & satis est consensus viri concessus pro acceptando officium, dato quod expressè, & particolaritèr, in negotiationibus postmodum non consentiat, quia sufficit primus, per quem legitimauit, habilitauitq; vxorem ad agendum, & tractandum omnia, quæ ex negotiatione peruenirı poterant, ita expresse *Gomes. ad l. 54. Tauri nu. 6.* cuius verba sunt .i. *Quod si maritus permittit, vxorem suã mercari, videtur ei mãdare, & consentire, & tenetur de contractibus.*

Et ex his possumus loqui de cupidinarjis, qui sunt in hac nostra,
145 & in omnibus ferè mundi Ciuitatibus, qui tenent vxores ad expediendum commistibilia, & emunt, & vẽdunt, & ipsę omnia faciunt, quod mariti de earum negotiationibus tam si emant, quam si vandant, tenẽtur; nam cum in eorum potestate sint, & similia non tractatent citra permissum eorum, videtur consentire ad omnes actus, & negotiationes, quas faciunt.

Cumq; indicatum sit, permissum esse mulieribus agere, negotiari, negotiaue tractare, hoc facere possunt cum particulari prærogatiua: quia si malefaciunt restituuntur, & præcipuè si suspicetur deceptio, & sic
146 si filia fuerit dolo inducta ad renunciandam paternam hæreditatem in eius damnum, & detrimentum ꝓ potest aduersus renunciationem venire, & contra inducentem agere, *Bal. in l. si maior 7. C. de dolo malo*, nec obstat si dicatur, quod quæ à principio sunt voluntaris, ex post facto sunt necessiratis, & non porest displicere, quod semel placuit, pro vt etiam videmus in hærede, qui si semel repudiauerit, amplius non potest hęreditatem adire, *l. ei qui 88. vbi Bar. ff. de hæred. instit.* & propterea
147 ad paritatem seruandam; si semel repudiauerit filia, nõ potest amplius conquęri, *dict. l. si maior*, & tantò magis, quod venire aduersus factum pro-

proprijs nemini permittit, vt *l.penul. C.de pactis*, etenim respondetur, præfata procedere, quando ab actibus hominum abest dolus, & simplicitèr fiunt, secus autèm dolo interueniente, quia tunc poterunt pænitentia
148 reuocari, vt probatur *in dict.l.pen.* Ibi *Pacta conuenta, quæ neq; contra leges, neq; dolo inita sunt, omnimodo seruanda sunt*; Et si non placeret ista resolutio, dicas iuxta *tex.in dict.l.si maior*, vbi *glos.* quod non venit aduersus renunciationem, vt eam improbet, quia iam sunt acquisita iura renunciatario, & tantò magis, quod *Bal. in dict. l. si maior*, dicit, quod renunciatio hæreditatis est actio vniuersalis concernens creditores, legatarios, & alios, qui dolum non commiserunt; sed agit aduersus eum, qui induxit ipsam ad renunciandum actione de dolo, vt interesse, & dannum emendet, quod intelligas si renunciauerit, vel repudiauerit hęreditatem pręsentem, siue eius ius quæsitum, mortuo patre, vel alias coniuncto, secùs autèm si dolo fuerit soror inducta ad renunciandum à fratre sibi ius quærendum, prout passim fieri solet per mulieres, quę renunciant cum nubant omnibus iuribus, & successionibus, nam in isto casu, si dolus interfuerit, succedente morte, potest venire aduersus renunciationem factam futuræ successioni, & instare hæredem declarari: quia adhuc non erat ei ius quæsitum, vt notantèr aduertit *Bald. vbi sup.* recordatione dignus, & habet locum, siue, maior, siue minor sit 25. annis, vt in *d.l. si maior*, & de hoc est *tex. expressus in l.3.C.de collat.* vbi *glos. Alex. & Bal. qui num.16.* dicit, quod si soror remittit fratri omne ius, quod habet, & habere sperat,
149 hoc intelligitur, ex causa de præterito, non de futuro, ita *Cassan. ad consuetud. Burg. Rubr.7.§.2. in tex. Du tresparse nu.* 14. quia de ea non potuit cogitare, vt per *Gomes. ad dict.l.* 54. *Tauri nu.2. in medio, & Giurb. dec. Sicil.42.n.21. vers. secũdo reũciatio*, & eò fortius, quando dolus interuenit,
150 quod semper debet abesse ab animo contrahentium, & si operiatur, debet purgari, secundum *glos. in l. item si pratio 25.§. fin. vers. circumscribere. ff. loc. & conduc. & Tiraq. in l.9. connubial. nu.7. fol.93. àterg.* quod regularitèr, & si attenta hominum conditione, quod quisq; bonus, & malus cẽsetur, *l. merito 51 ff. pro socio*,
151 debet præsumi, vt longè absit; propterea oportet probari, dum aliud non est, nisi calliditas ad aliquem decipiendum, *glos. in l. dolus 10. vers. qualiter, C. de rescind. vendit.* & consistit in animo, secundum *Bal. in dict. l. dolus*, & admittitur, quod verificetur, etiam indicijs, & coniecturis, *l. dolum 6.* vbi idem *Bal. C. de dolo malo, Anton. Faber. in suo C. Fabriano lib.7. tit.2. defin.4. nu.6. Abbas in cons.68. nu.2. part.1. Bar. in l.1. ff. de doli mali, & met. ex c. Luc. de Pẽna in l. quemadmodum, vers. verum is in fine, C. de Agricol. & Cens. lib.11. Gaill. obseru.* 110. *nu.7. & 8: lib.2. Mynsig. centur.3. obseruat.98. nu.4. & cent.6. obseru.91. nu.8. & sic decisum refert per nostrum Senatum de Affl. decis.69. nu.8.* quem inde sequutus fuit *R. Merl. to.1. controu. forens. cap.57. nu.13.* & hæc sic facta probatio sufficit ad agendum pro dolo, & quia ratione iuramenti, quando interueniat, posset censeri valida renunciatio facta iuribus de futuro, attenta canonica dispositione, quæ præcipuè obligat iurantem
152 ad obseruantiam actus, secundum *Bal. in dict. l.3. nu.2. Matth. Matthes. singul.54. Mars. sing.208.* & in proprijs nostris terminis tenet *de Affl. decis.381. num.5.* Est propterea ad omne dubium remouendum practicabilis quotidiana cautela, vt iurans à iuramẽto absolutionem petat priusquam contraueniat, vt per eundem *de Affl. decis.322. nu.12. & Galupp. 2. part. sua praxis cap.12. nu.21. vers.*

uerſ Quarto, alias tanquam periura
excluderetur à ſuis prætenſionibus,
ſecundum *Cancer. var. reſol. lib. 2. cap.*
80. nu. 296. & Sperell. deciſ. 25. nu. 25.
& ſeq: & deciſ. 83. nu. 27. & ſeq. ac vi-
dendus eſt, *Muſc. part. 4. gloſ. periurij*
per tot. quæ iuramenti materia adeò
eſt ſcrupuloſa, quod ait *Vrſ. ad d. de*
Affl. deciſ. 370. nu. 13. duas eſſe obti-
nendas abſolutiones, ſi duo in eo-
dem contractu fuerunt appoſita iu-
ramenta, nempe ſi iurauit contra-
hens, non contrauenire, & inde iura-
uit à dicto iuramento abſolutionem
non petere, pro vt colligitur ex ver-
bis abſolutionis, quæ datur ab Ec-
cleſiaſtico, quæ eſt.

Viſo nobis memoriali porrecto,
& præſentato, & attendentes, quod
iuramentum non debet eſſe vincu-
lum iniquitatis, idcirco, ordinaria
authoritate, qua fungimur in omni-
bus melioribus, modo, via, iure, cau-
ſa, & forma nobis a iure permiſſis,
præfatum. N. ſupplicantem ab om-
nibus quibuſcunq; iuramentis, re-
nunciationibus per ipſum præſtitis
in menſionatis contractibus ad finē
agendi tantùm, & eius iuribus exci-
piendi habilitandum diximus; pro
vt præſenti tenore habilitamus, dū-
modò non ſit periurus, in cuius rei
teſtimonium præſentem, &c.

Circa quæ, hæc vtilitèr notanda
duxi, quod ſi mandet ſtatutum, aut
teſtator, quod filia renunciare de-
beat hæreditati paternæ, vt illa ſer-
uetur apud maſculos: intelligi debet
ſi dotem, vel quid aliud conueniens
153 habuerit de ipſa hæreditate, quam
renunciat, alias enim cum ſit iniuſta
& ſine cauſa, non valet, ita *Petr. de*
Anchar. conſ. 39. quod incipit *pro cla-*
riori deciſ. Anton. de Petruc. in repet.
l. 1. ff. de iure iur. & facit *text. in cap.*
quamuis pactum 2. de pactis in 6. in
quo præſumitur ex dote recepta re-
nunciationem ordinari. Ibi *vt dote*
contenta Et ſic habet portionem ſuā
de patris bonis, quod approbat etiā
Caſſan. alias cita rub. 4. §. 12. in tex. Et
à la quelle nu. 4. & hæc renunciatio
cum fiat „dum de iure tenet per *di-*
ctum cap. quamuis pactum, ſcias quod
non egreditur fines ſuos: & propte-
rea circa noſtram famoſam conſti-
tutionem *in aliquibus*, pluries hic ci-
tatam, licèt filia per eam ſit excluſa
à ſucceſſione patris, nihilominus
ſuccedit fratri, *Vin. opin. 795. num. 1.*
puta ſi ipſa collocata in matrimoniū
dotem habuit, & renunciauit pater-
nis bonis, ſi poſtmodum decedat fra
ter, non prohibetur illi ſuccedere,
154 quia renunciatio ſimplex, ſiue ſta-
tutum excludens filias, intelligitur
de illius bonis, de cuius hæreditate
155 agitur, vt ex *Matth. de Affl.* diuer-
ſa iura allegante *deciſ. 248. num. 6.*
R. de Ponte de poteſt. Prorég. tit. 9 nu. 4.
de ſucceſſ. mulier, Cõſ. Hod. ad Sur. dec.
176. n. 8. tamē ſi fuerit dotata a fratre
& fratri non ſuccedit, obſtante re-
nunciatione, idem de *Affl.* vbi *Vrſill.*
deciſ. 161. ſecus ſi non renunciauit,
& de his poſt *Alex. & Iaſ.* adeas *Caſſ.*
ad ſuas conſuetud. Burg. Rub. 7. §. 5. in
tex. De Illeur. de la vitre num. 7. & 8.
qui ait etiam *ead. rub. in §. 12. in*
tex. viuant le dicte mare num. 1. & in
tex de pare, & mare ſupra nu. 1. quod
ſi inde decedat mater, non eſt filiæ
interdictum ei ſuccedere, quem vi-
de in caſu, quod filia renunciauit
etiam maternæ ſucceſſionis, ſed ab-
ſente, & iſcia matre, ſi talis renun-
ciatio teneat, de quibus omnibus
nos habemus pinguē deciſionē eiuſ
dem *Dom. de Affl. 178.* præmanibus
& ſemper tenendam. Et quid de re-
nunciatione bonorum feudalium
diſcurrit *diſp. 7. D. R. Marc. tom. 1. per*
tot. & nota, quod ſi reperiretur ſta-
tutum, quod excluderet filiam quo-
que à ſucceſſione fratris nō dum pa-
tris, vt diximus; non eſſet excluſa à
ſucceſſione ſororis ab inteſtato de-
cedentis, ſecundum *Vin. vbi ſup. nu.*
4. ſicut etiam non eſt excluſa à ſuc-
ceſſione patris, quando filij non ad-
ſunt,

156 sunt, quorum contemplatione statutum filiabus succedere prohibuit, ita *Costa de fact. scien. & ignor. 1. dist. 98 num. 59.* dum dictum statutum respexit conseruationē agnationis, & sic semper, quod illi nō extant, fæminę non excluduntur, vt per *Vrsill. ad Matth. de Affl. decis. 201. in fin.* Cumq; hæc materia successionis, & renunciationis sit valdè quotidiana, & diuersimodè intellecta per varios legum interpetres, volui duas cupidissimas allegationes, quas habui tuę humanitati præstare amice lector, vt tui ingenij fecunditate fructus multos gustes in facti contingentia, & ne digressionem vlteriùs protraherem, illas inuenies positas in fine huius 4. *cap.*

At quando mulier, vt ad nos redeamus est minus 25. annis, vt in *dict. l. si maior,* non dum habet actionem ex dolo, verum etiam, & in integrum restitutionem, secundum *gl. ibi lit. F.* quo remedio puto succurri posse, quādo adiuit etiam hæreditatem damnosam, per *Bald. in l. 1. ff. ad Vellcian.* regularitèr enim omnes

157 mulieres habent hoc beneficium restitutionis in integrum (contra *Costa in tract. commun. Vtriusq; Iud. regul. 15. nu. 5.*) in læsionibus, deceptionibus, & negotiationibus, ac alijs quibuscunq; actionibus in pari gradu cum fisco, minore, & Ecclesia, secundum *Matth. de Affl. decis. 210. in princ. & Reg. Capyc. Latro decis. 91. nu. 2.* ac est particularis *tit. in decret. digest. & C. de in integr. restitut.* quod ampliauit *Io: Baptista Bon. de statutar. vrb. præscr. glos. 3. de exceptis dotibus num. 44.* vt aduersus præscriptionem, rerum non datalium adhuc restituatur, & procedit etiam, si restitutio petatur aduersus aliam mulierem pariter priuilegiatam, ad *tex. in l. final. cum glos. ff. ex quib. cas. maior. Mar. 6. part. sui specul. ver. quandoq; appellatur num. 97. & 98. & Nicol. Losaus de iure Vniuers. part. 3. cap. 18. nu. 22.* & hanc restitutionem non, aliud esse dignoscimus, nisi restaurationem, & repositionem, priuilegiorum in statum primeuum, ita *glos. in clem. vnica de in integr. restit. col. 1. num. 66. prope litteram D. glos. in constit. Regni humanitate de his, qui sedeiuss. dare poss. col. 6. num. 70. fol. 154. Facchin. controu. iur. lib. 4. cap. 73. ad princ. Pract. Papiens. de forma libell. quo agitur ad restitut. in integr num. 2. Capoll. lib. 2. consi. ciuil. 50. num. 11.* & datur vsq; ad quadriennium sublata antiqua legis obseruantia per quam concedebatur annus tantum, *l. final. vbi glos. & Bal. C. de tempor. in integr. restit.* Ibi: *superuacuam differentiam vtilis anni in integrum restitutionis nostra Republica superante, sancimus, & in antiqua Roma, & in hac Almā Vrbe & in Italia, & in alijs Prouintijs, quadriennium continuò tantummodò numerari ex die, ex quo annus vtilis currebat & id tempus totius loci esse commune. cap. 1. & 2. de in integ. restit. in 6. dict. clem. vnica, vbi glos. litt. D. glos. in cap. contingat il 3. vers. aliquot annis de transact. Carlen. tom. de iudic. lib. 9. tit. 3. disput. 16. num. 17. Pract. Papiens. vbi sup. num. 7. Capyc. decis. 169.* non pro petenda; sed pro obtinenda restitutione in integrum, *dict. clem. vnica cum sua glos. vers. si minus.* Et circa hoc sit mihi permissum pro rei veritate, vti exemplis in his iuribus addendis, nempe non proposuit mulier iura sua in termino sibi à Iudice dato, nihilq; in eo probauit, vel cùm esset condemnata (& hoc est aliud exemplum) non appellaui intra legitima tempora, vel si appellauit, non fuit prosequuta suam appellationem, nunc datur tur quadriennium ad comparendum, & petendum à prætore, quod sibi tempus restituatur pro probando, quod non posuit, nec probauit; vnde patet, quadriennium non dari ad faciendas probationes propositas tantum, sed ad illas proponendas,

das, quod quidèm summa memoria
dignum est, concordat tex. vbi Bart.
in l. sed. & si 26. §. quoties, & l. nec non
28. §. si quis, ff. ex quib. ca. maio. de Affl.
& addent. ad eum dec. 157. & addent.
ad dec. Cappellæ Tholos. 178. n. 2. con-
tra eundem Castã de facti scient. dist.
55. cent. 1. num. 11. Sed an hoc qua-
driennium detur, siue restitutio pe-
159 tatur per viam actionis, uel per
viam exceptionis: dum in excipien-
do sunt perpetua, quæ ad agendum
sũt temporalia, vide optimè Carleu.
dict. disput. 16. nu. 9 & 10.

In Regno verò nostro, vice huius
in integrum restitutionis sunt in-
troducti primum, & secundum be-
161 neficium, quæ solent nuncupa-
ri, prima, & bina restitutio, vt per
Reg. Rouit. super pragm. 16. de ordine
indic. de Affl. decis. 210. num. 1. de
Franch. dec. 233. in princ. Reg. Capyc.
Latro decis. 91. num. 4 & 5. Monac. ad
Minad. decis. 15. Ricc. collect. 186. Gal.
lup. part. 2. sue prax. cap. 3. de 1. & 2.
beneficio, seu de bina restit. in integr. &
Marant. in suo spec. par. 6. Rub. & quã-
doque appellatur, num. 101. quibus
beneficijs, si petentes non vtantur,
in pænam dilationis iudicio datæ
162 soluunt auri vnciam vnam, vt in
pragm. 1. vbi idem Rouit. de dilat. &
pragm. 31. quæ incipit Quoniam de of-
fic. S. R. C. & conceduntur, siue causa
sit modica, siue maxima, l. scio illud
4. vbi glos. ver. summa. ff. de restit. in
integr. glos. in cap. fin. vers. leso de in
integr. restit. in 6. Capyc. dict. decis. 109.
num. 9. At in Romana Curia non es-
se in obseruantia, & si alibi practi-
centur, & in nostris Tribunalibus
præcipuè, vt probauimus, testatur
Mantica decis. 315. num 5. Pro com-
plemento tamèn, scias, non esse vsu
receptam in Regno distinctionem,
glos. in dict. l. si maior, dicentis, quod
si mulier minor sit anno 25. non
dum aduersus deceptionem, & ne-
gotiationem habet actionem de do-
lo, sed in integrum quoq; restitutio-
nẽ, vt fũdauimus, dũ mulieres, siue
163 maiores, siue minores sint, semper
restituuntur, Teste Sforzaod. de restit.
integr. part. 1. quæst. 10. artic. 6. nu. 37.
& Marant. allegato superius nu. 101.
cuius verba, non dum pro fide præ-
fatorum; verum etiam pro aliarum
rerum vtilitate hic transcribenda
duxi, & sunt. Decimo datur hodie in
Regno restitutio mulieribus siuè maiori
bus siuè minoribus, tã in iudicijs quam
in contractibus, vt est constitutio, quæ
incipit obscuritatem, & ibi Andr. de
Isern. dicit, quod etiam post conclusio-
nem in causa potest mulier petere resti-
tutionem in iudicijs per ea, quæ haben-
tur in l. si Index, ff. de minor. quia eo ip-
so, quod concluditur, læditur per renun-
ciationem. Et datur dicta restitutio,
etiam si mulier veniat, vt autrix lau-
data, vt est decis. 15. Consilij Neapol. &
non datur in vna causa, nisi bis, & pri-
ma restitutio appellatur primum bene-
ficium secunda verò dicitur secundum
beneficium, & si fuerit concessa in causa
164 principali, non datur in accessorijs;
ita de his omnibus habetur in dicta de-
cis. 15. Consilij Neapol. per Andr. de
Iser. in constit. licentiam in fine in cap.
imperialem, §. præterea si quis de pro-
hib. feud. alien. per Feder. Quid autem
si contrahat cum iuramento, dic, quod
in minore est expeditũ, quod non, vt no-
165 tant, Bart. & DD. in auth. Sacramẽ-
ta, C. si aduersus vendit. nam iuramen-
tum representat eum maiorem, unde
non potest in integrum restitui, ita ple-
nè declarat Alex. in cons. 27. & 42. in
2. volum. & Phil. Decius in cons. 31.
vol. 2. vers. sed his, vbi plus dicit, quod
minime potest petere absolutionem à iu-
ramento, & ex hoc infert Bald. in l. si
minor 25. annis omissam, ff. de minor.
166 quod si minor litigauit in iudicio per
procuratorem cum iuramento constitu-
tum, non potest petere restitui in inte-
grum si lædatur per procuratorem, ex
quo promisit cum iuramento habere
ratum, id, quod gestum erit per procu-
ratorem. In litibus tamen quando re-

stituatur notandum duco, esse obseruandam, *Reg. pragm. unicam de inst. causa non restituenda*, nempè, vt detur restitutio in terminis, in quibus causa reperitur.

Et an mulier habeat in integrum restitutionem aduersus appellationem desertam negatiuè, concludit *Giurba decis.* 18. nisi virgo, aut pauper sit, vnde nota, plus prodesse ne-
167 cessitatem paupertatis, & dignitatem virginitatis, quam sexus fragilitatem. & videmus, quod si non iuuat vnum beneficium iuuat alterum juxta illud, quę singula non prosunt multa collecta iuuant, *cap. cum dilectus 3. de success. ab intest. l. 2 ff. de excusat. tutor.* In confessionibus tamen per mulierem factis: puta fuit inquisita, & confessa est crimen, ipsi in integrum aduersus eas restitutionem competere vlla facta distinctione, quod virgo, aut vidua sit, minor; aut maior, concludit, *Foller. pract. crim. Rub. & si confitebuntur nu.* 27.

Dubium tamen est circa vxoratas, si ipsis restitutionis competat beneficium, de quo late nos in nostra lectura ordinaria in publicis Studijs diximus; & in hoc prima facie vllam dari restitutionem potest probari, dũ si illa, & ob defectum fragilitatis, & quia non habent auxiliatorem cõceditur, vt ex *Constitutione Regni obscuritatem de in integrum restitutione mulierum*, hæc cessant, dum habeat virum defensorem, cum sint vna eademq; persona, ex *tex. in l. 1. § si vir ff. ad Senat. consul. Syllan.* & alijs congestis *supra cap. 1. num.* 132. & 133.

Nihi ominus probabilior videtur esse in contrarium opinio, quæ colligitur ex verbis eiusdem et *constitutionis obscuritatem*, iuncta constitutione præcedenti, vbi restitutio mulieribus datur genericè, & indistinctè, & propterea si generalitèr loquuntur sub generali earum dispositione debent dici etiam comprehensæ mulieres coniugatæ, ad *tex. in l. 1. §. 1 ff. de leg. præstand.* & cũ lex non distinguat, nec nos distinguere debemus, vulgata *l. de pratio 10 ff. de public. in rem actione.*

Sed clarior desumitur ratio ex alia Regni Constitutione ad fauorem huius secundæ partis, *mulieribus. De restitutione mulierum*, per cuius litteram habetur: ex summa pietate, & prouidentia motum fuisse Imperatorē ad istam restitutionem, concedendam, ergo dispositio fauorabilis; si talis amplianda est, & non restringenda, vt odiosa, quæ non egreditur casum, de quo loquitur iuxta *tex. in cap. odia 15 ff. de reg. iur. in 6. & in l. cum quidam 19.* vbi *Bar. ff. de liber. & posthum.* & ita in dies obseruat nostrum Sac. Cons.

Possem alia dicere congruentia præsentis capitis discursui, scilicèt; quid agere, quidque tractare possint mulieres, sed quia multa de his dixi in *cap. 1.* ideò ne alias adducta repetam, ibi recurras.

Sequuntur Allegationes meæ circa renunciationem filiarum, & sororum.

ALLEGATIONES AVTHORIS

Argumentum.

Soror à fratre dotata si renunciat tempore nuptiarum an defuncto fratre admittatur ad successionem simul cum matre, & altera sorore non renunciante, & de qua renunciatione hoc intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Fauori suo quilibet renunciare potest.*

2 *Fratri ab intestato defuncto, qui succedant.*

3 *Quæ ab initio sunt libera, post factum sunt necessaria.*

Iuramentũ obligat ad facti obseruãtiã.

4 *Soror renuncians tempore dotis fratri dotanti non succedit, sed per matrem, & alteram sororem non renunciantem excluditur.*

5 *Renunciatio successionis facta per filiam patri in beneficium masculorum, quomodo differat à renunciatione facta fratri per sororem in beneficium eius.*

Cessante causa, cessat effectus.

6 *Renunciatio generalis in hac materia, quando dicatur.*

7 *Renunciatio facta fratri per sororem ad beneficium fratris, & eius filiorum, his deficientibus ad alios non extenditur.*

Renunciatio quando realis censenda est. & nu 8. & 9.

Pactum de non succedendo pro se, & haeredibus stipulatum, comprehendit, tã masculos, quam fœminas.

8 *Renunciatio facta ob causam receptæ dotis, renuncianti præcludit viam aliud petendi, quia videtur acquieuisse, ac si in totum successisset, secus si nulla accepta dote renunciat, & dato iuramentum interueniat, ei non nocet.*

9 *Renunciatio generalis excludit renunciãtẽ, siue ad remotiores consanguineos siue ad fiscum successio deueniat.*

Renunciatio facta per Moniales generaliter dicitur realis

10 *Argumentum de matrimonio carnale ad spirituale, & è cõuerso valet, & disposita in vno, sunt disposita in altero.*

11 *Renuncians, si in dote fuerit læsa, renunciatione non obstante, quoad caput læsionis, quæ curris vsque ad legitimæ quantitatem auditur.*

12 *Nulla probatio maior proprij oris confessione.*

13 *Mulieres ratione sexus, & non ætatis habent in integrum restitutionem, cum læduntur.*

Verba ambigua non inducunt repudiationem.

Renunciatio differt à repudiatione.

14 *Repudiatio hæreditatis, quãdo facienda, vt valeat, quod declara nu. 15.*

15 *Filia post acceptatam hæreditatem si ad fratris instantiam eam ei repudiet, repudiatione non obstante suam portionem petere poterit.*

Non videtur renunciare successioni per verba generalia iuris, quod prouenit ex pupillari substitutione.

Fauori suo quemlibet renunciare posse, non dubitamus ex sententia Pauli I. C. *in l. potest 71. ff. ad*
1 *l. Aquil. & Imp. Iust. A. Ioannis PP. in l. si quis 29. la pen. C. de pact.* vnde non est mirum, si mulieres cum nubant, renunciando bonis, & successionibus parentum, renunciatio teneat.

156 sunt, quorum contemplatione sta-
tutum filiabus succedere prohibuit,
ita *Costa de facti scien. tentur. 1. dist. 98*
num. 59. dum dictum statutum respe-
xit conseruationẽ agnationis, & sic
semper, quod illi nõ extant, fæminæ
non excluduntur, vt per *Vrsill. ad*
Matth. de Affl. decis. 202. in fin. Cumq;
hæc materia successionis, & renun-
ciationis sit valdè quotidiana, & di-
uersimodè intellecta per varios le-
gum interpetres, volui duas cupio-
sissimas allegationes, quas habui
tuæ humanitati præsẽtare amice le-
ctor, vt tui ingenij fecunditate fru-
ctus multos gustes in facti contin-
gentia, & ne digressionem vlterius
protraherem, illas inuenies positas
in fine huius 4. *cap.*

At quando mulier, vt ad nos re-
deamus est minus 25. annis, vt in
dict. l. si maior, non dum habet actio-
nem ex dolo, verum etiam, & in in-
tegrum restitutionem, secundum *gl.*
ibi lit. F. quo remedio puto succur-
ri posse, quãdo adiuit etiam hæredi-
tatem damnosam, per *Bald. in l. 1. ff.*
ad Vellean. regulariter enim omnes
157 mulieres habent hoc beneficium
restitutionis in integrum (contra
Costa. in tract. commun. Vtriusq; Iud.
regul. 15. nu. 5.) in læsionibus, dece-
ptionibus, & negotiationibus, ac
alijs quibuscunq; actionibus in pa-
ri gradu cum fisco, minore, & Eccle-
sia, secundum *Matth. de Affl. decis.*
210. in princ. & Reg. Capyc. Latro de-
cis. 91. nu. 2. ac est particularis *tit. in*
decret. digest. & C. de in integr. restitut.
quod ampliauit *Io: Baptista Bon. de*
statutar. vrb. præscr. glos. 3. de exceptis
dotibus num. 44. vt aduersus præscri-
ptionem, rerum non dotalium ad-
huc restituatur, & procedit etiam,
si restitutio petatur aduersus aliam
mulierem pariter priuilegiatam,
ad *tex. in l. final. cum glos. ff. ex quib.*
caus. maior. Mar. 6. part. sui specul. ver.
quandoq; appellatur num. 97. & 98. &
Nicol. Losaus de iure Vniuers. part. 3.
cap. 18. nu. 22. & hanc restitutionem
non, aliud esse dignoscimus, nisi
restaurationem, & repositionem, pri
uilegiorum in statum pristinum, ita
glos. in clem. vnica de in integr. restit.
col. 1. num. 60. prope litteram D. glos. in
constit. Regni humanitate de his, qui fi-
deiuss. dare poss. col. 6. num. 70. fol. 154.
Facchin. controu. iur. lib. 4. cap. 73. ad
princ. Pract. Papiens. de forma libell.
quo agitur ad restitut. in integr. num. 2.
Cepoll. lib. 2. cons. ciuil. 50. num. 11. &
datur vsq; ad quadriennium subla-
ta antiqua legis obseruantia per
quam concedebatur annus tantum,
l. final. vbi *glos. & Bal. C. de tempor.*
in integr. restit. Ibi: *super vtilium diffe-*
rẽtiam vtilis anni in integrum restitu-
tionis nostra Republica superante, san-
cimus, & in antiqua Roma, & in hac
Alma Vrbe & in Italia, & in alijs Pro-
uincijs, quadriennium continuò tan-
tummodo numerari ex die, ex quo an-
nus vtilis currebat & id tempus totius
loci esse cõmune: cap. 1. & 2. de in integ.
restit. in 6. dict. clem. vnica, vbi glos.
litt. D. glos. in cap. contingat il 3. vers.
aliquot annis de transact. Carlev. tom.
de iudic. lib. 9. tit. 3. disput. 16. num. 17.
Pract. Papiens. vbi sup. num. 7. Capyc.
decis. 109. non pro petenda; sed pro
obtinenda restitutione in integrum,
dict. clem. vnica cum sua glos. vers. si
minus. Et circa hoc sit mihi permis-
sum pro rei veritate, vti exemplis in
his iuribus adductis, nempe non
proposuit mulier iura sua in termi-
no sibi à Iudice dato, nihilq; in eo
probauit, vel cum esset condemnata
(& hoc est aliud exemplum) non
appellauit intra legitima tempora,
vel si appellauit, non fuit prosequu-
ta suam appellationem, nunc datur
tur quadriennium ad comparen-
dum, & petendum à prætore, quod
sibi tempus restituatur pro proban-
do, quod non posuit, nec probauit;
vnde patet, quadriennium non dari
ad faciendas probationes proposi-
tas tantum, sed ad illas proponen-
das,

das, quod quidèm summa memoria dignum est, concordat *tex.* vbi *Bart. in l. sed. & si* 26. §. *quoties, & l. nec non* 28. §. *si quis, ff. ex quib. ca. maio. de Affl. & addent. ad eum dec.* 157. *& addent. ad dec. Cappella Tholos.* 178. *n.* 2. contra eundèm *Castã de facti sciens. dist.* 55. *cent.* 1. *num.* 11. Sed an hoc quadriennium detur, siue restitutio pe-
159 tatur per viam actionis, uel per viam exceptionis: dum in excipiendo sunt perpetua, quæ ad agendum sũt temporalia, vide optimè *Carleu. dict. disput* 16. *nu.* 9 *&* 10.

In Regno verò nostro, vice huius in integrum restitutionis sunt introducta primum, & secundum be-
161 neficium, quæ solent nuncupari, prima, & bina restitutio, vt per *Reg. Rouit. super pragm.* 16. *de ordine indic. de Affl. decis.* 210. *num.* 1. *de Franch. dec.* 233. *in princ. Reg. Capyc. Latro decis.* 91. *num.* 4. *&* 5. *Monac. ad Minad. decis.* 15. *Ricc. collect.* 186. *Gal. lup. part.* 2. *sue prax. cap.* 3. *de* 1. *&* 2. *beneficio, seu de bina restit. in integr. & Marant. in suo spec. par.* 6. *Rub. & quãdoque appellatur, num.* 101. quibus beneficijs, si petentes non vtantur, in pœnam dilationis iudicio datæ
162 soluunt auri vnciam vnam, vt in *pragm.* 1. vbi idem *Rouit. de dilat. & pragm.* 31. quæ incipit *Quoniam de offic. S. R. C.* & conceduntur, siue causa sit modica, siue maxima, *l. scio illud* 4. vbi *glos. ver. summa. ff. de restit. in integr. glos. in cap. fin. vers. leso de in integr. restit. in* 6. *Capyc. dict. decis.* 109. *num.* 9. At in Romana Curia non esse in obseruantia, & si alibi practicentur, & in nostris Tribunalibus præcipuè, vt probauimus, testatur *Mantica decis.* 315. *num* 5. Pro complemento tamèn, scias, non esse vsu receptam in Regno distinctionem, *glos. in dict. l. si maior,* dicentis, quod si mulier minor sit anno 25. non dum aduersus deceptionem, & negotiationem habet actionem de dolo, sed in integrum quoq; restitutionẽ, vt sũdauimus, dũ mulieres, siue
163 maiores, siue minores sint, semper restituuntur, *Teste Sforzaod. de restit. integr. part.* 1. *quæst.* 10. *artic.* 6. *nu.* 37. *& Marant. allegato superius nu.* 101. cuius verba, non dum pro fide præfatorum; verum etiam pro aliarum rerum vtilitate hic transcribenda duxi, & sunt. *Decimo datur hodie in Regno restitutio mulieribus siuè maiori bus siuè minoribus, tã in iudicijs quam in contractibus, vt est constitutio, quæ incipit obscuritatem, & ibi Andr. de Isern. dicit, quod etiam post conclusionem in causa potest mulier petere restitutionem in iudicijs per ea, quæ habentur in l. si Index, ff. de minor. quia eo ipso, quod concluditur, læditur per renunciationem. Et datur dicta restitutio, etiam si mulier veniat, vt autrix laudata, vt est decis.* 15. *Consilij Neapol. & non datur in vna causa, nisi bis, & prima rest tutio appellatur primum beneficium secunda verò dicitur secundum beneficium, & si fuerit concessa in causa*
164 *principali, non datur in accessorijs; ita de his omnibus habetur in dicta decis.* 15. *Consilij Neapol. per Andr. de Iser. in constit. licentiam in fine in cap. imperialem,* §. *præterea si quis de prohib. feud. alien. per Feder. Quid autem si contrahat cum iuramento, dic, quod in minore est expeditũ, quod non, vt no-*
165 *tant, Bart. & DD. in auth. sacramẽta, C. si aduersus vendit. nam iuramentum representat eum maiorem, vnde non potest in integrum restitui, ita plenè declarat Alex. in cons.* 27. *&* 42. *in* 2. *volum. & Phil. Decius in cons.* 31. *vol.* 2. *vers. sed his, vbi plus dicit, quod minime potest petere absolutionem à iuramento, & ex hoc infert Bald. in l. si minor* 25. *annis omissam, ff. de minor.*
166 *quod si minor litigauit in iudicio per procuratorem cum iuramento constitutum, non potest petere restitui in integrum si lædatur per procuratorem, ex quo promisit eum iuramento habere ratum, id, quod gestum erit per procuratorem.* In litibus tamen quando re-

ALLEGATIONES AVTHORIS

Argumentum.

Soror à fratre dotata si renunciat tempore nuptiarum an defuncto fratre admittatur ad successionem simul cum matre, & altera sorore non renunciante, & de qua renunciatione hoc intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Fauori suo quilibet renunciare potest.*

2 *Fratri ab intestato defuncto, qui succedant.*

3 *Quæ ab initio sunt libera, post factum sunt necessaria.*

Iuramentũ obligat ad facti obseruãtiã.

4 *Soror renuncians tempore dotis fratri dotanti non succedit, sed per matrem, & alteram sororem non renunciantem excluditur.*

5 *Renunciatio successionis facta per filiam patri in beneficium masculorum, quomodo differat à renunciatione facta fratri per sororem in beneficium eius.*

Cessante causa, cessat effectus.

6 *Renunciatio generalis in hac materia, quando dicatur.*

7 *Renunciatio facta fratri per sororem ad beneficium fratris, & eius filiorum, his deficientibus ad alios non extenditur.*

Renunciatio quando realis censenda est, & nu. 8. & 9.

Pactum de non succedendo pro se, & hæredibus stipulatum, comprehendit, tã masculos, quam fœminas.

8 *Renunciatio facta ob causam receptæ dotis, renuncianti præcludit viam aliud petendi, quia videtur acquieuisse, ac si in totum successisset, secus si nulla accepta dote renunciat, & dato iuramentum interueniat, ei non nocet.*

9 *Renunciatio generalis excludit renunciãtẽ, siue ad remotiores consanguineos siue ad fiscum successio deueniat.*

Renunciatio facta per Moniales generaliter dicitur realis

10 *Argumentum de matrimonio carnale ad spirituale, & è cõuerso valet, & dispposita in vno, sunt disposita in altero.*

11 *Renuncians, si in dote fuerit læsa, renunciatione non obstante, quoad caput læsionis, qua currit vsque ad legitimæ quantitatem auditur.*

12 *Nulla probatio maior proprij oris confessione.*

13 *Mulieres ratione sexus, & non ætatis habent in integrum restitutionem, cum lædantur.*

Verba ambigua non inducunt repudiationem.

Renunciatio differt à repudiatione.

14 *Repudiatio hæreditatis, quãdo facienda, vt valeat, quod declara nu. 15.*

15 *Filia post acceptatam hæreditatem si ad fratris instantiam eam ei repudiet, repudiatione non obstante suam portionem petere poterit.*

Non videtur renunciare successioni per verba generalia iuris, quod prouenit ex pupillari substitutione.

Fauori suo quemlibet renunciare posse, non dubitamus ex sententia *Pauli I. C. in l. potest 71. ff. ad*
1 *l. Aquil. & Imp. Iust. A. Ioannis PP. in l. si quis 29. la pen. C. de pact.* vnde non est mirum, si mulieres cum nubant, renunciando bonis, & successionibus parentum, renunciatio teneat.

Hinc euenit casus, quod cum fuisset nuptui tradita Hieronyma, cum N; accepta dote de paragio,
2 & vltra paragium de bonis paternis, & maternis, non dum semel, anno 1633. de Mense Octobris, sed bis, & pluries in anno 1636. in ampla forma renunciauit promittens aliud non petere, nec succedere suo patruo, suoque fratri eam dotanti: obijt patruus, superstite fratre, qui cum inde die 23. Septembris 1643. ab intestato decessisset relictis matre, & altera sorore vxorata post præfactas renunciationes ab eodemmet fratre & penitus non renunciante; prætendit prima renunciatione non obstante succedere fraternæ hæreditati simul cum matre, & ista altera sorore, tanquam vtrinq; coniuncta, per *text. in auth. defuncto, C. ad S. Conf. Tertull.* ad quã prætensionem eruendam hæc perscrutanda adducuntur.

Habito itaq; pro vero esse in viridi obseruantia, *text. in cap. quamuis*
3 *pactum* 2. qui est in ore omnium scribentium *de pact. in 6.* dum præfata soror iurando non succedere promisit per amplas renunciationes, amplius ad succedendum non admittitur, non solum, quod iurauit, sed quia renunciauit, etenim quæ sunt à principio libera, ex post facto necessaria fiunt, *l. sicut* 5. vbi *Bald. C. de act. & oblig.* at citra maioris claritatis indagationem, in proprijs terminis docet *Parif. vol. 3. cons. 26. in princ.* & potest adduci ratio per *dec. Præs. de Franch.* 181. *n.* 3. quod iurans, ad facti obseruantiam cogitur ex vi iuramenti, vt latè in his terminis indicaui *concl.* 18. *à nu.* 20. *ad finem in meo florilegio*, quapropter omnino debet priuari ista soror ex iuratis renunciationibus fratris successione, a qua se iam ipsam exclusit, quam rationem intuendo, *Neapod. in conf. si moriatur num.* 36. quod si filia tempore nuptiarum renunciauit bonis paternis, maternis, &c. superstitibus filia, in capillo, & fratre, si decedat pater, ipsa renuncians excluditur per sororem non renunciantem: dum renunciando se ipsam exclusit à numero liberorum, ex quibus, & alijs rationibus in consimili facto, fuit conclusum apud *Dom. de Affl. decis.* 178. soro-
4 rem renunciantem, ad succedendum de cætero non admitti, dum ibi post patris obitum, dotata per fratrem sorore, & renunciante: vita deinde fratre dotatore orbato, reiecta vxorata sorore, tantùm ad successionem defuncti admitti debere sanciuit matrem, & alteram sororem, quæ non renunciauerat, quod idem comendare videntur, *Parif. eod. cons. 26. num. 36. Ricc. collect.* 30. & alij, per quos (ni fallor) cũ in terminis terminantibus nostram quæstionem loquantur, debet contra istam sororem renunciantem terminari, à successione exclusam esse, prout secus esset, quando non renunciasset, sed promisisset renunciare, nam per talem promissionem tantùm non excluditur, vt decisum refert in M.C.V. *Dom. Reg. de Marin. lib. 1. quotid. resol. cap.* 298. *à num.* 12. *ad* 5.

Et ex hoc nunc nos dignoscemus, veram esse differentiã per *DD.* positam, quando filia renunciat patri, & quando renunciat fratri, nam si à genitore nubat, eiq; renunciet in beneficium masculorum, illis prædecedentibus superuiuente patre,
5 si deinde ipse moriatur, filia, quę renunciauit bene ipsi succedit, dum cessãte causa, cessat effectus, *cap. cum cessante 60. de appel at.* si enim deficiunt fratres, quorum contemplatione renunciatum fuit, vt ex *Reg. Merlin. tom. 1. controuerf. forenf. cap.* 32. *num.* 1. filia succedit patri, ac non renunciasset, ita in specie *Vitalis de Cambanis in tract. clausularum vers. renunciatio successionum fratrum n.* 34.

& est

& est communis sententia omnium scribentium, cui se subscripsit *Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta 71. num 11. ff. de verbor. obligation. Decius consf. 31. tom. 1. colum. pen. vers. 3. Reg. Rouit consf. 42. vol. 1. num. 8. & 9. Capyc. decif. 190.* vbi *Masull. Ranchin. & Boneton. ad Guidon. Papa decif. 191. Vrsill. ad Affl. decis. 161. num. 5. Paris. dict. consf. 26. num. 22. Mar. disp. 10. post praxim posita num. 15. Ricc. coll. 859. & dict. coll. 30.* latissimè *Couarr. practic. quaest. vol. 1. ad tit. de pact. §. 3. tertiae partis sub nu. 4. vers. primum. sane, & Pater Molfes. ad consuet. Neap. tom. 1. de renunc. quaest. 2. n. 5. 6. & 7. Cassan. ad Consuetud. Burg. Rub 7. §. 12. in text du enfans numer. 10. Reg. de Ponte de Potest. Proreg. tit. 9 num. 11. de success. mulier.* hocq; procedit, dato quod filia renunciauerit cum pacto de non petendo per Aquilianam stipulationem, secundum *Rouit. consf.* 43. vel superfint aliae sorores non renunciantes; nam simul cum eis succedit, secundum *Ferrer. ad Guid. Papa allegat. dec.* 191 in medio, & *Anton. de Alex. ad consuet. sed vt mulier de filia fam nub.* vbi dicit quod soror in capillis excludit maritatam, dummodò ab intestato decedat, nam si condat testamentum, & extraneum instituat, & filius masculus defunctus sit, cuius contemplatione renũciatum fuit, adhuc exclusa est, cum post filiae renunciationem congruentèr dotatae, liberè patri libeat quemcumq; haeredem facere: ita in terminis *Dom. Reg. Capyc. Latro tom. 1. decif. 3. num. 26. 27. & seq.* Quod secus est in fratre dotante: dum quando soror ipsa renunciat, renunciat tanquam extraneo, qui non respexit commodum filiorum ex renunciatione, sed tantùm actum prohibitionis sororis de non succedendo in eius propriam vtilitatem, vnde praemoriendo, proximiores succedunt eum pura renunciatio sit citra aliquam aliam praesumptionem, quę consideratio tacitè fuit habita, nisi expsse adducta per *D. de Affl. d. decis. 161.* cum tanquam bona valde iuuet pro illa determinatione, quã confirmare poterimus, ex dictis eiusdem *Guid. Papa vbi sup. num. 4.* vbi ait in hoc casu videri renunciatum venientibus ab intestato, omninò renunciante exclusa a successione dotantis, & *Pisan. ad eandem decis. de Affl. 161.*

Quapropter si stipuletur renunciatio generalis, prout est ista pro haeredibus, & successoribus, renũciando soror, & quae spectant, & spectare ad ipsam possunt, generalitèr intelligi debet in fauorẽ quo-
6 rumcumque successorum, ex *Vinc. de Franch. decis. 181. num. 2.* per *text. in l. 1. §. generaliter de leg. praest.* & si dixerit *Ricc. ad eundem Praesidentem decis. 591.* renunciationem esse stricti iuris. Vnde ipse seruaui in quadam causa agitata in M. C. V. inter Constantiam de Iudice primo genita maritatam, & Victoriam sororem secundogenitam existente in capillis, quod stante renunciatione facta pro Constantiam ipsam, Victoriam tantùm admitti ad succedendum mortuo fratri praetendebat, quae renunciatio quamuis generalis fuisset super omnibus bonis, quę spectant, & spectare possunt &c. nihilominus in cauda legebantur haec verba, scilicet ad beneficium tantùm dicti fratris Antonij Marię suorum filiorum, & hęredum ac successorum legitimorum, & naturalium ex suo corpore descendentium tantùm, ex quibus constat renunciationem Constantiae personalem esse, & meritò defuncto fratri absq; liberis, institit succedere (quod non est in casu nostro) vnde habito hoc pro vero, per M. C. ad eius instantiam fuit ordinatum sequestrum super bonis haereditarijs & sic eum nunc diuersimodè asserta Hieronyma renunciasset, nempe simpli-

simpliciter in beneficium fratris, hæredum, & successorum, & non ad vtilitatem dotantis, & eius filiorum, quibus deficientibus, ad alios non extenditur successio, vt ait *Masull. ad Capyc. decis.* 190. *in fine*, & apertius Pater *Molf. tom.* 1. *consuet. Neap. de renunc. quæst.* 2. *nu.* 2. *&* 3. *D. Hodiern. controu forens. lib.* 1. *cap.* 7. *num.*
7 22. debemus dicere à succedendi libro abrasam esse, adducitur ratio, quia per simplicem generalem renunciationem, quæ excludit renunciantem à succedẽdo, videtur idem ac si renunciasset successioni, vnde liberi, vnde agnati, & vnde cognati, vt optimè firmat *Reg. Rouit. cons.* 43. *num.* 9. *& cons.* 42. *num.* 12. *vol.* 1. vbi concludit per hæc verba scilicèt generalia, censeri renunciationem realem, quapropter nunc dicẽdum est, præclusam esse viuam Hieronymæ renunciantis de cætero fratri succedendo, concurrentibus matre, & sorore non renunciante, vt colligitur ex eodem *Rou. cons.* 44. *num.* 8. dum ipsis ab intestato venientibus renunciatum dicitur per firma iura statuentia, quod pactum de non succedendo stipulatum pro se, & hæredibus, comprehendit omnes, tam masculos, quam fæminas, quæ ab intestato vocantur, *l. hæredis appellatione* 170 *ff. de verb. sign.* §. 1. *auth. de hæred. ab intest. ven.* Par. *vbi sup. num.* 27. qui adducit rationem *num.* 52. quod si secus comprehenderet pactum hoc, eius generalitas restingeretur, quod iure improbatur, Nota tamẽ, quod licèt præfata vera sint, nihilominus in lucro, quod filijs defertur ob trãsitum parentum ad secunda vota, filia renuncians bene succedit, quia ista lucra non sunt hæreditaria, sed filijs acquiruntur, vt filijs nõ vt heredibus, ita singulariter per *Salyc. Rolan. à Vall.* & alios concludit *Past. de Patria potest. part.* 3. *cap.* 7. *num.* 29. *fol.* 407.

Sed vlterius quærendo rei certitudinem, si vera sunt, quæ dixit *Rouit. eod. cons.* 43. *num.* 9. quod quando
8 mulier, siue filia, siue soror sit, renunciat ob causam receptæ dotis de paragio, & vltra paragium vocauitque se bene contentam, renunciatio prorsus realis est, debemus dicere istã sororem amplius succedere fratri non valere, dum bonis eius, & non personæ renunciasse dignoscitur, comprobant hoc dicta, *Peregr. de fideicomm. art.* 52. *num.* 74. *in medio*, *Paris. vbi sup. num.* 46. vbi ait quod facta refutatione ob receptam dotem videtur acquieuisse, ac si in totum successisset, magis in specie tenet *Grammat. decis.* 57. *num* 32. *& de Franch. decis.* 62. quod secus esset, si nulla dote accepta renunciatum fuisset, dato iuramentum interuenisset, quia cum citra causam facta renunciatio, renuncianti minimè præiudicaret, vt optimè fundat *Couarr. de pactis* §. 2. 3. *partis num.* 6. vnde dixit *Vrsill. ad Matth. de Affl. decis.* 161. *num.* 6. quod si fiat renunciatio generalis bonis paternis, maternis, fraternis, &c. pro aliquo dato, pura pro bonis paternis, tantum, nõ valeret renunciatio, nisi in paternis, nam in alijs fuisset renunciatio sine causa, & portat *Dec. cons.* 379. & alios.

Hocq; verbis renunciationis comprobamus, vt omnis cesset dubitatio, & intueamur donationem esse realem: etenim soror non dixit promitto amplius fratri non succedere; sed renunciauit successionibus quibuscumq; quandocũq; sibi spectantibus super bonis paternis, maternis, fraternis, ziernis, &c. præter illa, quæ ex testamento relinqui possunt, quietando fratrem per aquilianam stipulationem, vnde perfectus est actus non in vtilitatem fratris, eius personam tantùm inspiciendo, sed aliorum quorumcumq; bona à se abdicando, in quibus succedere potuisset, vlla particulari ex-

cogi-

cogitata persona, quo casu in specie docet *Scipio Theodor.* Consiliarius eruditissimus renunciationem, esse realem, *allegat. 36. num 32. & Ronit consf. 46 num. 27. vol. 1.* quem etiam videas in hac materia *in cons. 23. vol. 1. nu. 10 & sequent.* vbi loquitur tã de iure cõ nuni, quam Longobardo, tã de iure regni, quam consuetud. & concludit *d. Theodor.* quod siue successiones deueniant ad consanguineos remotiores, siue ad fiscum, est pænitùs soror renuncians à successione fratris exclusa, eumq; sequitur *Orat. Montan. contr. 9. num. 10.* ad quod, quando renunciatio realis, vel personalis sit, non immeritò poterit videri, *text. in l. iurisgentium 7. §. pactorum ff. de pact.*

9

Nec poterit obijci, prædicta esse vera de filia moniali renunciante, prout loquitur *Rouit.* & alij adducti DD. quę renunciando tempore ingressus videtur, prorsus carere animo succedendi, & renunciatio ab ea prorsus realis dicitur, per *Pres. de Franch. decis. 375. num. 2.* vbi plures allegat, quia nulla potest diuersitatis ratio assignari in vno, quã in altero casu cum indifferentèr validum sit argumentum de matrimonio carnale, ad spirituale, & conuerso, & dispositia circa vnum, quoad alterum attenduntur, secundum *tex. in cap. 2. de transl. Episc. cum inter Canonicos 21. §. dis. vestra de elect. & electi potest. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 189. à n. 89. ad 91. & Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 23. num. 4.*

10

His consideratis etiam per partis aduersæ aduocatum, quasi se succumbere confitendo, ex alio capite dixit, istam sororem renunciantem fuisse lęsam in dote, & proinde renunciatione non obstante, quoad quantitatem læsionis succedit, obtenta iuramenti absolutione ad periurij pænam euadendam, vt ipsemet dixi *ead. concl. 18. num. 23.* quæ successio concurrit saltem vsq; ad legitimæ quantitatem, vt videtur sentire idem *Paris. cons. eod. citato 26. num. 76.* & est communis opinio ex *Boer. decis. 3. num. 9.* sequitur *Camill. Saler. ad consuet. si moriatur de successon. ab intest. lit. D fol. 87. Couar dict. tit. de pact §. 4. 3. partis num 5. & lib. 2. var. resol. cap. 4. nu. 5. Rob Mar. disput. 10. nu. 42. & Matth. de Afft. decis. 178. num. 3.* vnde contra respondemus, haud læsionem vllam dari posse, dùm iam verum confitetur vocando se bene contentam, & dotatam de paragio, & vltra, vt cæteræ suæ sorores patrueles ante a dotatę pro pari inueniendo viro, & sumus in probatis tali modo aduersus eius prætensionem, qua maiori probatione proprij oris confessione non indigemus, per *tex. in cap. at si Clerici 4.* vbi *Abb. Sicul. de iudic. l. fin. C. de fideiussor.* hæcq; cum quæstio facti sit non retardata decisione iuris meri articuli, poterit reseruari huius ostij ingressus post factas debitas probationes ad eam audiendam super læsione petita, dum nil commune habet supplementum, ob lęsionem cum exclusione ab hæreditate ob renũciationem. At quoniam non poterat ad finem optatum admissionis de plano deuenire: immò dignoscebat malam fouere causam, prauã sororum gratia apposuit; debere quoq; excludi alteram sororem non renuncianté, dum fratris defuncti hæreditatem repudiauit, per quandam libellum in actis præsentatum, qui hoc tantùm continebat. Assentit, matrem declarari hæredem eius filij, saluis iuribus, quæ sibi spectant, & spectare possunt super dicta hæreditate; vnde nõ dicitur repudiare, qui suas saluat rationes, sed fuit tantùm actus complacentiæ, erga matrem, dum simul habitantes in hoc ei cõplacuit, vt eidem declarata hæres, per ipsam filiam impediebatur, eratq;

11

12

crarq; istud ei eximium crucium, quæ declaratio, siue contentamenrum, quando repudiationis vim haberet, nec minus valeret tanquam factum absente viro citra eius consensum, & si sustineretur, nullius nec minus erit præiudicij: dum aduersus hoc ratione sexus fragilitatis habet restitutionem, vt in terminis docet *Bart. in l. sicut maior num. 2. C. de repud. vel abstin. hæred.* quam restitutionem ratione sexus, & non ætatis, vt fragilitati succuratur concedi debere quandocumq; mulier sit læsa sanciuit *Const. Federici obscuritatem de in integ. rest.* vbi *glos. vers. item succurritur, & D. de Affl. num. 5.* qui in hoc proprio casu loquitur, *& Mar. de appellat. num. 101.* vnde tantò magis hoc iuuatur beneficio, dum non constat repudiasse, & *Ias. in l. si quis suus num. 3.* in medio ait, *C. de repud. hæred.* quod verba ambigua non inducunt repudiationem, quæ an ita sint in præsentiarum, ex te poteris intueri superius hac animaduersione, quod quando disceptatur de repudiatione, vel renunciatione, cum vna ab altera differat, secundum *Molfes. tit. ad consuet. Neap de renunc cap. 6. num. 7. & seq. & Reg. Merlin. dict. cap. 32. nu. 12.* debet attendi pro eius validitate, quod pure sit concepta per amplissima verba, & stipulata per promissiones de vlterius non petendo, vtroque loquente. s. repudiante, & repudiatario (quo vocabulo sit mihi fas vti) quia cum habeat vim pacti, vtriusq; consensus requiritur, & hoc modo repudians (prout repudiandum erat à filia ista, ex eo quia aderat mater in cuius beneficiū repudiabatur, quæ debebat interuenire, & præsentialiter acceptare repudiationem) exijt à limine, quidquam in futurum petendi, secundum optimam theoricam præcitati, *Molfes. vbi sup. num. 31.* quod confirmatur ex dictis addentium ad *Bart. in dict. l. sicut maior*, in consimilibus, terminis, quod si filia adierit, vel se imiscuerit in hereditate patris, & ad instantiam fratris repudiauerit, repudiatio non tenet eaq; non obstante portionem suam à fratre auocare valebit, nulla facta mensione an sollemnis, vel imperfecta renunciatio fuerit, vt diximus, quod ego tunc essentiale censeo, quando repudiatio fit ad alicuius contemplationem in suum proprium commodum, quæ potius iurium cessio nominanda est, vt nunc dicere possemus, quod filia ista matri cessit rationes, vt se ipsam hæredem declarari facere maluisset, & propterea pro eius validitate erat seruanda forma superius tradita per *Molf vbi sup.* secus quando quis simpliciter putans hereditatem esse damnosā, noles acceptare repudiat, quia tunc aliquid aliud inspiciendum non est, nisi repudiationis actus in abstracto, vt venientes ab intestato vsq; ad 10. gradum dato interim curarore hæreditati iacenti, vel fiscus ad adeundum deliberationem capere possint, quod memoriæ mādā, cum nō sit mala declaratio ista. Introducta causa in M.C.V. fuit dictum interponi decretum præambuli defuncti ab intestato pro tertia parte in personam matris pro alia tertia parte in personam Hieronymæ (quæ renunciauerat) & pro alia tertia parte alterius sororis pendente expeditione causæ fiat sequestrum, vnde habuerunt renunciationem pro nulla, & repudiationem pro valida Actuario de Abbenante.

13 tis, vt fragilitati succuratur

14 pulata per promissiones

15 Bart. in dict. l. sicut maior

A quo decreto cum fuissent appellarum ad S. R. C. me patrocinante cum assistentia Domini mei Iulij Caraccioli Aduocati Solertissimi recolendæ memoriæ sub die 19. Octobris, Domini de Rota dixerunt, manuteneri matrem, & quatenus opus sit, immitti in possessionem bonorum hæreditatis filij, & respe-

ctu

ctu portionum, quæ prætenduntur spectare ad sorores, fiat sequestrum & sic fuit ablata tertia pars in qua fuerat soror renuncians declarata hęres: quia suam pro vera renunciationem habuere, post quod decretum cupiens ista Hieronyma ad inuicem absq; lite se cócordare altera soror suffulta huius iustitiæ meritis ad concordiam renuit deuenire, & cum decessisset isto medio tempore renuncians ipsa soror, & si plures reliquisset filios, amplius non fuit lis prosecuta, sed inter ipsas partes se concordauerunt. De reliquis postmodum materiam istã renunciationis tangentium adeas plenissimè præceptorem meum Solertissimum *Io: Dom. Coscia*, qui multa dixit in quadam causa, in qua ipse habebat certum interesse, & nescio si affectione litis distractus aliqua singularia adduxisset, *Miscellan. resol. 4. 5. 6. & 7. à fol. 54. ad 77.* & ante *Decis. Boer. 184. num. 1. & per tot. Bald. cons. 437. vol. 1. Viscont. in suis conclus. decision. verbo filia vel soror, fol. 94. & Ias. in l. duo fratres nu. 63. & 71. ff. de verb obligat.* vbi dicit, quod si filia per verba generalia remisisset óne, quod haberet, & posset spectare non intelligitur remissum ius succedendi ex substitutione pupillari, quia illud sibi prouenit ex persona pupilli, quod nõ comprehenditur sub renunciatione bonorum paternorum, maternorum, auiernorum, fraternorum, &c.



ALLEGATIONES D. CONSILIARII ERASMI DE PONTE

Cum in S.R.C. Aduocationis munere fungeretur ꝓ I.V.D. Hieronymo, & Primicerio Antonio Molignano nepotibus ex sorore præmortua, contra Io: Baptistam Gentile, super possessionis immissione bonorum communis annuculi eius fratris respectiuè.

IESVS MARIA IOSEPH.

Vita functo ab intestato Primicerio Ioanne Francisco Gentile, superstitibus Io: Baptista fratre vtrinq; coniuncto, & V.I.D. Hieronymo, & Primicerio Antonio Molignano nepotibus ex quondam Laura Gentile præmortua sorore vtrinque coniuncta eiusdem defuncti; cum ambo contenderent, iuxta *l. praescriptum, in §. si igitur, vers. si autem Authen. de haeredib. ab intestat. collat. 9.* ad successionem venire, si non in capita, saltim in stirpes, præuia decreti præambuli interpositione, interlocutorio domi Iudicis M. C. dato termino in causa nepotes ex prædefuncta sorore, à petita immissione fuerunt exclusi; quin magis, & ordinatum sequestrum bonorum, quoad capitalia quondam V. I. D. Francisci Molignani eorum patris, pro obseruantia promissæ renunciationis per eum fieri promissæ à præfata Laura coniuge, & matre respectiuè, tempore contracti matrimonij. A quo decreto, sentientes nepotes de Molignano nimis grauati, obtinuerunt supplicationem, de verbo faciendo in S.C in aula Reg. Consiliarij Gamboa, iuxta ordinem Spectabilis Præsidis in cōtradictorio partium emanatum; tuto àc iure sperantes moderationem decreti in ipsorum fauorem, iuxta *verba in auth. supra citata. Si autem defuncto fratres fuerint, & alterius fratris, aut sororis praemortuorum filij, vocabuntur ad haereditatem isti.*

Nam licèt olim, apud DD. ingens, & ardua controuersia fuerit, an nepotes ex sorore præmortua (quæ tamen dote contenta renunciauerat) cum matertera, vel auunculo concurrere possent ad successionē ascēdentium, vel collateralium. Hodie tamen, nimis clara, àc ferè, extra controuersiam posita est, ne dùm propter receptas DD & præsertim pragmaticorum, & nostratum traditiones; verum etiam ob innumera, àc penè infinita rerum iudicatarum exempla; tum apud exteros, tum etiam apud nostros Supremos Magistratus, de quibus apud *Fontanellam claus. 9. Glos. vnic. part. 1. nu. 52. & 60. in fine*, vbi fatetur, & si contra ipsius votum, illam apud omnes mundi DD. & apud vniuersa Tribunalia obtinuisse, sub hac tamen conditione, siue modificatione ad conciliandas contrarietates, quod nepotes in successione, cum alijs conferant datum pro dote, siue aliter ipsorum matri renuncianti, iuxta decisiones illius Senatus, per eūdem

dem relatas locis supra cit. per *Senatum Sabaudiæ apud Antonium Fabrum*, nimis doctè, & eleganter *de more differentem def. 1. & 14. in tit. de pactis*, per Senatum Cathaloniæ, *apud Cancer. variar. resol. tit. de renunt. num. 62. tom. 3.* vbi præ cæteris citat *Peregrin. de fideicomm. art. 52. num. 92. & 93. & Fabrum loco supra citato*, per Senatum Pedemontanum *teste Thesauro iun. quæst. forens. quæst. 90. num. 3. in fine*, vbi testatur, fauore nepotum illum Senatum semper iudicasse, adest & alia decisio eiusdem Senatus, apud *Thesaurum seniorem dec. 138. in fine.*

Apud nostrates autèm primo, ter iudicatum, refert *Io: Angelus Pisanellus in addit ad consuet. si moriatur in tit. de succession. ab intestat. in verbo, Bart. in l. qui superstitis, fol. 89. & 90.* & si contra Neapodani sententiam, vt rectè aduertit de Pōte *cons. 40. n. 6.* dicens contra *Napod.* passim iudicatum, quas decisiones referre non omisit, *Doctiss. Hartm. Pistor. & si alienigena lib. 4. q iuris, quæst. 4. nu. 4. circa medium lit. D.* concludens sententiam hanc communiorem, & veriorem, esse. In eandem sententiam fuisse Sac. Conf. Anno 1528. testatur *Freccia in ead consuetud. in vers. vide*, & in Anno 1564. ita quoque dec. sum refert per eundem Senatum, *Camillus Salernus in addit ad consuet si qua mulier num. 51. vers. ad istud*, quas decisiones allegat quoque *Molfes. in tit. de renunciat. quæst. 5. num. 2.* relatus cum alijs *à Marchione Torelli decis. 41. S. C. nu. 2. infra citandus*, sic bis quoque deci- sum testatur *Io: Thomas Minadous in repet. constit. Regni in aliquibus in 3. notab. num. 11. fol. mihi 98.* in causa Nobilium de Iesualdo, & in causa hæredum D. Clementis Gattulæ.

Et magis in puncto casus nostri per Sac. Consilium, quod filij renunciantes, non excludantur à successione patris auunculi, vel materteræ, in bonis sitis extra districtum, apud *Præsid. de Franch. decis. 67.* qui ter, quater, & quinquies, pro eadem opinione, in fauorem nepotum sententiam prodijsse refert, & eleganter recenset, *Morot. cons. 22. num. 8.* concludens hanc esse veriorem, & communiorem, optimis rationibus suffultam, quidquid ab ijs incautè dixerint in contrarium, eamdenque sententiam, locupletissimè iuribus rationibus, & authoribus rerumque iudicatarum exemplis, comprobat *Reg. Rouit. cons. 23. 24. 25. & 26.* secundum quam semper fuisse iudicatum in nostro Supremo Senatu testatur, concludens *cit. num. 26. circa medium*, stantibus tot continuatis decisionibus, non posse amplius hanc opinionem controuerti in S. C. ex quo transiuit in stylum, ex iuribus, & Authoribus, quos allegat videdus, alia solemnis decisio apud *Vtuium num. 111. per totum*, sic alias in Audientia Capitanatæ Apuleæ, Anno 1584 fuisse decisum attestantem. Eidemque sententiæ attridet *Ill. Præsid. S. C. Marchio Ramontis con. trou. 11. tom. 1.* & secundum illam suis temporibus, iudicatum quoque refert *Reg. Consil. Prouensalis optimus consuetudnis ista obseru. 25. num. 19.* in causa Baronis Casalis noui Vincētij Comi, & fratrum eum Scipione Philamarino, generaliter inferens, cessare exclusionem descēdentium, siuè ascendentium eorum, qui renunciarunt, præmortuis renunciantibus, ex decisis apud *Præs. de Franchis dec. sæpius cit. 67. Consil Theodor. allegat. 1. num. 22. & 25.* & per *Guttier. lib. 5. pract. quæst. 29.* & sic debere intelligi, quę in isto articulo scribit *Consil. de Giorg. alleg. 23. num. 41.* eamdemque sententiam vti absolutissimam tenet *peritissimus Reg. Donat. Ant. de Marin. lib. 1. quotid. resol. cap. 192. num. 15. & 16.* vbi præ cæteris recenset solemnè responsum Parthenij Petagna Aduocati cele-

berrimi, impræsso per *Thorum in 2. par. sui temp. in verb. succedere an debeant nepotes*, sic iudicatum referentis in illa, & in alia causa, per doctissimos, ac dignissimos Consiliarios in renunciationibus, etiam secundum morem Capuanæ, & Nidi.

Ac tādem omissis alijs pro coronide non omictenda, solemnis, ac sinodalis decisio S. C. ad casum nostrum Ill. Marchionis Torellę Domini mei, in proprijs terminis summariæ immissionis, siuè decreti præambuli interpositionis ad beneficium nepotum ex sorore præmortua concurrentium cum fratribus, & sororibus vtrinque coniunctis in successione quond. Cl. iunioris Iacobi Cicala mortui ab intestato, ipsorum auunculi, cōfirmans decretum M. C. V. quoad terminum, illud verò expressè reformans quoad immissionem denegatam præfatis nepotibus, iuxta aliam solemnem decisionem eiusdem S. C. iunctis classibus ab eodem *Marchione* congestam 4. *in ordine*. quæ solæ sufficerent ad causæ victoriam obtinendam, quibus nouissimè alias addit doctus, ac laboriosus *V. I. D. Michael Angel. Gizz. in addit. ad easdem decis. 4. & 41. Marchionis Torellæ* in casibus fortioribus.

Adeo, vt dicere iurè valeamus. Huiusmodi sententiam, & si alias nimis dubiam, nodosam, vel cōtrouersam, hodie tamen ob tot, tantaq; rerum iudicatarum exēpla, præsertim nostri Supremi, ac Sacri Senatus in legem, siuè stylum iudicandi prodijsse, ac pro tali seruanda, ad tradita per *Aff. decis. 96. & 190. & Præsid. de Franch. decis. 590. nu. 5.* cæterosque *pragmaticos* in locis vulgaribus, quo arguendi, siue decidendi genere in propria controuersia, vtitur idem *Præsid. de Franch. cit. decis. 67. num. 8. in illis verbis*: *Et quando causa esset dubia, quæ secundum eam S. C. indicauerat*, prout in fine præuia matura discussione, sic quoque pro actore iudicatum refert, vti quoq; idem *Præsid.* confirmat *in decis. 171.* in subiecta materia ferè loquendo, & *Reg. Rouit loc. sup. cit.* & passim alij.

Huius igitur communis, veræ, ac receptissimæ sententiæ illæ apud omnes circumferuntur rationes, quod renunciatio facta per matrem, & si tam pro se, quam suis hæredibus, tacitam, & intrinsecam in se contineat conditionem; nimirum si hæreditas parentum, vel transuersalis renunciata, ipsi renūcianti deferatur, alioquin frustranea sit renūciatio, & ꝑ nō facta habeatur, si hęreditas ad renunciantē nō deuoluatur, imò si expressè absq; subauditi intellectus ope renunciatio (vtpotè in casu nostro) communiter fit.

Hæreditatum deuolutarum, vel deuoluendarum ipsimet renuncianti, & hoc obseruari promittitur pro se, & hæredibus, vt optimè obseruat idem *Præsid. de Franch. cit. decis. 67. num. 7.* Renunciante pręmortua, vtpotè defecta jam conditione quoad viuentium successiones, pro non facta renunciatio habetur, & potius morte, quam renunciatione excluditur mater, & illius filij, & si alioquin matris hæredes iure cum auunculo, vel matertera concurrunt, matris gradum iure proprio ex legis beneficio ræpresentantes, confirmando se potius maternæ voluntati, quam aduersando, quę non purè, sed conditionaliter renunciauit vti præ cæteris elegantèr differit, *Robles loc. cit. num. 65. Hartm. Vistor. lib. 4. q. 4. num. 3. cum seq.* non magis in successione ascendentium, quam transuersalium exploso inter hos discrimine, vti elegantèr, ac doctè ex *Fabro cit. defin. 1. & 14. ex Franch. Minad. Merot. Crauett. de Georg. Couarr. Molina, Tiraquell. Marta, Maranta, Amata, Visconte, Anton. Gabr. lib. 3. tit. de iure dotium con. l. 1. nu. 47.* & innumeris alijs in locis per eundem

dem allegatis, aduertit idem *Marchio Torella cit. decis. 41. num. 19.* contra *Thesaur. cit. q. 90.*

Nihilque obstare nepotibus maternam renunciationem, cum pro non facta habeatur, & ideò sicut admitterentur filij, quando mater non renunciasset, ita debent admitti resoluta renũciatione, & ea ad nihilum redacta, siuè sint hæredes matris, vel non, siuè simpliciter renunciasset pro se, vel etiam pro hæredibus, pro illisq; euictionem promiserit, vt eleganter differit *Morot. cit. cons. 22. nu. 5. 6. 7. & 8. Robl. Pistorius*, cæteriq; alij materiam tractãtes, cum non entis nullæ sint qualitates, omnesquè eius effectus euanuerint, ac funditùs ruerint, nam resoluto actu, equè resoluti censentur omnes effectus ab eo procedentes, perindè ac si nunquam factus fuisset, quin magis filij ex propria persona, ac legis beneficio iure proprio ipsis tributo gradum, maternum subingrediantur, eiusque locum præcapiant, vt pares se reddant cum alijs ad successionem concurrentibus, & succedant in locum matris per priuationem, illiusque mortem, non autem per transmissionem, vt notant præcitati Authores, iuxta celebre dictum *Bart. in l. qui superstitis, ff. de acquir. hæredit.* ab omnibus communiter approbatum, quod eleganter exornat *Robl. loco cit. num. 65. cum seq.* & melius *num. 99. Morot. cit. cons. 22. Hart. Pistor. cit. quæst. 4. lib. 4. nu. 3. cum seq.* omnesq; alii præter *Ludou. Roman. in eadem l. qui superstitis*, què insequutus fuit *Dec. cons. 181. Alex. Rub. Bellanus, Cassan. cons. 47.* cum nonnulliis aliis, quos recenset *Præs. cit. decis. 67.* cæterique alij de materia differentes, ad quos me remitto, nè aliena transcribam.

Sed, vt magis hanc sententiæ veritatem obeamus, eiusque ratio elucescat, operæ pretium erit per contraria transire, ex quibus firmior, ac validior extra dubitandi aleam in casu nostro illa reddetur. Obijciunt enim primo filios vti matris hæredes illius factum, siue renunciationem impugnare nullatenùs posse, etiam in re propria, ad *text.* vulgatum *l. cum à matre, C. de rei vindic.* eò fortius, si illius gradum, locum vel personam subingredi vel repræsentare habeant, adhoc vt cum auunculis, vel materteris, qui eos præcedunt, concurrere valeant in successione, non magis ascendentium quam transuersalium.

Secundò, & aptiùs opponunt. Filiam siue sororem, & matrem respectiuè, quippè quæ dote contenta legitimę successioni renunciauerit, non magis renunciatione, quam successione, siue quietatione, vel satisfactione exclusam fore, & consequenter omnes eius filios, siue descendẽtes, ad quos dos illa vice successionis peruenerit, vtpotè ex linea, quę iam succedit, deriuantes, excludi debere, alioquin esset permittere, vt duæ legitimæ ex eadem hæreditate detraherentur, & vnius loco duo portiones sumerentur contra omnem bonam fidem, & æqualitatem, adeo inter liberos, & descendentes commendatam, & hoc fuit potissimum fundamentum opinionis in contrarium, *Lodou. Rom. in l. qui superstitis ff de acq. hæred.* quę sequutus fuit *Dec. cit. cons. 181. Rub. cons. 42. nu. 6. Cass. cons. 47.* cum nonnullis alijs, vti præ cæteris recenset *Couarr. in c. quamuis pactum 5. relect. §. 2. vers. non me latet, nu. 4.* & arguit *Fontan. loco sup. cit. Robl. de repres. lib. 2. c. 16. nu. 25.* vbi tamen loquitur in filia, quæ suprauixit patri renũciatatio, idem argumentum repetens, si ante patrem decesserit, *nu. 34. vsq. ad 37. & 43. Canc. cit. c. 15. de renunc. n. 47. Molin. de ritu nupt lib. 3. q. 84. nu. 5. & seq. Hart. Pist. cit. q. 4. lib. 4. nu. 4. cum seq.* cæterique alij, præsertim contrariæ opinionis, quippè in hac ratione ma-

magnum constituunt fundamentũ.

Tertiò & validiùs arguunt, nepotes ex filia fæmina vti descendentes ex radice infecta, imo ex stipite successionis excisso, non tam vi dotationis, & renunciationis, quam statuti fæminas propter masculos ad conseruãdam agnationem excludentis, ipsos quoq; à successione ascendentium, siuè transuersalium repelli debere, eadem militante ratione in nepotibus, quæ in filia, imò maiori, cum adhuc filia sit de agnatione paterna & si finis illius, secus verò eius filij, vt arguendo pro contraria diffe: ũt *Robl. loc. cit. nu. 42. cum seq. Molin. de rit. nupt. lib. 3. q. 84. nu. 1. cum seq.* ac perbellè resumit eruditiss. *Consil. Theod. alleg. 1. nu. 77.*

Quoad primum attinet obiectum qualitatis hæreditariæ, & representationis in locum matris renũciantis satis sup. ex rationibus decedendi fuit illud dilutum, ac penitus solutum, tum ex tacita conditione insita in renunciatione, nimirum quatenus hæreditas renunciata matri renuncianti deuolueretur, tum etiam, quia filij subintrant locum matris iure proprio legis beneficio sibi ipsis tributo, per priuationem matris, siue potius mortem, quam renunciationem, non autem per transmissionẽ, vt rectè concludunt omnes Authores supracitati, cæteriq; per eosdem cumulatissimè per integras columnas collecti, ad quos me remitto, nè aliena transcribam; Et præsertim indubitanter in casu nostro, in quo renũciatio non fuit concepta, seu principaliter quoq; promissa pro filijs, siuè hæredibus, sed post factam à matre renunciationem, ad illius obseruantiam in exequutiuis, obligauit se, & suos hæredes, & bona omnia, quæ verba nullam prorsus vim constituunt, neq; dispositiuam alterant, ad tradita signãter per doctiss. *Arias de Mesa lib. 3. var. c. 50. nu. 31.* Imò etiam si pro hæredibus in dispositiuis renunciatio facta foret nihil nepotibus ex propria persona venientibus obstaret, iuxta receptã, & communem sentẽtiam, quam ipsemet *Thes. lib. 2. q. 90.* vel inuitus probare cogitur *nu. 11. & 15.* euidẽti quidem ratione, quoniam mater præcisè, & signanter renũciauit hæreditatibus sibi deuolutis, vel deuoluendis, hanc renunciationem hæredes seruare tenentur; nullatenus igitur contraueniunt facto materno, si iure petunt hæreditates sibi ipsis, non matri deuolutas, vt optimè aduertunt *Præs. de Franch. cit. dec. 67. Ill. March. Torell. dec. 4. & 41.* cæteriq; à nobis supra adducti.

Quoad secundum obiectum de dotis receptione tempore renunciationis initę, quasi quod effectum præmaturæ successionis, illa præseferat, vt meritò ad seruandam æqualitatem, tollendamq; iniquitatem, ad iterato succedendum filiam, eoq; magis eius filios repellat, illud quidem facili negotio ac sine ferè controuersia in casu nostro diluitur, quippe nõ agitur de successione aui, siue patris respectiuè, à quo filia fuit dotata, sed de successione fratris, siuè auunculi respectiuè, à quo renuncians nihil recipit, & licet fortitan bona ad fratrem peruenta originaliter sint paterna, parum, aut nil refert, cum non amplius talia dicantur, ad iura vulg. *in l. sed si plures, §. si filia ff. de vulg. & pup. & in l. 1. §. veteres ff. de acq. poss.* iuxta Sinodalem decisionẽ nostri Supremi Senatus apud *Præs. de Franch. dec. 171.* & repetit idem *Præs.* alia *dec. 307. num. 4. & 5.* quas laudat, & alias addit *Fontanell. loc. supracit. nu. 76.* præter alias supra relatas, præsertim apud *Ill. Marchio. Torella d. dec. 4. & 41.* Et licet nõ me lateat vnicam dotationem sufficere, id locum habet in bonis sitis in districtu huius Ciuitatis secùs extra districtum, iuxta supra cit. *dec. 171. apud Franch. & Affl. decis. 87. ibi in*

3. du-

3. *dubio* vti singulariter aduertit *Minado. in citata Cōstitut. in aliquibus, 3. notab. nu. 11. & 22.* videndus, & optimè distinguendo obseruat *Conf. Anna conf. 45. nu. 73. & seq.* videndus, & non sine dubio etiam in bonis intra districtum, in quibus viget consuetudo concludens *nu. 78.* in bonis extra districtum non subiectis consuetudini, omnem prorsus cessare dubitationem, comprobat merificè *Reg. Ronit. conf. nu. 8. vol. 1.* expressè firmans dotationem factam à patre excludere filiam à successione paterna, secus verò à successione fratris, à quo non fuit soror dotata.

Quin magis etiam si ageretur de successione aui, vel aliorum, de cuius bonis mater renuncians fuisse dotata, verior, & receptior est opinio à nobis supra firmata, torq; rerum iudicatarum exemplis comprobata, etiàm apud Authores supracitatos; qui licet pro cōtraria arguerint, veritatis indagandæ magis causa nostram tamen firmarunt sententiam, vt est videre eundem *Cancer. loc. supracit.* quem sequitur *Robl. nu. 103. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 84. nu. 10. cum seq. Molfes. loc. cit. de renunc. q. 1. nu 6. Couarr. in cit. c. quamuis pactum, 3. relect. §. 20. vers. non me latet, Morèt. cit. conf. 22. Hart. Pistor. cit. q. 4. lib. 4. nu. 3. cum seq. Reg. Conf. de Georgio,* & si contrariam insecutus fuerit sēntentiam *alleg. 20.* secundum nostram tamen bis per S.C. fuisse decisum, vel inuitus fatetur *n. 33. & 34.* Omnesq; alij in decisionibus citatis locupletissime congesti, ratione qua supra, nimirum, quia dotatio non facit, quominus renunciatio dicatur conditionalis, & illa defecta, filij veniant, non vti matris hæredes, sed ex propria persona. Neq; matris factum, siuè dotis receptio in vim prǽmaturæ successionis tollere potest, ius filijs ex propria persona legis beneficio immediatè competēs ob matris præobitum, quæ nullum ius formatum in vita patris habuit in eius bonis, vt perinde filij, siuè nepotes respectiuè per priuationē, siuè matris præmortem, non autem transmissionem succedere in bonis aui, proprio iure legis beneficio dicantur, vt præcæteris dixerunt *Robles loc. supracit. Cancer. in cit. tit. de renunc. c. 5. nu. 50. cum seq. Marant. disp. 10. Couarr. Molin. Pistor. alleg. q. 4. lib. 4 per totum,* vbi neruosè, ac doctè hanc tuetur sententiam, cæterique allegati per *Marchio. Torellæ cit. dec. 4. & 41.* & ad summum ad aliud nepotes non tenerentur, nisi dotem maternam conferre cum auunculis, iuxta singulares decisiones Senatus Cathaloniæ, quas recenset *Fontanell. loc. supracit. nu. 63 & 64.* contrarias inter se conciliando sententias *Molfes. loc. supracit. nu. 34.* vbi pro nepotibus semper decisum per Sac. Consil. refert, & tandem sibi contrarius profert hæc verba: *licet satis sit, quod conferant illam portionem, quam mater habuit,* vti quoque annuere videtur, & non sine hæsitatione, *Pistor. loc. cit. nu. 6.* eandemque sententiam tuetur *Consil. de Georg.* etiam in linea transuersali per rationem æqualitatis seruandæ, & iniquitatis vitandæ, sicq; per Sac. Consil. iudicatum referens *alleg. 29. nu. 4. 10. & 11.* Sola enim dotatio absque renunciatione non est sufficiens ad exclusionem, sed ad collationem tantum, ad tradita per Authores supra cit. in casu nostro vtrūque deficit.

Exinde concidit, ac funditus ruit tertium argumentum de identitate rationis exclusiuè fauore agnationis militante magis in nepotibus, quam in filia, etiam in vim statuti, siuè Cōstit. Regni fœminas propter masculos excludentis, quandoquidem statutum, & si alioquin fauorabile masculis, siuè agnatis, vti tamen odiosum cognationi, siuè fœminis, ac contra iuris communis dispositionem,

nem, a[d] *tex. in l. maximum vitium, C. de liber. Præter. & l. lege 12. tabularum, C de legit. hæred.* in suo tantùm casu debet intelligi, & seruari, nimirum quandò agitur de successione patris, vèl etiam matris, iuxta prudentum interpretationem relatam per *Præsid. de Franch. cit. decis.* 171. *& Affl. dec.* 187. secùs verò quādo agitur de successione fratrum, cœterorumquè transuersalium, etiā si bona ad fratrem à patre peruenerint vti repetit idem *Præses* alia *dec.* 302. & nouissimè comprobat *Donat Ant. de Marin. resol.* 210. *tom.* 2. alias *decisiones* cumulat *Fontanell. loc. supracit. nu.* 63. *&* 64. vt meritò ratio conseruandæ agnationis in statuto contenta, non sit extendenda vltra casum tacitè, vel expresè in ipso comprehensum, vti præter nostrates optimè aduertit *Robl. loc. cit. nu.* 101. satisfaciendo argumentis in contrarium per ipsummet traditis *num.* 42.

Quod tamèn intelligendum est in successione bonorum extra districtum, vtpotè in casu nostro, secùs verò in bonis intra districtum, in quibus indistinctè propter vnicam dotationem per consuetudinem prudentumq; interpretationem admittitur exclusio, tam respectu successionis ascendētium, quam transuersalium eiusdem tamen lineæ, iuxta *decis. Præsid.* 87. & apprimè distinguendo obseruat *Minado. loc. supracit.* sic decisum referens in bonis extra districtum, contrarium sentiens in bonis intra districtum, in quibus viget consuetudo huius Ciuitatis, inter cuius limites se continet *Reg. Consil. Theodor. cit. allegat.* 1. *nu.* 77. *cum sequent.* expresè se fundans in pacto, siuè conuentione contrahentium à consuetudine informata, adeo vt vigore illius pacto se extendere valeat in bonis extra districtum, vti eleganter de more is disserit in tota allegatione, loquendo in Ciuibus Neapolitanis, qui expresè contraxerunt secūdum morem Capuanæ, & Nidi; in casu autèm nostro, in quo agitur de bonis extra districtum, & partes omnes sunt exteræ, neque huic nostræ Consuetudini subiecerunt, omnis prorsus cessat controuersia, eo magis tot & tantis concurrentibus rerum iudicatarum exemplis, quæ sola allegari sufficeret, præsertim in puncto summariæ immissionis, iuxta Sinodalem sæpè cit. *decis. S.C.* 41. apud *Ill. Marchion. Torella* Dominum meum, adeò vt non liceat nobis easdem controuersias aggredi, quę certam iam receperunt diffinitionem, vti ex *Affl. supracit. decis.* 190. *&* 135. *& Præsid. de Franch. cit. decis.* 238. *Reg. Rouit. in cons.* 23. *nu.* 26. monet idem *Consil. Theodor. cit. alleg.* 1. *nu.* 32. *& seq.* Hæc occurrunt sub rectiori semper iudicio Supremi Senatus.

Erasmus de Ponte

DE

DE PRIVILEGIIS MVLIERVM CIRCA BONA

SVMMARIVM.

1 *Nomen bonorum est genericum, sicut nomen pecuniæ. sed in stricta significatu potest dupliciter considerari secundum naturalem, & secundum ciuilem significationem vt num seq.*

2 *Bona dicuntur, quia beatum faciunt hominem in mundo.*
Diuitiæ faciunt plebeum nobilem.

3 *Bona dotalia sunt in alienabilia, exceptis tantum nonnullis casibus.*
Non possunt nec minus pignorari, sed benè permutari, vt vt nu. 4. & 5.
Pignus est species alienationis.

4 *Bona dotalia præscribi non possunt.*

5 *Dotis causa publica est, & quare.*
Fauorabilior est causa fisci.

6 *Pactum contra dotis beneficium non valet.*

7 *Alienatio rei dotalis an per iuramentum conualidetur.*

8 *Donatio inter patrem, & filium, inter virum, & vxorem iuramento confirmata valet.*

9 *Mulier iurans non alienare fundum dotalem si deinde alienat, & iurauerit non contrauenire alienationi, alienatio facta non tenet & circa hoc est memorabilis cautela.*

10 *Mulieres si dotem non habent, rarò maritos inueniunt dum mulieres habere sine dote dedecus est.*

11 *Mulieres diues maritum pauperem, & è conuerso maritus diues mulierem pauperem alere tenetur & num. seq.*
Maritus, & vxor sunt correlatiua & dispositum in vno, est dispositum in altero.

12 *Maritus quando habens mulierem sine dote eam alere teneatur.*
Narrantur nonnulli casus fortuiti.
Bona viri sunt tacitè obligata pro alimentis vxoris.

13 *Dotis vsuræ per longum tempus non exacta à dotatoribus non censentur remissa.*
Maritus tenetur ad restitutionem dotis ex sua incuria non exacta, & si illam recipiet absque protestatione, circa interesse sibi præiudicat.
Antefatum non debetur nisi pro quãtitate dotis receptæ; sed quando limitetur.
Vsuræ dotis debentur à die matrimonij, & non à die capitolorum matrimonialium.

14 *Alimẽta moderata sunt danda vxori per virum.*
Danda sunt etiam vxori fatuæ.

15 *Maritus ad sumptus funerum mulieris tenetur, quando dotem ab ea habuit.*
Non tenetur lugere vxorem.

16 *Maritus quando tenetur ad funerum vxoris sumptus dato, quod totam dotem non habuerit, & nu. seq.*

17 *Expensæ necessariæ quæ fiunt in bonis dotalibus minuunt dotem, & quid de expensis, quæ fiunt in iudicio.*
Fundus dotalis, an propter istas impensas desinat esse dotalis, & possit retineri per virum?
Maritus non adhibens, vel adhibens malum medicum, priuatur lucro dotis.
Expensæ, quæ sint, & quando minuant dotem remissiuè.
Et quid si dos sit expressè legata, an censeatur remissa.

18 *Expensæ, quæ fiunt ab vxore viro in funeralibus, repetuntur ad heredibus.*

19 *Expensæ infirmitatis, an in præfatis casibus repetantur, sicut expensæ funerum.*

20 *Bona sunt accessoria personis, & propterea personarũ quoq; debẽt potiri priuilegiis, sed quãdo limitetur infra n. 22*

Fũdus emptus ex re dotali, dotalis est.

21 *Bona dotalia mulieris Neapolitanæ, & si extra districtum sint ligantur consuetudine.*

22 *Mulier onera bonorum dotalium subire tenetur in loco, vbi degunt.*

23 *Iudex quis competens contra inferentes damnum in bonis dotalibus loci, vbi sita sunt, vel vbi permanet mulier.*

24 *Delinquens à quo Iudice agnoscendus ab illo loci delicti, vel originis.*

Prauentio qualis esse debeant, ut ius tribuat iudicibus iudicandi.

25 *Bona paterna sunt obligata pro filia dotanda, cum filias dotare paternum sit onus, & quid si dotauerit de bonis paternis, & maternis præiudicet filiæ, ne maternam portionem petere possit remissiuè, & quid si legatum sit factum à patre, & filia reperitur dotata de bonis maternis.*

26 *Mater, quando filias dotare teneatur, etiam si sit hæretica, & filia Christiana, & quando auus neptem? tamen si per patrem fuerint bona materna filiæ data absque suo consensu, poterunt reuocari.*

27 *Dos succedit loco legitimæ, tam de iure communi, quam Regni nostri, & nu. 51.*

28 *Dos an possit simpliciter promitti nulla expressa quantitate, & nu. 29.*

Quod possit etiam in re minima consistere, quomodo intelligatur.

29 Tex. in l. cum post 70. §. gener à socero, ff. de iure dot. & text. in l. 1. C. de dotis promissione, *inuicem contrarij, quomodo intelligantur, & concordentur.*

30 *Dotibus in dubio fauendum, & pro eis respondendum est.*

31 *Dos congrua, quæ dici possit?*

32 *Dos quando est data ad quantitatem legitimæ si non sufficit debet augeri pro iustis nuptijs contrahendis.*

33 *Dos simpliciter promissa, quando possit arbitrari iudicio boni viri.*

Congrua, vel incongrua, quando, & quo tempore dicatur.

34 *Legitima consignata filio in vita, non augetur auctis facultatibus.*

Dos promissa per tutorem debet intelligi extra patrimonij quantitatem.

35 *Statutum, vt est nostra Constitutio In aliquibus, quod stantibus masculis fœminæ non succedant an sit validum, & quomodo intelligendum, nu. seq.*

36 *Filiæ exclusæ per masculos à successione parentum, quam dotem habere debeant.*

37 *Dos, quod possit esse minor legitima est opinio* Arcm. Pistor. *quam multi impugnant.*

38 *Filiæ exclusæ per statutum nulla de dote facta mensione, quam dotem habere debeant.*

39 *Legitima, nec natis, nec genitoribus auferri potest sine iusta causa.*

Nec renunciari, nec per statutum tolli potest, nec per parentes prohiberi.

Institutio facta per patrem in beneficium filiorum, quando non comprehendat fœminas.

Dos data vni ex filiabus: si alia non habebunt parem potest reuocari vsq; ad legitimam, & quid si filia nascatur post dotes constitutas an reuocetur tanquam inofficiosa.

40 *Dos data alicui puellæ ab extraneo absque pacto restitutionis donata censetur, & quod si datur à fratre, & nu. seq.*

41 *Quilibet in bonis suis potest imponere legem, quam vult.*

42 *Dos legata vxori, & si vllam dederit, dotem, legatum valet, sed quando hoc intelligatur?*

43 Text. in l. cum scriptum esset 27. ff. de dote legata, & text. in l. 1. §. adeo, ff. eod. *quomodo concordentur.*

44 *Filia primi matrimonij dotata à patre priusquam secundo nuberet à patre mortuo præferatur nouercæ repetenti suam traditam dotem super bonis*

viri?

viri in specie obligatis? disputatur usq; ad nu. 59.

45 *Prior in tempore potior est in iure in pari causa, quod procedit tam in pignore, quam in hypotheca.*

46 *Dos illa prius restituitur, quæ prius fuit tradita, quando vir diversas habuit uxores, & filij agunt pro restitutione.*

47 *Dos, quæ datur viro ab uxore, vel eius consanguineis, vera dos dicitur.*

48 *Dos, quæ datur filiæ à patre, respectu filiæ dicitur dos, sed respectu patris dicitur legitima.*

49 *Ex diversis non fit illatio.*

50 *Paternum est officium dotare filias.*

51 *Dos, quæ debetur à patre filiabus, est subrogata loco legitimæ, & currit usq; ad legitimæ quantitatem.*

52 *Legitima debetur deducto ære alieno. Es nostrum, quod dicatur.*

53 *Legitima tempore mortis patris danda venit filijs tam si ciuilis, quam si naturalis sit, & nu. seq.*

54 *Dos triplici modo nuncupatur.*

55 *Legitima non habet actionem hypothecariam.*

56 *Legitimam potest si vult pater dare filijs in vita.*

57 *Damnum evitanti plus fauendum, quam lucrum quærenti.*

Mariti bona sunt tacitè hypothecata pro dotibus uxoris

58 *Evictio est de natura contractus, sed operatur plus expressa, quam tacita.*

59 *Legatum factum à viro uxori non computatur in dotem, sicut legatum factum à patre filiæ, vel ab avo nepti.*

Legata dote uxori, non videntur legata usuræ dotis.

60 *Bona dotalia ob delictum uxoris, non possunt confiscari in præiudicium viri, & è converso.*

Decretum latum contra principalem debitorem, non obstat possessori non citato.

61 *Bona iocalia, & similia tanquam dos, nec minus possunt confiscari ob coniugum delicta.*

62 *Bona paraphernalia, quæ dicantur.*

Restitui debent soluto matrimonio una cum fructibus.

Non habent hypothecam super bonis viri pro eorum administratione.

63 *Mulier nō præfertur pro paraphernalibus creditoribus anterioribus.*

Fraus nemini prodest.

64 *Paraphernalium materiam quis latissimè tractet?*

65 *Maritus potest agere, & comparere pro parte uxoris, & omnia negotia gerere, sine aliquo eius præiudicio, etiam in ijs negotijs, quæ requirunt speciale mandatum.*

66 *Maritus non soluens canonem, qui extat in re dotali, quando incidat in commissum, & ipse teneatur uxori?*

67 *Dos data æstimata inducit emptionem.*

68 *Maritus si est filius familias, an possit negotia uxoris tractare absque consensu patris?*

69 *Cōsensus patris quando filius est maior annis 25. toleratur, quod non sit necessarius pro gerendis negotijs.*

70 *Maritus tractans negotia uxoris, non convenit, nec potest petere pro laboribus salarium, sed tantum recuperabit expensas erogatas.*

71 *Maritus, & si agere possit negotia uxoris, tamen non potest exigere.*

Et si habet ab uxore gubernationem bonorum, non intelligitur de feudalibus.

Non potest esse curator uxoris, & quare.

72 *Mulier quando habebit quartam in bonis viri? & adsint filij tres, aut infra.*

73 *Quarta, quæ debetur à iure in bonis viri, non poterit ab eo in testamēto prohiberi.*

74 *Quarta, quæ debetur uxori, quando locum habeat? & an si fuerit dotata à viro, etiam quartā habebit, & de alijs, nu. seq.*

75 *Antefatum quando debeatur, etiam dote non soluta viro.*

76 Tex. in §. quoniam verò, auth. de exhibendis reis, & auth. præterea,

C. vnde vir, & vxor intellectus ponitur.

77 *Donatio propter nuptias, secundum aliquorum opinionem, & si non sit promissa à viro, constituta intelligitur.*
Et si fuerit expressè assignata, quem effectum producat.

78 *Dos confessata tantùm, non potest parere donationem propter nuptias.*
Accessorium sequitur naturam principalis.

79 *Vxor petendo quartam super bonis viri non potest prætendere alimenta.*

81 *Bona prohibita alienari, vel fideicommisso subiecta tam pro dote dãda, quã pro dote constituenda dari possunt, & quæ sit ratio.*
Vtilitas publica præfertur priuatæ.
Si aliunde sint, non debent capi prohibita alienari pro muliere dotanda.

82 *Bona prohibita expresse alienari, etiã pro causa dotis, an alienationi subsint? cum nu. seq.*

83 *Quilibet Rei sua est moderator, & arbitrer.*

84 *Mulier pro restitutione dotis habet optionem agendi, vel contra tertios possessores boni viri, vel contra bona fideicommisso subiecta.*

85 *Fabij de Anna testamentaria confessio adducitur circa legalem professionem.*

86 *Scribæ, infidi, & mendaces.*

87 *Satellites proditores, & semper peiores fiunt cum ipsis beneferis.*

88 *Magistratus, & Iudices optimè hodie omnes sunt in nostris Tribunalibus.*

DE PRIVILEGIIS MVLIERVM

CIRCA BONA.

CAPVT. V.

IN præcedentibus capitulis actum est de mulierum priuilegijs circa personam, circa honorem, & dignitate, circa statum, & conditionẽ, & circa actionem, negotiationem, & contractus, restabat videre de vltimo priuilegio circa bona: propterea finale istud collocatur capiat, in quo nonnulla vtilia tractanda veniunt ad Dei honorem, Deiparæ laudem, & Reipublicæ vtilitatem; ita tamèn suprema fauente gratia.

Bona igitur siue bonorum nomen est genericum (prout dicimus de pæcunia, quę comprehendat omnes res, vt in *l. pecunie nomine* 222. *ff. de verb. signific.*) & potest adaptari ad omnia, ita quod appellatione bonorum venire possunt, etiam iura nostra, immò etiam, & causæ, vt voluit *text. in l. rei appellatione* 23. *ff. de*
1 *verb. & rer. signif.* & ea, quæ bona fide possidentur, *l. bonorum* 49. *ff. eod.* sed nos striciori vocabulo, & significatu denominando bona, dicimus dupliciter considerari posse .f. secundum naturalem, & secundum ciuilem significationem, *dict. l. bonorum.* Primo modo considerata, commodum tantùm continent, denominanturq; bona à beando, quia beant possessores in hac vita fragili,
2 & caduca, iuxta *Psal.* 143. qui incipit *Benedictus Dominus meus*; Ibi *Beatum dixerunt Populum, cui hac sunt, & dictam l. bonorũ*, vbi *glos. vers.* pro-

prodesse, ac alia iura adducta per *Iserniam in Rub. quib mod. feud. amitt. sup. §. item si fidelis, & Ias. in l. non amplius, §. cum bonorum num. 10. ff. de legat. 1.* hinc videmus, quod qui in Mundo fortunæ bonis dotatus est, in se cuncti resident fauores, & prerogatiuæ, colitur, & æstimatur, & licèt plebeus, reputatur nobilis, & meritò, dum bona sunt secundus sanguinis hominum. Secundo modo in ciuili significatione, bona dicuntur, quæ continent in se commodum, & incommodum, *l. Princeps bona 21. & dict. l. bonor. cum sua glos. sup. cit. ff. eod.*

Et sic, vt rem nostram prosequamur, bona mulieris, tripliciter, & si esse possint, vt in *cap. præcedenti nu. 59.* nihilominus principalia, & ordi-
3 naria sunt dotalia, quæ vt nosti in hoc tractatu in diuersis locis, ferè sanume is, sunt priuilegiata fauoribus, & illo maximè inalienationis, adhoc, vt sēper dotata existat, vt ex *Angel. inst. Quib. alien. licet, vel nō n. 1. & seq.* exceptis tamen nonnullis casibus in hoc opere alibi adductis, & signantèr famis, secundum eundem *Angel. vbi sup. num. 4.* nam pro alenda familia potest mulier ea vendere, & se obligare, *auth. si qua mulier, C. ad Vell.* & diximus in *cap. præcedenti nu. 15.* quod procedit, vt nec minus mulieris res pignorari possint, cum pignus sit species alie-
4 nationis, *Angel. vbi sup. num. 6.* & nec etiam præscribi idem *Angel. in §. res fisci num. 6. de vsucap.* tamen cum alijs permutari valent, siue sint viri, siue exterorum teste eod. *Angelo in Rubrica supracitata quib. alien. lic. vel non num. 5. & Neapod.* latissimè *in consuetud. & si mulier de contract. inter vir. & vxor. sub num. 8.* & tanta est vis huius permutationis, quod fundus permutatus efficitur adeo dotalis, quod gaudet omnibus dotis priuilegijs, sed nos obseruamus in hoc Regno, non fieri dictam permutationem absq; regia dispensatione ad maiorem contrahentium
5 securitatem, & meritò, quia dotis causa, est casa reip. propter publicam vtilitatem inuenta, vt per *text. in l. 2. ff. de iure dot.* docet *Cassan. ad consuetud. Burg. Rub. 4. §. 4. num. 6.* ita quod dixit *Fachin. lib. 10. controu. iur. cap. 3.* fauorabiliorem esse causam dotis, quam fisci *uers. ad tertium negatur, & Soccin sen. in l 1. num. 16. ff. sol. matrim.* & sic verificatur illud, quod dicitur, quod postquam dos constituta est, non potest mutari per *tex. in l. ita constante 27. ff. de iure dot. Consil. Stayban resol. 190. num. 151. & seq.* nisi mulieris ex permutatione resultaret vtilitas, vt in *d. l. ita constante*, vbi *glos. & de Afft. decis. 336. num. 3.* vbi *Vrsill. num. 1.* & propterea tot beneficia dotalibus rebus conceduntur, vnde etiam iure cautum est, quod si adijceretur pactum tempore nuptiarum, ex quo dotis conditio deterior fieret, pactum corruit, & non tenet, *text. in l. 2 ff.*
6 *de pact. dotal.* etenim procurandum est, vt semper dos persistat pro mulieris commodo, ita vt eius dispositio, & alienatio sit semper interdicta, iuxta tradita in *cap. præcedenti*, immò si aliquando mulier consentiret alicuius rei dotalis alienationi, & iurauerit, vt fieri solet, nec non iuramentum præstiterit de non contrauenciendo alienationi, iure ciuili attento non ligatur vigore
7 iuramenti ad stipulati obseruantiam, licet contrarium sentire videatur, *Angel. instit. quib. mod. alien. licet, uel non, §. accidit nu. 9.* & faciunt, quæ dixit *Thes. decis. 223. num. 9. & de Franch. decis. 84.* dum iuramentū est eximię virtutis, & videmus, ex eo conualidari donationem inter patrem, & filium, quæ alias esset nulla, vt contra Castrensem, firmat id *Fach. lib. 3. cap. 77.* ac etiā do-
8 nationem inter virum, & vxorem, vt diximus *sup. cap. 4. num. 76.* Cumque

que simus in loco huius materiæ oportuno, scias, quod si mulier iurauerit non alienare fundum dotalem, & non obstante iuramento alienauerit, & in alienatione iuramentum præstitit non contrauenire, se-
9 cunda alenatio si fiat, propter cautelas præcedentes non valet, ita *Bart. in l.si quis pro eo 57.sup. nu.10. ff.de fideiussor. Aret. inst. ad §. accidit nu.9. Quib.alien.licet,vel non,& Episcopus Sperell.tom.2. ecis.180. nu.10.* vnde dat per hoc cautelam, *Angel. ubi sup.di.num.9* & dicit, quod cordi teneas, *vt quando maritas* (& sunt verba Authoris) *filiam tuam, quod tu facias à filia tua in scriptis promittere tibi, & iurare, quod nullo modo alienabit, nec alienabit fundum dotalem cum uiro, uel sine, consentiet, quia si postea alienet, uel alienanti marito, uel alteri consentiet, & sollemniter iurat nō reuocare, uel non contrauenire, tale secundum iuramentum postea præstitum tempore alienationis contra primum iuramentum præstitum patri, non ualet, nec ligat, immo non obstante dicto secundo Sacramento præstito tempore alienationis, potest fundum dotalem soluto matrimonio, uel eo constante, quando maritus uergit ad inopiam, ut dictum est reuocare, ut dicit glos. singularis in cap.licet mulieris de iure iurand.in 6.*

Et reuera magna debuit esse pròuidentia legis ad dotem seruandam mulieribus, ad hoc ne natura impefectæ, essent ad hominibus destitutę; bona sūt sicut hamus piscium,
10 quæ trahunt viros ad mortem, & si fæminæ dotem non haberent, rarò (sicut niger cignus) ex animi virtutibus maritos inuenirent, cum dedecus sit habere mulierē sine dote, secundum *Bald. in l.4. num 6. C. de dot.promiss.* & dato, quod hoc accideret, sicut aliquando euenire solet semper sprete, & infelices viuerent, vt dictum est *sup. in cap. præcedenti num.20.* & licèt mulier diues virum pauperem, secundum *Grat. tom.1. discept.forens.cap.107.num.13. Tasso. de Antef.uers.5. obseruat.2. num.75. fol.359.* & vir diues cum correlati-
11 ua sint, & dispositum in vxore debeat habere locū, etiam in marito, & è contra *Grat.cap.120.nu.17.* mulierem egenam alere teneatur, iuxta *Bart.doctrinam in l.si cum dotem 23.§. sin autem in seuissimo num.6.ff. solut. matrim. & in tract. de alim. num.48. & 49.Luc.de Penna in l.9.C. de incol. lib.10.col.3.in princ.Reg.Capyc. Latr. tom.2.lib 2.decis.193. num.41.* & in terminis *Consiliarius Marcell Marcian.cons.51. num.5. uol.2.* vbi dicit in hoc non deberi coniuges ad imparia iudicari, & si alias diceretur, esset contra charitatem, vt ait *Grat. dict.tom.1.cap 66.num.22.23. & 24.* qui idem ait à fortiori ad hoc onus teneri maritum, si dos fuerit data, & postmodum euicta; immò si maritus diues non fuerit, non poterit dici, tunc teneri vxorem alere, quando fuerit deductum ne egeat, quia semper ad alendam mulierem tenetur, vt per *Bart.in l.maritum num. 4.ff.solut.matrim.Alex.* & alios tenet *Giurb.decis. Sicil.42. nu.3.* quicquid in contrarium dicat *Mynsin. obseru. 64.cent.1.* hoc tamen assioma dupliciter intellegendū est pro clariori facti veritate; cum suas etiam patiatur limitationes .s. vel quando vir contentus est, sine dote vxorem ducere, & in isto casu tenetur eam inopem alere, vel quando habuit dotem, & aliquo infortunio est amissa, nempe, si erat constituta super nominibus debitorum, & alijs reditibus, & fefellerunt, prout practicamus hodie in hac Ciuitate circa arrendamenta, quæ ferè decocta sunt, & multæ mulieres remansæ, sine dotibus, quæ erant super illis constitutę, aut super stabilibus, quæ incendio, seu alluuione, vel simili alio naufragio deuastata sūt, vt etiā hac nostra vidimus ætate bis, vt alibi

bi diximus ex Monte Vesuuiano, adhuc flammas, & fumum erumpête non sine maximo omnium cordis timore, à quo Deus omnipotens, & misericors clementèr nos liberet, & ex diluuio, vt ita dicam obuento anno 1651. de mense Septembris, quod infinita prædia rustica, & vrbana in regionibus circum Neapol. immò, & in ipsa Ciuitate in via Virginum extra menia prope ianuam Diui Ianuarij repente inundauit noctis tempore, ita quod aquarum impetus fores palatiorum fregit, & domus vsque ad fenestras aqua, & arena repleuit, ex quo euentu suburbium hoc inhabitabile quasi factum est, & propterea cum sit casus fortuitus sic dotem amittere; vxorem alere vir denegare non poterit, & eius bona pro vxoris alimentis erunt tacitè obligata, secundum decis. de Affl. 10. num. 3. quod plenius pro veritate videatur infra num. 80. Sed quando mulier, vel parentes eius promittunt dotem, & eam non assignant in isto casu poterit maritus alimenta denegare, immò, & permittere, vt redeat domum suam, ita ex *Bar. in dict. tract. de alim. num. 48.* (licèt contrarium sentiat *glos. in margine, l. si mulier 29.* quæ allegat *Cyn ff de relig. & sumpt. fun.*) & tenet cum *Bar.* expresesso *Costa de facti scientia centur. 2. dist. 32. in princ. & per tot.* quem vide *inspect. 46. nu. 10.* vbi dicit idem esse, & procedere contra mulierem si dos data fuerit euicta, & in terminis sic vidi collegisse *Ricc. ex pluribus decis. collect. 1793.* & si cõtra *Marsi singul. 360.* sit tamen quomodocumque de his rationibus; hoc erit notãdum, quod lite pendente super discussione præfatorum ad alimenta interim benè teneri maritum, docuit *Matth. de Affl. decis. 10.* Tamen si culpa, vel benignitate viri erga socrum, & alios parentes stipulatam dotem, vel eius vsuras non exigit, non possunt alimenta vxori denegari, cum marito imputandum sit, vt diximus supra *cap. 1. nu. 120.* & tantò magis, quod

12 etiam si steterit per longum tempus, & eas non petierit, ad hue peti poterunt *Grammat. decis. 70.* decisum refert articulum post illum ex professo disputatum, & poterit etiam videri *Gom. ad l. Tauri 50. & 51. nu. 30.* per quos terminos etiam maritum ad dotis restitutionem sua incuria non exactam teneri voluit, ex *Io: Baptista Bi otta consul. 34. per tot.* & vide *Conf. Hodier. contr. for. cap. 31. num. 45. & seq. Campeg. de dote par. 2. quæst. 77.* attamen, si receperit postmodum dotem, & non se protestauerit de interesse ipsius non soluto bene se sibi præiudicat, vnde in hoc valdè debent animaduertere mariti, vt per multos fundat *Io Baptista Staiban. de interesse lib. 2. q. 3. num. 15. fol. 131* ad quæ faciunt, quæ dixit *in florilegio ad Rub. de iure emph. in fin.* Et circa hoc nota vnum singulare, nempe si hodie fit dos promissa, & postmodum maturum non est, nisi multo tempore transacto perfectionatum, vsuræ non à die promissæ dotis, sed nuptiarum sunt petendæ, *l. tali facta 49. ff. de iure dot. Angel. de actionib. §. actionem num. 13.* dum tempus currit, hic non à die promissionis, sed perfectionis actus, secundum *tex. in*

13 *dict. l. talis facta*, & in his terminis limitatur regula, quod antefatum, siue quarta, non debetur nisi secundum quantitatem receptæ dotis vt diximus supra *cap. 4. num. 39.* quia si maritus non curauit eam recuperare, vel si dos fuerit promissa ad tempus, & adhuc non venit dies promissionis adimplendæ, & interim dissoluatur matrimoniũ, quia habetur pro soluta integra quarta debetur, vt singulariter docet *Camp. in cap. regni mulier dotarium num. 90. de dotarijs mulier. Nouar. super prag. 1. de donat. propter nupt. collect. 2. n. 4.*

Tasson.

cum dotem dederit pactus fit solu-
to matrimonio ob mortem dotatæ
mulieris duas partes ad dotantem
reddi, & vnam apud virum rema-
nere, nulla collatione, vel ex com-
putatione faciēda funerum in duo-
bus partibus restituendis, pactum
valet, & maritus tenetur ad fune-
16 ralia, quod secùs esset, prout in ca-
su de quo hic loquimur, quando
totam dotem restitui paciscitur, &
hæc sunt verba text. *Quid tamen si
quis dotem hac lege dederit pro mulie-
re, vt ad ipsum rediret si in matrimo-
nio mortua esset, vt quoquo modo solu-
to matrimonio numquid hic in fundus
non conferat? sed cum dos morte mu-
lieris ad eum peruenerit, potest dici
conferre eū*, ac est tex. clarus in *l. quod
in vxorem 13. §. 1. C. de neg. gestis*, vbi
gloss. Bald. Salyc. & Alex. & sic ex his
constat, quod funerum expēsæ mi-
17 nuunt dotem restituendam, prout
videmus, quod omnes aliæ expensæ
necessariæ eam minuunt, tam si fiant
pro meliorandis rebus dotalibus,
quam illis conseruandis, puta pro
curādis seruis, vt in *l. 1. & 2. & l. quod
dicitur 5.* vbi *gloss. ff. de impens. in rebus
dotalibus factis. l. mevio 42. §. a me* vbi
*gloss. ff. de leg. 2. Facch. lib. 10. contron.
iur. cap. 31. in fin. vers. Septimo iura,
Vrsill. ad Matth de Afft. dec. 359. nu.
Angel. in §. in bonæ fidei de actio. nu. 8.*
Quæstio tamen est, ā propter dictas
impensas, fundus datus in dotem
desinat esse dotalis, ita quod si fiant
vsque ad valorem rei, illa res
non possit dici amplius dotalis, &
retineri valeat per virum, & licèt c
[illegible] multa dicant, verior sententia
est, *Bar.* quem sequitur *Bald. in §.
sunt præterea num. 3. 4. & seq. Oin. in
§. item si de dot. num. 12. & aly instit.
de actio.* vt non desinat esse dotalis,
licèt si non æstimatus datus sit, reti-
neri possit vsque dum expensæ fuerint
satisfactæ: est ratio, quia mulier non
debet esse deterioris cōdi[illegible]
teris aliis, vnde si aliquis pri[illegible]
impēdat in re mea, plusquam valet

non propterea desinit esse mea, *l. si
seruos 25. ff. de pignor. actio.* vel
pro dictis recuperandis, dum-
modò tamen fructus non percipiat
postmodum ex illis, nam si in iudi-
cio impenderit, & obtinuerit, & ex
bonis acquisitis fructus lucretur,
fructus ij cum dictis expensis com-
pensantur, ita *Bal.* qui sic cum *Bar-
tolo* se concordat in *l. 1. num. 13. C.
de bonis mater.* licet contrariū tene-
re videatur, *Tasson. de Antef. vers. 4.
obseru. 2. num. 146.* per *text. in dict. l.
quod dicitur*, vnde à fortiori hoc
procedere debet in funeralibus,
quæ plusquam necessaria sunt pro
domina dotis ob corporis ho-
norem, & eius animæ salutem,
& circa prædicta vtere doctrina,
*Bart. in dict. l. §. fin. autem in fenissi-
mo. num. 8.* ex quo habebis, quod si
dictæ expensæ erunt modicæ, eas
vir non repetet, dum viri est vxoris
sanitatem procurare, cum vtilius si-
bi sit illam sanam habere pro ser-
uitijs necessarijs, vt diximus supra
in *cap. 1. num. 72.* quam egrotam,
imò non adhibens, vel adhibens
medicum, sed imperitum pro ea
curanda lucro dotis priuabitur, ita
*gloss. in margine d. l. qui si. nolit. 31.
§. culpam autem ff. de edil. edict. Angel.
inst. de sociei. §. socius num. 5.* & vide
*Surd. de alim. q. 3. num. 76. tit. 6. fol.
196.* & istæ expensæ funerariæ, quæ
sint, & quæ dicantur, quæ deduci
possint, est *text. in l. at si 14. §. funeris
causa ff. de Rel. & sumpt. funer.* ponit
*gloss. in clem. dudū de sepult. & Gassan.
vbi sup. n. 9. & seq. Capyc. decis. 84. per
tot. Ludou. dec. Perus. 78. Ricc. ad Præs.
de Franch. decis. 51.* Sed circa præ-
dicta erit hoc aduertendum, quod
dato sint magnæ expensæ, si tamen
fuerit dos per virum legata expres-
sa quantitate, puta lego vxori meæ
centum illos aureos, quos dedit in
dotem [illegible] si deductio expensa-
[illegible]m, quia censen-
[illegible] post *Leffredum
cons.*

conſ.43.col.penul. & poſt *Matth. de Affl. deciſ.*359. ad notauit ad *Bart. in l.quod dicitur,ff.de impenſ. in rebus dotalibus factis,Conſiliar.de Bettis fol.* 15.*col.*1. & dictum eſt etiam ſupra *cap.* 3. *ſpeciale* 4. *numer.* 112. De alijs verò impenſis voluptarijs non datur repetitio , neque retentio, &ſi ordine mulieris ſint factæ. Eſt tam verum , quo poſſunt abradi , ſi commodè fieri valet, *gloſ. ordinaria* ; & *marginalis in dict.* §. *item ſi de dote,verſ. niſi mulier l. pro voluptarijs* 11.*ff.de impenſ.in reb.dot. factis*, ſicut , nec minus repeti , vel compenſari cauſa colligendorum fructuum , *l.* 8.§. *impendia ff ſolut. matr.*

Sic etiam,quia par ratio cum viro ſeruanda eſt,ne ad imparia iudicentur, ſi ipſe decedat (vt plurimũ accidit , vxore ſuperſtite) non tenetur ipſa de rebus proprijs ad expenſas , ſed funeralia , & medica-
18 menta ſunt ſoluenda per hæredes ex matrimonio defuncti,ita *Caſſan. vbi ſup. num.*3. ſed an hoc idem ſit circa expenſas infirmitatis, *Baldax. de Angel.in ſuo prato,C. de neg.geſtis lib.*2.*tit.*19. *ad l. quod in vxorem di-*
19 *ſtinguit*,quod aut expenſæ ſunt tenues , aut magnæ:primo caſu non repetuntur:ſecundo ſub diſtingue , quod aut pro eis ſufficiunt fructus dotis , & idem eſt, quod in primo caſu , aut non ſufficiunt , & minuunt dotis ſortem principalem in eo , quod plus fuerit erogatio, ſed quando vir eſt inops , & aliunde non habet tenetur vxor ad dictas impenſas , *Gait. de credito cap.* 4. *quaſt.* 11. *numer.* 1956. *fol.* 396. *Rodrig. de priuil. cred. part.*2. *cap.*4. *num.*7.

20 Cumque bona ſint acceſſoria perſonæ , & eius conditionem ſequantur,*l.per procuratorem* 89. *ff. de acq.vel omitt.hæred.l. vnica in fin. C. de imponenda lucratiua deſcriptione lib.*10.non eſt mirum, ſi ſunt priuilegiata,ſicut ipſamet perſona principalis, vt per *Rob.mar.diſp.*8.*nu.*13. & habetur latiſſimè in *meo florilegio Rub. de priuil. credit. num.*25. & in hac materia gaudeant ijſdem priuilegijs mulierum,quibus ipſæ potiuntur , & ideo ſi dos conſiſtat in pæcunia , & commutetur in fundum ; fundus ille dotalis efficitur, *Barb.de aſſiſtit. gloſ.*12. *num.*36. dotiſq;retinet prerogatiuas,ita *Caſſan. ad dict. Conſuetudines Burg. Rub.* 4. §.24. *num.*7. *Campeg. de dote* 4. *part. q.*8. *fol.* 305. vnde dixerunt *gloſ. in conſuetud.noſtra ſi qua moriens de muliere habente filios,litt.F.* & ſic deciſum adducit per S.C. *die decima ſeptima Februarij* 1558.*litt.G.fol.*196. quod bona empta ex pæcunia dotali(loquendo de matrimonijs con-
21 tractis in hac Ciuitate) licèt ſint extra diſtrictum,ligantur conſuetudine; tamen aliquando hoc limitatur, & nota , quod ſæpiſſime poteſt contingere, nempe dum mulier ſequitur ſtatum, & conditionem viri eiuſq; forũ ſortitur, vt dictũ eſt ſup. in *cap.* 1. *num.* 86. & firmat *Azo. in ſumma C. de iuriſd.omn.Iud.num.*32. non dum in vita, ſed etiam in morte , vt ita dicam,cum ſepellienda ſit in ſepulcro viri , vel eius maiorum,ſi alias ipſa ſibi non elegerit ſepulturam , & fœdata non ſit per adulterium matrimonij honeſtatẽ, ſecundum *Sperell. tom.* 1. *deciſ.* 88. *num.*16.17.& 18. quo ad perſonam ſubeſt iuriſdictioni mariti , & non proprij originis , & onera perſona-
22 lia ſubire tenetur in illo loco; patrimonialia verò,ſiue realia in loco vbi poſſidet , iuxta ſententiam *Bal. in l.cum quadam* 19. *num.*2. *ff. de iuriſd.omn.Iud.*ac tetigimus *dict. cap.* 1.*eod.num.*86.(&ſi contrarium ſentiat *Caſſan.ad præfatas conſuet. Rubr.* 2.§.1.*in tex.Et appertient la confiſcation num.* 12.) ratio eſt quia licèt mulier deſinat eſſe Ciuitatis proprij originis, intelligitur , quo ad

ea,

ea, quæ pertinent ad seruitia viri: nam quo ad alia remanet Ciuis suæ patriæ, ita *Angel. in l. 2. C. de municipibus, & originarijs lib. 11. & in l. vnica, C. de mu. & hono. & in quo loco lib. 10. num. 4.* vbi docet, si mulier dicatur Ciuis, vel comitatensis ex persona viri, & *Azo in summa dict. tit. C. de mulie. & in quo loco*, & sic videmus in isto casu, quod non sunt accessoria personæ, & si quis pauperiem, depopulationem, aut aliud dam-
23 nũ fecerit in bonis mulieris, Iudex cõpetẽs erit ille, in cuius loco, & iurisdictione sita sũt, ratione rei sitę p *tex. in l. fin. cum sua glos. C. vbi in rem actio*, & ratione loci delicti, secundũ *DD. in auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi. opo. Bal. in l. 1. ff. de edil. edi. Soccin. in l. à diuo pio, § sententiam Roma. ff. de Re Iud & Gram. decis. 26. num. 10.* tamen circa secundam rationem adductam, quando delinquens esset alienigena, potest etiam cognoscere Iudex sui originis, &
24 hodie omni disputatione sedata, attenditur præuentio, idem *Bald. in l. si quis non dicam rapere num. 11. & 12. C. de Episc. & Cler. Cagnol. super reg. 9. semper in obscuris de regul. iur. in 6.* & poterit videri *Borrell. ad Bellug. in speculo Princip. Rub. 11. § ex quo prædiximus vers. Quarto licita, Clar. pract. crim. q. 38. § fin. num. 10. de Franch. decis. 505. num. 4. & seq. Reg. Rouit. super prag. 1. num. 29. & 30. vbi de delicto con. deb. & Capibl. de Baron. prag. 8. vol. 1. part. 2. num. 211.* qui dicit præuentionem istam tunc procedere, quando realis, vel saltem verbalis fit per citationem, prout comprobat *D. Præs. Merlin. controu. forens. vol. 2. centur. 2. cap. 66. num. 7. & Mar. Ciurba* more solito *consil. crim. 8. num. 29.* per innumeros citatos, & *Dom. Præs. de Franch. decis. 505. à num. 4. vsq. ad* [illegible]

Insuper iure prouisum est, non dũm pro dote conseruanda, sed pro ea prius constituenda ad fauorem mulieris, vnde parentum bona sunt pro ea legitimè obligata, iuxta tradita per *Couar. var. resol. tom. 2. cap. 7. lib. 1. num. 1. fol. 38.* & ante per *glos. in l. à filia 63. ff. ad Trebell.* quæ
25 dicit paternum onus, & officium esse dotare filias tam ex lege naturali, quam ciuili, secundum *tex. in l. fin. §. vtramq; C. de dotis promiss. l. qui liberos 19. ff. de ritu nupt. glos. in l. obligamur 51. vers. lege ff. de action. & obligat. & in l. cũ plures 13. §. cum tutor. vers. alio patre ff. de admnistr. tut.* optimè *Ias. in l. in suis num. 42. ff. de liber. & posthum.* & latè *Iudex Prat. tom. 1. discept. forens. cap. 13. num. 80.* ad quod onus, matrem quoque teneri ob patris impotentiam, docuit *Bald. in auth res quæ, C. commun. de leg. Bolognett.* in hoc videndus *in l. 1. num. 123. & seq. ff. solut. matrimon. Giurba decis. 6. nu 11. Bal. nou. de dote priu. 3. 6. par. f. 18. Ias. de act. in § fuerat n. 115.* imò etiã absq; impotentia docuit *Grat. dec. March. 235. num. 5. Maxilla ad cons. Barens. de immunit. nostra Ciuit. num. 10. fol. mihi in magna impressione 21. Ricc. collect. 1246.* quod procedit dato sit diuersæ religionis, nempè si mater fuerit heretica, tenetur etiam maritare filiam orthodosã, *Bal. nou. de dote priuil. 16. num. 4. Ripa in l. dotis causa num. 78 ff. solut. matrim.* sed si de suo habeat filia, & mater dotem promittat, quod filiæ est promittere intelligitur, si tamen illud sufficiat, sed si promittat mille, & non sunt filiæ ex patrimonio patris vel ex aliqua donatione, vel alia causa, nisi 800. reliqua ducentum videntur promissa de bonis ipsius matris scientis substantiam filiæ, ita *Gomes. ad l. Tauri 53. num. 24. fol. 418.* qua de re, si præter istum casum bona materna absque matris consensu per patrem fuerint filiæ in dotẽ data, poterunt reuocari, iuxta *tex. in l mater 35. ff. de iure dot.* & quod si dos fuerit à patre promissa, & tam

de bonis paternis, quam maternis,
sit præiudicatum filię,vt non possit
petere matris portionem extra ta-
lem promissionem , vide latissimè
*Ludou.decis. Perus. 25, num.23. cum
pluribus seq.* & quid si sit renuncia-
tum, vide *Vrsill. ad Affl. decis.*178.
num. 13. *Roccus Consil.* tamen, ait,
hæc procedere de iure commu-
ni,non autem de iure consuetudi-
nario huius Ciuitatis, ex quo suffi-
cit,si filia habet vnicum paragium,
nam dato non esset, etiam de bonis
maternis, nil aliud petere potest,
quamuis aliquid non videatur ha-
buisse debonis illius,de cuius hęre-
ditate agitur *centur.2.resp.98. num.
27.& seq fol.347. per cons. Reg. de
Ponte 50.num.26.lib.2.* sicut etiam
si fic legatum à patre filiabus pro
ipsis collocandis, si reperiatur ma-
ritata de bonis maternis,non impe-
ditur petere dictum legatum, *Ias.
in l. huiusmodi,§. cum pater num.24.
ff. de leg.1.* Immò,& auum in casu
egestatis parentum,vt per *Pasch.de
Vribus patria pot.part.2.cap.7. num.
17.& de Franch.decis.215.n.3.*& pa-
27 tet ex his, quia cum dos succedat
loco legitimæ, *Bart. in l.Titio cen-
tum,§.Titio genera,ff.de condit. & de-
monstrat. Bald.in l.non sine, C. de bo-
nis,quæ liber. & in auth. res quæ, C.
commun. de leg. Carol.Ruin. cons.26.
num.17. Cepolla cons.55.num.21.An-
ton. de Amat.tom.2.resol.64.num.6.
Bocr. decis.62. num.6. & decis.104.
num.10.11.& seq.Fach. lib.10. con-
trou.iur.cap.38.litt.D. de Affl. decis.
111. num. 10. Mar. Muta decis.90.
num.40. & Magister meus, ac Domi-
nus Io:Dominic. Coscia in suis disput.
lib.2. resol.10. quæst.10. num.76.* &
procedit non solum de iure com-
muni ex his adductis, verùm etiam
apud nos de iure Regni, attenta
*constitutione in aliquibus de success. fi-
liorum,* secundum *Matth. de Affl. ibi
nu.43.Viu.decis.415.in princ. Gram.
decis.57. num.24. & Praes. Merlin.
vol.1.controu.forens cap.3. num.10.*
Et legitima sit naturali iure liberis
constituta per *tex.in cap Raym.16.de
testam.l.scripto 6.§.non sic parentibus,
ff.vnde liberi, & in l.cum ratio, ff. de
port. qualib. donat. deb.* & dixit *Viu.
opin.* 811. *num.* 4. ergo naturaliter
pater ad dotem filiæ constituen-
dam tenetur, in cuius constitutione
seruaudas esse facultatem, & con-
ditionem personarum,docuit *Præs.
de Franch. decis.*117. vt latiùs alibi
diximus: tamen circa hypothecam
indicatam; seruandum est illud,
quod scriptum est *in §.fuerat de
action. in diuis. dotis*, quod alia est
congrua,& alia inofficiosa, *vers.sed
quæritur*, dum dos debetur per *dec.
de Affl.162.& de Franch.374.*

Hinc quæritur, vt aliqua vtilita-
tis attingamus,an possit dos simpli-
citèr promitti,nulla ipsius expressa
28 quantitate, & *Azo. in summa, C. te-
net*,quod sic, & remittitur arbitrio
boni viri,vt in *Rubr.de loca, & cond.
& in 3.lib.inst. num.2. &* tex. *est in l.
cum post.70.§.gener à socero,ff.de iure
dot.*non obstante, quod dicat *Fach.
controu.iur.lib.10.cap.31.litt.B.vers.
Quarto quia*,dotem.s.posse consiste-
re etiam in re minima,dùm hoc in-
telligitur, quando constituitur ex-
presè in re minima, non quando
vlla est specificata quantitas, vel
quando plures res dantur in do-
tem, si aliqua minima illarum sit,
etiam dos dicitur, quando enim
simplicitèr data est,potest declara-
ri,vt congrua sit,& non consistat in
minimo.

Sed huic conclusioni aduersatur,
text.in l.1.vbi Bald.C de dot.promiss.
cuius verba sunt. *Frustra existimas
actionem tibi competere,quasi promis-
sa dos tibi,nec præstita sit,cum neq; spe-
cies vlla,neque quantitas promissa sit,*
29 vnde iura concordare fas est,& per
hoc oportet hac pulcherrima, vti
distinctione .s. q aut loquimur de
extraneis,aut de parentibus, si de

extra-

extraneis procedit, *tex. in dict. l.* si nempe vllam viro actionem competere absque formali, & distinctâ dotis promissione, aut de parentibus, & procedit *tex. in dict. l. cum post. §. gener*, prout sic apertè probant eius verba ibi: *Gener à socero dotem arbitratu soceri certo die dari non demonstrata re, vel quantitate stipulatus fuerat*, quod etiam ad concordantiam istam explanauit *glos. in dict. l. d. uers. dotem C. de dotis promiss.* at quando meru simplicitèr dos promittitur non posse præfata procedere, sed aliud esse seruandũ docet *Didac. de Medrano in suo opusculo de cõnsensu connubiali cap. 13. num. 15.* & in isto casu cum sit naturale debitum persoluendo, non dico indeterminatè, attenta facultate, & cõditione cõtrahentiũ, sed determinatè vsq; ad legitimã dari debet dos simpliciter promissa à patre vel ab alio, cui incũbit onus dotandi, ex allegatis iuribus, & non [illegible] iudicis arbitrio cum à legitimæ onere non possint se parentes excusare, vt dictum est supra *cap. 1. num. 68.* dummodò tamen ista quantitas sufficiat pro manutentio-
30 ne conditionis nuptæ, & fauorabilior sit eius causa cum pro dotibus respondendum sit, etiam in ambiguis, *l. in ambiguis 71. ff. de iur. dot. Rodrig. de priuil. cred. part. 1. cap. 2. num. 4.* sed secundum aliam regulam, quæ optima est; dos congrua, potest dici, & sic debet dari attenta
31 loci consuetudine, vt sicut aliæ paris conditionis, & facultatis habuerunt, obtineat, ita *Ludouis. decis. Rota 63. num. 11. vbi num.* subdit, quod si pater aliam filiam dotauit, non dicitur dos congrua prosecunda, si maior debuit esse prima, cum non sit attendendum, quod sorori assignatum fuerit, sed quod assignandum fuisset, si qualificatas nuptias non contraxisset, dum vnius fortuna, vel detrimentum alterius iustitiæ præiudicare non potest, de quibus omnibus latissimè scripsit *Io. Dominic. Coscia alias citatus q. 10. num 115.* & ante eum, *Pasc. de virib. patria potest. part. 2. cap 4. num. 185. & 186.* vbi dicit, quod, & si non possit filia conquæri, quando habuit à patre legitimam, tamen quando dos pro ista quantitate exigua est, agere valet pro melioramento suæ conditionis, & sic etiam si legitima parua sit, & vires patrimonij maiores, in fauorem dotis, quod plus est
32 attenditur, & iuxta facultates æstimanda erit, *l. quaro quanta 61.* vbi *glos. in dict. l. cum post. cod. §. gener in fine cod. tit. ff. de iur. dot. Borr. decis. 3. num. 11. de Franch. decis. 616. num. 3. ad Menoch. infra cit. num. 25.* & vide *Roland. à Valle vol. 3. cons. 85. nu. 10.* cum vsque ad virilem ascendere possit, teste de *Põte De Potest prorog. tit. 9. de succ. mul. nu. 2.* Et in isto casu dos simplicitèr promissa, vt dixit *Azo. supra citatus*, & tetigit *Grat. de-*
33 *cis. 19. num. 37.* potest arbitrari iudicio boni viri, quod etiam voluit *Borr. lib. 3. summa decis. tit. 4. à nu. 32. vsque ad 39. & Menoch. de Arbitr. Iud. casu 149. num 34.* qui supra *num. 16. & seq.* & latè dixi in *§. fuerat de act. vers. sed quæritur, dum dos promissa, & vers. 3. igitur est vera resolutio.* Insuper dixit (quod tũ nota) congruam, vel incongruam dotẽ dici tempore nuptiarum nõ alio secundo aduentuo, nam si patris patrimonium creuerit, dosque post modum parua videatur, non potest conquæri filia nupta, dum habuit, quod ipsi tangebat, quando nupsit, sic etiam poterat patrimonium diminui, & dos data aliquod decrementum, non pateretur, & ista est optima limitatio ad regulam generalem, scilicet, quod paruam dotem habens potest agere ad supplementum congruæ dotis, vt notauit inter reliquos *Cassan. infra citando loco num. 19.* dum circa hanc congruitatem

tatem est attendendum nuptiarum
tempus,& non aliud, *Gratian.d.de-
cis.19.num.36.*sumit vires a ratione
legitimæ, quæ si fuerit consignata
34 filio in vita non augetur auctis fa-
cultatibus,de *Franch. decis.133. nu.*
8.qua de re si per tutorem dos pro-
mittatur à fortiori eandem regu-
lam attendendam esse, voluit idem
*Azo. in summa C. de iur. dot. num.5.
fol.*487.

Comprobantur prædicta ex hoc,
35 quod si mandat statutum,filias do-
tandas esse,& in reliquis succedere
masculos quod valere,vt bona cō-
seruētur in familia patet,ex optimè
firmatis per *Bald.in l.1.nu.89.& 90.*
vbi addentes,*C.de Sum.Trinit.& fid.
Cathol. Ludouic. decis. Perusina* 21.
*n.*45. & latissimè disputato articulo
*addentes ad Ang.instit.de hæredit.quæ
ab intest. defer. lib. 3. §. admonendi,*
quod vigere per totam ferè Italiam
testatur idem *Ang.de legitima agnat.
success.§.cæterum num.*1. dos hæc,si
vera sunt dicta *Cassanei ad consuet.
Burg. rub.7. §.12. in tex. ne retourne
point à la succession num.*18. & cita-
torum per eum, nempè *Alex. Saryc.
Raph.& Bald.*non potest esse minor
legitima,*Grat.decis.27.num.9.* quod
idem est si aliquid pro dote lege-
tur,vt posuit supra sub *num.9.* idem
Cassan.vers.& hæc sit, hæcq; faciunt
in Regno nostro,dum habemus di-
ctam vulgatam *constitutionem in ali-
36 quibus,*per quam cauetur filias suc-
cedere ob existētiam masculorum,
dummodò tamen sint in pari gra-
du, nempe fratres, & sorores , se-
cus si fœminæ proximiores , quæ
nunc remotiores excludunt,vt opti-
me fundat *Rou.cons.57.num.12.& 13.
vol.1.*sed tantùm dotem petere eis
libebit,vt probant verba dictæ *con-
stitutionis.1.Dum tamen sorores , aut
amitas, fratres , aut nepotes pro modo
facultatum suarum,& filiorum super-
stitum numero, secūdum paragium de-
beāt maritare,&c.* & vide in hac no-
stra Ciuitate *consuetud. 1. & 2. de
success. ab intest.* tunc enim si minus
paragio habuerint .i. minus legiti-
tima, cum idem sint,teste *Ronit. su-
per pragm.25. de feud. num.60. Ma-
rant.quæst.10. post praxim sub nu.20.
Arnon. sing. 35. & Ricc. ad Præses de
Franch.decis.*44.poterit mulier age-
re ad supplementum legitimæ , se-
cundum *Cassan.vbi sup.nu.*18.cum
tunc dos congrua dicatur , quando
concurrit vsque ad legitimam, ita
in proprijs nostri statuti terminis
Grat.decis.27.num.9. nec potest da-
ri,vt sit minor legitima,vt per *Bart.
in l.si filius ff.de leg.3.Bald. in l.fin. C.
de dotis promiss Angel.cons.367. quod
incipit. Dom.Gregorius & Alex. cons.*
131. quod incipit *transmissum est,*
addentes ad *Ias. in l. huiusmodi , §.
cum pater in fin num.23. vers.& dic,
ff. de leg.1.* quod est contra *Artman.
Pistor. lib.2.quæst.iur.quæst.37. nu.17.
37 & 18.* dicentem , quod dos potest
esse minor legitima in hoc casu , vt
bona cōseruentur in familia, quam
opinionem multi impugnant,vt re-
missiuè loquitur *Dom.de Franch.di-
cta decis.44. num.3. & Reg. de Ponte
in tract.de potestat.proreg. tit. de suc-
cess.mulier.ante §.1. num.2. & 3.fol.
mihi.*306.sed si dictaret ius munici-
pale, siue statutum , vt extantibus
masculis fœminæ non succederent,
nulla facta mensione de dote,quod
barbaricum esset, nunc filiæ vigo-
re huius legis non sunt suæ , & per
consequens non possunt petere
supplementum legitimæ,si paruam
dotem habuerint , cum censeantur
ex hæreditate,immò nec minus quo-
tam partem legitimæ , prout nota-
biliter docet *Ias.in l.qui separatis 3.
num.8.C. unde liber. & Cassan. dict.
num.*18. & possumus dicere cum
*Gratian.dict.decis.19.num.39. & Co-
scia lib.2.resol.10.nu.88.fol.*73.quod
38 in hoc casu frater censetur extra-
neus,& quicquid dat sorori potius
ex sui cordis largitate , quam legis
necel-

necessitate concessum esse videtur, vero animo donandi. Dixi barbaricum statutum, quod impiè fœminas excludit, & ratione, ne reprehensione dignus sim, dum crudelius est contra, quæ magis auxilio, & miseratione dignæ sunt, & contra omnes humanas, & ciuiles leges, quæ natis, & parentibus non auferunt legitimam, nisi ex aliquibus iustissimis causis, immò nec præteriri, *vt*
39 si à testatore cum disponat vlla fiat mensio de liberis, nec de legitima eis debita, in pænam suæ inhumanitatis, ab intestato totum lucrātur patrimonium, annullando proteruum conditum testamentum, vt per *tex. in l. vnica, C. de portion. quæ lib. damnat. conced.* & latissimè dixi in *florilegio ad Rubr. de fideicomm. & ad Rub. de 4. seu legitima*, quod comprobauit *de Affl.* etiam super *const. vt de success. nob. lib. 3. num. 72.* cum huius legitimæ debitum adeo in mente iuris fissum sit, q̄ filios, nec p̄ renūciari posse, nec per statutum prohiberi docuerunt *Cassan. ad supra citatas consuet. Rub. 7. §. 2. in tex. du tres passo num. 14. & Vinius* per magis communem opinionem in *sua sylua opin. 813 à num. 5. ad finem*, & ad peius statutum inhumanitate repletum non posset tollere, nisi quotam & non totam legitimam, secundum *Pres. de Franch. decis. 618. in fine*, sicut videmus non posse, nec minus per patrem prohiberi, secundum *Rolandinum in 1. part. flor. cap. 29. num. 14.* de qua materia videas ad saturitatem *Bart. in l. Titio centum 69. §. Titio genero*, vbi addentes *litt. A. & B. ff. de condit. & demonstr.*

Et vnum nota circa hoc, quod est singulare, quod si pater habens filios, & filias; dixerit instituo, filios meos hæredes, quamuis appellatione masculorum veniant etiam fæminæ, vt latè diximus supra *cap. 2. num. 155.* nihilominus filiæ non videntur institutæ hæredes, vt optimè fundauit singulariter *Ann. sing. 90.* hac ex ratione, quod censetur dispositum esse per testatorem, secundum leges, & propterea cum lex Regni illas excludat, non debent dici vocatę sub inuolucro verborum.

Dubiū tamen magnum est, si pater dotauit, primā filiam cum optima dote, si alia parem non habeat, nec minus quoad legitimam, an sit minuenda prima, etiam constante matrimonio, & viuo patre, & post diffuse disputatum articulum affirmatiuè concludit *Gom. ad l. 29. Tauri à num. 34. vsq; ad finem*, & quid si filia non extabat, & post nuptias primæ, nata sit, tanquam inofficiosa reuocari possit, & tenet quod sic *Cons. Rocc. cent. 2. resp 98. per tot. fol. 344. & 345.*

Augetur insuper priuilegium mulierum circa bona dotalia constituenda, quod si extraneus dotat aliquam mulierem nulla facta pactione circa restitutionem tempore soluti matrimonij: dos data, donata censetur, *tex. est in l. vnica, §. accedit*, vbi *Salyc. C. de rei uxor. act. & l. fin. C. de iure dotium*, ac facit *tex. in l. si dotem marito 24. ff. eod. de iure dot.*
40 quam iurium dispositionem à fortiori procedere posse, & seruandam esse circa patrem & fratrem, fateri oportet, cum quibus concurrit naturalis obligatio, & sanguinis affectio, vt si dotauerint filiam, vel sororem nullo pacto adiecto de dotis restitutione, illa censetur donata, vt ex pluribus tenet *Menoch. de Arbitr. iud. lib 2. centur. 1. casu 88. num. 39. 40. & seq.* immò attenta nostra constitutione nuper citata, non poterit frater adijcere pactum, ne in totum sororis sit, sed ipsi restituatur, vt diffuso sermone cum magno doctorum cumulo, tenet *Io. Domin. Coscia lib. 2 resol. 10. num. 75. & 112.* & nos alibi diximus.

Sed nota hoc, quoad extraneum,

& est

& est doctrina *glos. in l. fin. §. vtramq; lit. D. C. de dotis promissione*, quod si extraneus ipse dotem promiserit, vt censeatur donata, vel non, videre est si habebat de proprio, vel non, vel si aliqualitèr vxoratæ negotia gerebat, quia si nupta habebat de suo, & extraneus, quodammodo ministrabat eius bona, & p̄sumitur, nil de proprio dedisse, sed tantùm de bonis illius eam dotasse, si verò mulier nil habebat, & censetur donata, nisi tamèn pactum fit illam esse restituendam, quod iure potest fieri cum quilibet rei suæ possit im-
41 ponere legem, quam vult, vt per *Io: Domin. Cesita in sua apologica 2. parte num. 67. fol. 145. tex. est in l. fin. §. filia. ff. de leg. 2. l. quoties 40. ff. sol. matr. l. vnica §. accisit, C. de rei vx. act.*

Sic etiam alio modo priuilegiatur dos circa restitutionem, quod si aliquid pro dote legetur, adiecta quātitate, siuè tenuis, siuè nulla fuerit dos per virum habita, tenet legatum, *l. cum scriptum esset 27.* vbi
42 *Bart. & l. fin. ff. de dote leg. & l. 3.* vbi *Bald. C. de falsa causa adiecta leg. l. quibus diebus 40. §. pen. & fin. in proprijs terminis ff. de condit. & demonstr. & §. sed si vxori*, vbi *Aret. & Mynsing. inst. de leg.* Nec obstat *tex. in l. 1. §. adeo. ff. eod. de dote pleg.* qui sic dicit. *Si dotem promiserit mulier, neque dederit, & decedens maritus vxori dotem prælegauerit, mulier nil amplius, quam liberationem habebit*, quia ex suis verbis constat diuersimodam causam esse, & varium modum legandi; etenim testator in *dict. §. adeo*, non reliquit dotem expressè certa quantitate, sed simpliciter, quæ cum non reperiatur per mulierem consignata, ratione incertitudinis, restitutionis, & animi disponentis redditur legatum inutile, cum quid restituendum sit, ignoretur, put latè dixi in meis institutionibus in *§. sed si vxori inst. de legat.* quod non ita est in *dict. l. cum scriptū esset, & d. l. 3.* quia ibi est specificata quantitas, & sic constat de mente testatoris, & de re certa legata, vnde si minus receperit, illud plus p̄sumatur donatum, si nihil, cēsetur illa quantitas expressa relicta, & habet vim legati, quod falsa demonstratione non vitiatur, cum de re constet, *§. huic proxima inst. de leg. l. 1. §. fin. ff. de dote pleg.* & sic cum constet de quantitate certa, licèr non sit recepta, legatum debetur, *tex. est in dict. §. sed si vxori*, vbi citati *DD.* &
43 *inst. eod. tit. de leg. §. longe magis.* Ibi si *Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus sum stichum do, lego. licet patrocinio eius liberatus non sit legatum, tamen valet*; prout etiam dispositum est in *l. cum aliena 10.* vbi *glos. & Alex. C. de legat*: vbi habetur legatum rei alienæ, etiam scienter vxoti factum valere contra *text. in l. vxor patrui 20. infra C. eod.* dum ibi non valuit legatum vsus fructus, eo quod fuit extinctus in vita viri testantis, prout plenè dixi *instit. de legat. ad §. non solum.* & propterea cum non constet in *dict. §. adeo*, nec de quantitate legata pro dote, nec de dote recepta legatum corruit ratione incertitudinis, & ita concordant præfata iura *glos.* tam in *dict. §. adeo* quam in *dict. l. cum scriptum esset*, ad quæ vide *Sard. decis. 285.*

Cumque circa hanc dotis, & legitimæ materiam nouus occurrisset articulus, quid ipse secundum meam sentirem opinionem hic adducere curaui, sed sub arbitratu iudicantium, dum consulentes liberi sunt ab omni scrupulo, nam eis data est facultas, quam cupiunt amplectendi, etiam vnius authoris sententiam, cum ille sit clypeus patrocinij, & tutelæ, quod in decidendo practicari minime potest.

44 Est itaque in dubio an filia prius dotata à patre pro consecutione sibi pro-

bi promissæ dotis præferenda sit secunda vxori dotem suam repetenti post obitum viri, patris dictæ filiæ.

Casus est, quod quis procreatis filijs cum prima coniuge, illa defũcta nuptui tradidit vnam ex filiabus, cui dotem promisit, sed postmodum eam non integram soluit, deinde ad secundas nuptias, pater deuenit, & habuit à secunda vxore dotem in pæcunia, pro cuius securitate in instrumento dotali, in specie obligauit quãdam domum, & in genere omnia alia bona: soluto matrimonio super pretio domus prædictæ, iam venditæ, concurrunt dicta filia pro consecutione dotis promissæ, & vxor pro recuperatione dotis traditæ, quætitur, quæ nam ipsarum præferri debeat?

Et prima facie pro filia videntur quasi iura aperta, eiq; faueri communem iuris regulam, quod conquassatis priuilegijs ex paritate rationis, vt dixit *Præs. Vincent. de Franch. decis.* 188. quam valde in hoc comendauit *Menoch. de Arbitr. Iud. casu 66. num.* 39. quo ad potio-
45 ritatem, quæ prior extat præferenda est, cum vires ratio ex anterioritate sibi assumat, iuxta *tex. in l.* 2. vbi *Bart. ff. qui pot. in pign. habean.* quod procedit tam in pignore, quam in hypotheca, secundum *Francis. Ripa in tit. de priuil. credit. num.* 5. *& Negus. de Pignor.* 2. *memb.* 5. *partis num.* 11. *& seq.* vnde cum anterior sit filia pro sibi dote promissa, cum nupsisset priusquam pater denuò in secundum matrimonium se collocasset, debet dici potior in iure, & preferri nouercæ doti: prout in simili casu duarum mulierum videmus; quod petentibus earum filijs super paternis bonis maternas dotes, attenta temporis prioritate liberi primi matrimonij præferendi sunt, vt
46 diffusè diximus supra *cap.* 3. *speciale* 4. *num.* 89. *& seq.* & faciunt optimè dicta *Reuerendiss. Episcopi Sperelli tom.* 1. *decis.* 54. *nu.* 20. *& Dom. Consiliarij Rocci tom.* 1. *responso* 88. *num.* 17 *fol.* 293.

Sed si per veros iuris tramites gressus speculationis dirigemus pro nouerca fatendum est, fauorabiliorem causam extare, & ne iura confundantur, præscire oportet, magnam extare differentiam inter dotem, quæ datur viro ab vxore, & dotem, quæ datur filiæ à patre. Prima dicitur vera dos, & tale suum proprium
47 nomen est, vt in *l. si rem æstimatam* 15. *ff. de iure dot.* & procedit, tam si detur ab vxore, quam à consanguineis, vel extraneis, iuxta *text. in l. vnica, §. accedit, C. de Rei vxor. act.* quem adducit *iuris Lexicon in verbo Dos est, quod datur, &c.* Secunda dicitur, & non dicitur dos, dicitur dos respectu mariti, quia quando
48 eum ducit, quicquid ipsi dat, vel promittit, dos nuncupatur sed non respectu patris dotantis, cum illud datum, vel promissum filiæ legitima sit, mutat enim speciem, & mutat nomen, sicut mutat statum; vnde cum diuersissima sit dos ista filiæ respectu patris à dote vxotis respectu mariti, vllam de vna ad aliam
49 fieri posse illationem, probat *Roman. singul.* 482. *num.* 1. *& Cacher. in in sua quæst. vnica post decisiones nu.* 17. *Sanfel. decis.* 78. *num.* 9.

Non negamus, quod dare dotem non sit debitum, & quod paternum non sit officium dotare filias, vt in *l. qui liberos* 19. *ff. de ritu nupt. l. fin. §. vtramq; C. de dotis promiss.* vbi *glos. vers. paternum, glos.*
50 *in l. obligamur* 51. *vers. lege, ff. de actin. & oblig.* & diximus etiam supra *num.* 25. sed hoc habet suos modos, & terminos à lege limitatos, vt dos ista, quæ debetur à patre loco legitimæ, & vsque ad eius quanti-
51 tatem regulariter subrogata sit, vt prætet adducta supra *num* 27. idem firmat *Tiraq. in l. si vnquam nu.* 112.

de Renoc. donat. verſ. ſuſceperit liberos, Cepolla conſ. 55. *num.* 21. *tom.* 2. *Bald. nouell. & Anton. Giub. de dote, iſte cap.* 3. *num.* 10. *& ille priuil.* 4. *in fine, Reg. Sanfelic. deciſ.* 27. *num.* 11. *ac Boer. deciſ* 62. *num.* 6. *& deciſ.* 104. *num.* 10. 11. *& ſeq.* quod non dùm procedit de iure communi, verum etiam de iure Regni, & conſuetudinario noſtræ Ciuitatis, vt per *Matth. de Affl. ſuper conſt. in aliquibus de ſucceſſ. filiorum, &c. nu.* 43. *de Franch. ad conſuetud. ſi moriatur aliquis. lit. D. fol.* 61. *& Franc. Milan. deciſ. Sicil.* 11. *num.* 51. *& ſeq. lib.* 1. ac diximus etiam ſupra *dict. num.* 27.

Quæ legitima non debetur, niſi deducto ære alieno, *l. Papinianus* 8.
52 *§. quarta* autem, vbi *Bart. & gloſ. ff. de inoffic. teſtam. §. cum autem ratio,* vbi *Aret. inſt. de lege falcid. Gratian. diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 198. *nu.* 18. dum illud poſtmodum, quod remanet, æs noſtrum dicitur, ſecundum *gloſ. in l. ob æs* 57. *lit. Q. C. de actio. & obligat.*

Et tempore mortis patris, cum eam in vita dare non cogatur, *l.* 1. *§. ſi impuberi in fin* vbi *gloſ. & Bart.*
53 *ff. de collat. bonor. §. item non aliter cum § ſeq. inſtit. de adopt. de Amato dict. reſol* 64. *eod num.* 5. *Rolandin. in prima part. flor. Rub.* 17. *de legitimis tantum liberis num.* 28 *de Franch. & addentes ad eum deciſ.* 133. *per tot.*

Vnde cum poſt paternam mortem ſortiatur effectum, ius tunc acquiritur, quando pater vita fungitur, vel ciuiliter moritur per monacatum, ſecundum *Roland. vbi ſup. num.* 29. quo tempore concurrente, ſecunda vxore pro ſuarum dotium recuperatione excludit filiam iura legitimæ petentem, cum pluſquam verum ſit dotem triplici nomine nuncupari. Primo dicitur legitima reſpectu patris. Secundo dicitur
54 dos reſpectu mariti, & Tertio dicitur patrimonium reſpectu mulieris, *Grat. deciſ* 235. *num.* 4. vt quando ſolutum eſt matrimonium, & dos reſtituitur, iſta mutat nomen in patrimonium viduę, iuxta terminos poſitos per *Iacob. Spinegel. in lexic. Iuris ver. dos legitima.*

Et ex his ſequitur, quod eſt irrefragabile, vt volens agere iſta filia pro dote ſibi promiſſa à patre, ſi poterat eo viuente perſonalē actionem exercere ad illum compellendum pro conſignatione dotis, & obſeruantia promiſſorum ipſo mortuo, non valebit hypothecaria ad dotem conſequendam vti; quia
55 cum ratione legitimę agere poſſit, pro legitima non datur hypothecaria, vt ex profeſſo tenet, & de communi teſtatur *Ripa in l. in quartam num.* 114. *col.* 1. *fol. mihi* 110 *ff. ad leg. falc. Dec. conſ.* 235. *col. penul. Alex. lib.* 3. *conſ.* 78. *num.* 3. latiſſimè *Peregr. de fideicomm. art.* 36. *nu.* 149. *fol.* 207. *col.* 2. *& deciſ. Rota Auenon. per Iure* 52. quamuis *Præſ. de Franch.* hanc opinionem referat ambiguam in *deciſ.* 374. *num.* 6. & proprius *nu.* 17. quæ actio, cum ex ſe competere non poſſit, ſi ea præſumeret poſſe talem filiam vti, eſſet practicanda diſpoſitio *tex. in l. ante omnia* 23. de qua meminit idem *Ripa ff. de probat.* ſcilicet, quod expreſſe in ſpecie pro tali patris promiſſione bona fuiſſent hypothecata, quam hypothecam ante omnia deberet probare, vt ex *Ripa ibid. & Peregr. dict. num.* 149.

Ceſſante igitur hypothecaria ex legis reſiſtētia, & cōcurrente perſonali ex obitu patris, contra quem benè valebat eam in vita exercere, dùm perſonaliter ſe obligauit filiæ legitimam dare, quæ & ſi debeatur in morte, cum hoc ſit fauor patris, poterat ei renunciare, eamq; in vita dare, vt per *Præſid. de Franch. deciſ.*
56 133. *num.* 2 cadit iſta filia ab omni iure nec aliquid prætendere poteſt, niſi ſuper eſſet in patrimonio paterno deductis oneribus dotis nouercæ. Immò

Immò dato,& non cõcesso,quod adesset ista hypothecaria pro causa dictæ legitimæ, siue datis impropriæ huius filiæ; concurrente secunda vxore pro dotibus suis,præfertur, tùm quia plus operatur ius
57 pro esse quęsitum,quam pro quęrendo, ageret namque pro damno euitando vxor repetens solutam dotem,filia verò pro lucro captando pro consequutione promissæ dotis,quo in casu,quando sunt pariter priuilegiate semper pręfertur, illa quæ pro damno agit vt optimè dixit *Dec.de regul. iur. in regula non debet* 41. secundum ordinem suum §. *in re obscura sup. num.*2. *& Hippolit.de Marf sing.*99. cum dubitari non possit,vxoris dotem contra virum esse in iure,vt ita loquar,priuilegiatissimam, dum statim post cõtractas nuptias, mariti bona, tam pro consignatis, quam pro promissis dotibus sunt tacitè hypothecata,*l.vnica*,§. *& vt plenius*, vbi *Bald. C.de rei vxor. act.* §. *fuerat*, vbi *glos. Bart & Ias.instit.de act.*idem *Bar.in l.assiduis num* 5.*C.qui potior.in pign. hab.& Azo.in summa*, *C. ne pro dote mul.in fin.*& latissimè diximus sup. *cap.*3 *special.*4.*n.*46.*& sup.c.*4.*n.*22.

Et cum in præsenti casu specialis hypotheca concurrat super domum,de cuius prætio contenditur, maiorem vim habet, sicùt euictio, quæ plus operatur expressè, quam tacitè,secundum *glos.in l. pacta con-*
58 *uenta.ff.de contr.empt.Consil. Theod. alleg.*3.*nu.*27.*Reg.Merlin. dict.tom.*1 *controuer.forens. cap.*35. *num.*20. *& Giurba decis.* 87. *num.* 8. ad excludendam filiam agentem pro legitima absque hypotheca, & quod dos vxoris magis potens magisque priuilegiata sit, quam filiæ legitima; hoc pro coronide dicam, quod si aliquid leget vir in testamẽto vxori, nõ intelligitur legatũ factum ad compensandas dotes restituendas, cum dotis priuilegia non possint confundi,sed prætèr legatum restituendæ sunt,vt optimè *D.Marc.in-fracit.num.*2.tamen si fuerit dos legata, exigibilitatem tantùm continebit cum etiam iure legati peti possit dum vsuræ dotis per dotis legatum,non videntur legatæ, iuxta singulariter notata per *Frãc.Crem. sing.*5 *num.*2. At si pater aliquid relinquat filiæ,illud videtur relictum pro causa dotis,siuè legitimæ, quæ ipsi debetur,ita post alios,in terminis tenet *Sperell. tom.* 2. *decis.* 176. *à nu.*54.*ad* 60.*& à n.*79.*ad* 80. & latissimè *D.meus R. Marc. recolendæ memoriæ tom.*1.*disput. for. disput.* 49. *in princ.* per *text. in l. si cum dotem* 23. *§ si pater ff.solut.matrim.Azo.in sum-*
59 *ma.cap.*17.*num.*150. prout etiam procedere respectu aui, qui si legat aliquid nepoti,in legitimam inputandum esse,docuit *Pasch. de patria potest.part.*2.*cap.*7. *nu.*17. quod ipse puto,si contemplatione ipsius neptis non sit factum legatum,iuxta terminos per mè positos in §. *fuerat de action.* & ex his (ni fallor) exclusa filia,nouercam præferri iure censendum est.

Sunt similiter priuilegiata bona mulierum, vt statimatque, quod sint effecta dotalia,confiscari non possint ob vxoris delictum in dam-
60 num,& præiudicium viri, ita *Cassan. ad consuetud. Burg. rubr.* 2. §.2. *nu.*5. immò nota, quod si in aliquo iudicio proferatur sententia contra vxorem, & maritus reperiatur possidere, ipsi minimè præiudicat, vnde non poterunt exequi bona dotalia ab ipso possessa, dùm decretum latum contra principalem debitorẽ non obest possessori non citato,*Costa de facti scientia,siue commun.vtriusq; Iud.regula* 9.*num.*2. 3. *&* 4. vbi *Bart. Surd.* & alios refert, prout etiam diximus ad paritatem seruandam supra *cap.* 3. *De mulier. vxor.speciale* 4. *num.*46. quod si veniret confiscanda bona mariti non

præiudicaretur dotibus, & iuribus dotal. quæ super rebus viri salua fieri debent cum tacitè circa hoc hypothecata sint, vt prætèr dicta in præcedenti *cap.4.num.*48. modò firmat *Cassan. Rub.* 4. *ad* §. 15. *num.* 1. 2. *& seq.* licet circa paraphernalia cõtrarium sentiat. Immò secundum eundem *Cassan. dict. Rub* 2. *eod.* §. 2. *numer.* 4. potest etiam propria authoritate apprehendere, & retinere bona viri confiscanda pro suarum dotium, & iurium securitate, & vbi consuetudo viget, vel statutum, quod bonorum mobilium acquisitorum durante matrimonio sit medietas mulieris, & medietas vi-
61 ri, vt in nonnullis locis Franciæ seruatur teste *Cassan. dict. Rub.* 2. §. 3. *in tex. Par traictic de mariage per tot.* illa medietas, quæ ad eum spectat non potest confiscari, quod etiam dicendum est de bonis donatis tẽpore osculi, immò, & à fortiori, ac de bonis iocalibus, & alijs ornamentis ad vsum mulierum destinatis, nec non de illis sua industria acquisitis, nam & si occasione viri dicatur acquisiuisse, hæc est fictio ad euitandum turpem quæstum, vt dictum est supra *cap.* 3. *special.* 6. *num.* 102. dum rei veritate propria mulieris opera acquisita sunt, & propterea, cum præualeat fictioni, veritas à rei confiscatione hæc bona immunia esse debent.

Paraphernalia postmodum bona sunt, dum spui etiam circa ea non procedere confiscationem in
62 præiudicium vxoris, quæ mulier secum defert domum viri, §. *si verò quasdam*, vbi clarè *glos. vers. proprias auth. de exhib. reis*, *de Affl. decis.* 44. *num.* 1. *Viu. in sylua comm. opin. opinione* 480. *num.* 4. dummodò non sint inuecta, vt accommodarentur viro, secundum *Iason. loco infracitando num.* 13. ea enim, quæ in dotem non constituuntur, vel marito non consignantur saltim ratione administrationis, vel custodiæ, tertiam faciunt speciem, & sic nec dotalia, nec paraphernalia sunt, vnde si post contractas nuptias passa sit, tam si prius ea habebat, si postea aduenerint ex aliqua successione constante matrimonio, vt maritus administraret, paraphernalia ista dici possunt, *Ias. in l. maritus citra num.* 12. *C. de procurat.* vbi etiã *Alex. Bar. & Bal. & Rapha. Cuma. cons.* 203. *cum alijs seq.* alias enim maritus illa administrate non posset, quia paraphernalia non videntur, quo in casu gubernante viro, non dum ipse, sed hæredes eius tenentur, non solùm ad restitutionem bonorum principalium, sed etiam fructuum extantium, & consumptorum, si tam non probetur consumptos esse in commune commodum, vel ab vxore expressè fuisse remissos, prout vidi practicatum à quadam mea clientula cum filijs suis, quæ voluit sibi rationem redi de omnibus bonis istis administratis per patrem eorum, & eius virum: de hoc est doctrina *Iason. vbi sup. num.* 14. *&* 15. qui multos refert, alias enim semper, quod de his non constaret ad computa redenda, teneretur vir, & successores eius, vt ex *Dom. Reg. Merlin. tom.* 2. *controuer. for. cap.* 92. *num.* 17. tamen eorum bona non sunt tacitè hypothecata pro dicta administratione, & præcipuè in præiudicium aliorum creditorum anteriorum, nam licèt paraphernalia gaudeant ijsdemmet dotis priuilegijs, vt per *Iason. vbi sup. dict. num.* 14. *& Viu. dict. opin.* 480. *num.* 6. nihilominus quoad tacitam hypothecam, vllam fouent prærogatiuam, est ratio, quia cum sit fauor Reipublicæ, vt mulieres dotem habeant, sufficit eis cautas esse pro suis dotibus, adhoc, vt possint per eas semper habere virũ, & vnde viuere, sed non circa reliqua, nec minus voluit ipsa dare in do-

tem,

tem, quasi essent superflua, & propterea non est iustum, vt pro earum
63 deterioratione præferantur alijs, quibus seruanda est iuris regula in *l.2.vbi Bar.C.qui pot.in pign. hab.* & tradidit *Ripa in tit. de priuil. credit. num.5.ac Neguf.de Pignor.2.membro quintæ partis num.11.& seq.* & diximus etiam supra *cap. 3. speciale 4. sub num.87.* & si ipsa fraudolenter, & malitiosè noluit viro in dotem dare, vt fructus suos sola faceret, & fuisset dictorum bonorum absoluta domina, ei imputandum est, dum potest dicere cum, *Petr. cap.2. triump. amor.*

Et io de l' error mio ministra fui; cum satis aperta sit sententia, *l.1.§. ideò.ff.de doli mali except* quod fraus nemini prodest, de qua administratione paraphernalium, præter in-
64 dicata, & de nulla viri in eis authoritate, vide *Cassan.dict.Rub.4.§. 5.num.50.51.& seq.*

Et hæc ad differentiam bonorum dotalium, de quibus diximus supra *cap. 3. spec. 4. num. 6. & cap.4.num 66.* virum dominum dici, & in eis habere potestatem, sed sicut demon habuit in Iob. salua tamen anima, nempe substantia, immò cum sit vxor sub eius dominio, sicut filius sub dominio patris, potest omnia facere pro vxore sicut pater pro filio, *Cassan.vbi sup.nu.42 & 43.* & sic agere, & comparere in iudicio, eamque tueri, cum in hoc sit persona plusquam legitima, *l.aut*
65 *qui aliter 5.§.sed & seruius*, vbi *glos. ff.Quòd vi aut clam. l. maritus supra citata 21.* vbi *Alex. & Iason. num.1. C.de procurat.* *Bald.de Angel.in l.cum rem num.2.& 3.C.nuper citato tit.* de quo etiam supra *cap.1.sub num.102.* sed cum hac præheminentia non poterit præiudicare vxori, sicut non potest vxor marito, ita quod si non soluerit forsan canonem debitum ex re dotali, non officit vxori, vt res incidat in commissum, si tamèn illa data non sit æstimata æstimatione, quæ facit emptionem, quo in casu cum damnum, & lucrum sit mariti debet curare canonem soluere, alias enim incidit in commissum, & ipse tenetur ob negligentiam ad prætium vxori, vt per *Costā de facti scientia inspect. 51.*
66 *num.4.* & in dubio, semper, quod dos æstimata datur, dixit per eam.
67 emptionem induci *Socc.sen.in l. ex conuentione, C.de pact. num.3.* vbi addentes, qui portant eundem *Soccin. cons. 63.* ac ex abundandi dictum est supra *cap.3.speciale 4.num. 97. & seq.* Et nota, quod maritus non solùm potest agere, & tractare negotia ordinaria pro vxore, immò etiam ea, quæ requirunt speciale mandatum, *Ias.vbi sup. num.8.* tamen, quando maritus est filius familias, ā agere possit in iudicio pro vxore eiusque negotia gerere citra
68 patris consensum, est magna quæstio, pro qua adeas *Cassan. ad superius citatam Rub. 4. §.5. num.37. & 38.& Dom.Consil.Marcell.Marcian. cons.12.num.25.vol.1.* dico tamen ego, quod quando sumus in locis, in quibus filius familias per nuptias exit à patria potestate, vt est in Sicilia teste *Giurba decis. 43. numer. 20.* & in alijs regionibus, vt diximus supra *cap. 1. numer. 36.* Vel fuerit maior anno 25. quia stante tam matura ętate toleratur,
69 quod paternus consensus non sit necessarius in agēdo, vt dixit *Alex. cons.59.incip. Viso processu causæ col. 2.vol.2.* pro quibus negotijs gerendis, & si vir non possit petere mercedem, cum non sit conueniens, vt
70 qui est dominus tractetur, vt famulus, valet tamèn apud se retinere, vel recuperare expensas necessarias, quas in illis facit, & si erogentur pro bonis dotalibus recuperandis, & in casu restitutionis, minuunt quoque dotem, ita *dictus Costa de facti scient.cent.2.dist.57. in fin.*

Tamen licèt hæc vera sint, nihilominus nõ poteſt exigere debitũ, licèt habeat authoritatem cogendi debitores bonorum paraphrnaliũ, dum non haberent cautelam idoneam pro quietatione, & liberatio-
71 ne debiti; & ſoluentes malè ſoluunt, etiam ſi minor eſſet vxor, iuxta *text. in l. cum maritum* 11. *G. de ſolut. & liberat.* eſt ratio, quia agendo facit meliorem conditionem vxoris, ſed exigendo, & recuperando, poſſet reddere deteriorem, vt in terminis docet *Caſſan. dict.* §. 5. *num.* 48. & 49. *Viu. dict. opin.* 480. *num.* 2. ſi tamen feudalia non ſint bona prędicta, quo in caſu quãuis expreſſè committeret viro ſuorum bonorum adminiſtrationem; non venit gubernatio feudalium, ita *Liparul. ad Iſern. in cap. imperialem num.* 71. *in fin. verbo, vbi verò fieret in fraudem De prohibita feudi, alia per Feder.*

Sicùt etiam videmus, quod vir non poteſt eſſe curator bonorum vxoris, quia ſi malè ſe gereret propter affectionem, ei remitteret mulier, *l. maritus* 2. vbi *gloſ. G. qui dare. tutor. vel curat. poſſ. & de Franch. deciſ.* 348. *nu* 5. & propterea eod. modo non debet admitti ad exigendum, nam cum exactum vxori non reſtituat, illud relinquendo vxor, ſemper remaneret defraudata.

Habet mulier, & aliam ſpeciem bonorum, quæ legibus conceſſa, eſt in *auth. præterea*, vbi *DD. C. unde vir. & vxor.* & præcipuè *Bart.* cum addentibus ad eum, qui omnia ferè tangunt, qua prouiſum eſt, vxorem poſſe in quartam partem bonorum
72 viri ſuccedere, vt diximus ſupra *cap.* 3. *ſpeciale* 4. *num.* 34. & meminit *Marcell. Marcian. tom.* 1. *conſ.* 29 *nu.* 5. ſed tunc quando matrimonium eſt contractum, ſine dote, licèt *Grat. tom.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 20. *num.* 2. dicat parum obſtare, ſi hoc non probetur, quod mihi non placet, dum ſi dotem habuit, & ſi parua ſit, quarta ceſſare debet, cum ceſſet ratio dictæ *auth.* ſicut videmus non competere vxori quartam, ſi patrem diuitem habeat, cui dotandi onus incumbit, *Paſch. de vir. patria poteſt. part.* 4. *cap.* 10. *num.* 25. quem circa hoc vide *num.* 16. 17. & *ſeq.* & hoc ne vxor maritata ſine dote poſt viri mortem indotata pauper remaneat, & priua ſubſidio cogeretur turpitèr mendicare, & filij ſint tres, aut infra, nam ſi plures, vlla habita conſideratione de quarta, ſuccedit in virilem, quo ad vſumfructum tantùm, ſalua liberis proprietate, vt in dicta *auth. præterea deſumpta ex, Si quam vero, auth. de exhib. reiſ.* & meminit *Camp. in cap. Regni mulier dotarium num.* 22. *de dotar. &c. & de Franch. deciſ.* 621. *num.* 3. vbi dat differentiam, ſi liberi ſint primi, vel ſecundi matrimonij, optimè *Azzo in ſumma C. collatione* 8. *Vt liceat matri, & Auia nu* 4. *fol.* 1277. *Mynſing. lib.* 3. *inſt. in hoc loco de ſucceſſ. cognat. num* 5. *fol.* 328. & hoc in locum donationis propter nuptias, quæ & ſi conſideretur, ſecundum dotis qualitatem; quando dos vlla datur, quia inops mulier eſt, *hac auth.* conſulere curauit mulierum neceſſitudini, ne in omnibus, & per omnia deſtitutæ remanerent in ignominiam coniugij, & hæc donatio diuiditur, & terminatur, iuxta morientis qualitatem, cum non poſſit præfigi, ſecundum dotis conſtitutæ quantitatem, & ſi aliquid à viro vxori legatum fuerit, minus quarta, ſupplementum habebit ſicut filius quando minus à patre ei relin-
73 quitur legitima, vt in præcitatis iuribus, hæcque quarta adeo eſt de iure debita, quod à teſtatore in teſtamento minime poteſt prohiberi, vt latè *Viu. in ſua ſylua*, quem in hac materia videre non omittas in *opinione* 1055. *numer.* 9. vbi eandem quartam, vt ſeruetur paritas deberi viro pauperi, quando vxor eſt

est diues affirmat in fine, & vide
Alex. Trentecinq. cons. 60. num. 14. ad
finem part. 1.

Sed vt aliquid particularis spe-
culationis circa hoc annotemus,
74 scias, quod in isto casu debetur
quarta prædicta, quando scilicèt
mulier sine dote reperitur ex viri
voluntate, nempe si eam amore di-
ligebat, & de dote non curauit, sed
tantùm maritali affectione duxe-
rit, & ita probat mihi *tex. in §. quia*
vero legem il 2. auth. vt liceat matri,
& auia. Ibi *vt si quis vxorem ali-*
quando, sine dotalibus acceperit cum
affectu solum nuptiali, & sequitur in-
fra per alia verba. §. *Si quis indota-*
tam vxorem per affectum solum acce-
perit, &c. de quo bene *Oliuer. Tex-*
tor. de success. ab intest. nu. 110. & seq.
fol. 611. Et hodie, vt plurimum ob-
seruatur, quod quando quis dile-
ctionis causa vxorem ducit tẽpore
nuptiarum, vt tuta magis sit, eam
congruentèr dotat, & in isto casu
dotem tantùm accipit, nulla de
quarta prædicta habita ratione,
dùm priusquam duxisset, dotem as-
signauit, qua debet remanere con-
tenta, nec quid vltra aliud petere,
vel si confessus fuerit dotẽ accepis-
se tẽpore matrimonij, iuramẽto in-
teruueniente, vt latè diximus supra
cap. 4. num. 98. cum per diuersa sic
dotem constituisse videatur, quo in
casu, cum præsumatur animus do-
nandi quantitatem dotis confessa-
tam, est illa vxori restituenda, vt
post disputatum articulum repro-
batis in contrariũ argumentis, con-
cludit *Fachin. lib 8. controu. iur. cap.*
77. per tot. At quando mulier non
non fuit ducta maritali affectione
nuda, & infans, sed cum dote ad
credentiam, si dotem promissam
non habuit, vel quia noluerunt
eam viro soluere, & assignare, vt in
dies euenit, vel quia virum volue-
runt decipere cum magna promis-
sione, iuxta illud.

Prometter e, & non dare.
Non lasciar figlie à maritare.

Nunc non potest dotem repe-
tere à marito, & suis hæredibus,
quia eam non tradidit, & nec mi-
75 nus antefatum, nisi fuerit promis-
sum cum clausulis alibi in hoc trã-
ctatu notatis, supra *cap. 3. speciale 4.*
num. 98. si tamen incuria viri dos
non fuerit recuperata, secundum
Præs. de Franch. decis. 242 (dummo-
dò id non fecerit causa obseruantię
erga parentes, vt idem *Præs. ubi sup.*
& Ricc. ad eum, & Costa de facti scien-
tia inspect. 51. in fin) quo in casu te-
netur etiam ad antefatum, siuè do-
tarium, dum negligentia viri ad re-
cuperandam dotem non debet vxo-
ri esse nociua, ita in terminis *Ari-*
mar. Pist. lib. 1. quæst. iur. quæst. 5. nu. 8.
ea ex ratione, quia quãdo per quem
stat, ne actus fiat, pro Ficto habetur
in eius præiudicium, ad *text. in l. si*
ideo 55. vers. præsenti ff. de euict. Grat.
discept. forens. cap. 851. num. 8. & di-
ximus supra *nu. 13* à fortiori, quan-
do culpa pro dote recuperanda ab-
fuerit, non poterit quarta peti,
dum cessat rationis impulsus, &
causæ finalis, effectus per quem
disposuit lex eam vxoribus dari, &
76 si interdicitur petere suũ, quando
illud non tradidit, tanto magis non
potest petere alienum, & est opti-
mus iste intellectus dictę *auth. præ-*
terea, C. unde vir & vxor. & dict. §.
quem verò, auth. de exhib. reis. alias
enim esset summi ponderis matri-
monium; non habere promissam
dotem, & ad quartam teneri.

Et ex his colligimus donationem
propter nuptias, & si promissa nõ sit
77 à viro, ipso iure constituta vxori vi-
detur, iuxta dotiũ quantitatẽ, secũ-
dũ aliquorũ opinionẽ, *de sup. c. 1. spe*
cial. 4. n. 128. vt per *D. Reg. Capyc. La-*
tro decis. 63. num. 7. vbi nu. 8. distin-
guit ius commune à iure consuetu-
dinario, & si promittitur expresse à
viro, vel ab alio sortitur debiti
effe-

effectum, etiam donataria vxore præmoriente, secundum addentes ad *Neap. in consuetud. si qua moriens de muliere habente filios lit. G. fol. mihi 196.* tamèn quando sumus in dote confessata tantùm, puto prædicta non procedere, dum non gaudet
78 verè priuilegijs dotis, nam si accessorium sequitur naturam principalis, *cap. accessorium 42. de regul. iur. in 6.* dum non adest principale, quod est dos, non potest dari, nec minus ista donatio, quæ est doti accessoria, fictio, enim confessionis non potest præualere veritati, non traditæ dotis.

Ex prædictis igitur poterit aperte firmari, quod dum quarta debetur vxori in bonis viri, nec alimo-
79 nia, nec quid aliud potest prætendere super hæreditate mariti, nisi in casu quando fuerit relicta domina, & patrona, prout latè diximus supra *cap. 3. speciale 4. de mulieribus vxoratis à num. 36. vsq; ad num. 43. vers. Et quod si fuerit conditum testamentum.*

Sed vtrum quando debentur alimenta vxori viduæ, vel quia relinquantur à viro, vel quia sic aliqua consuetudine cautum sit: bona viri sint pro illis tacitè hypothecata? & in hoc articulo pro parte negatiua vis argumenti est, quod cum iure
80 cautum non reperiatur bona mariti pro vxoris alimentis esse tacitè hypothecata, non est censendum tali obligationi subiacere posse, est quidem hæc controuersa quæstio inter DD. & licèt pars negatiuè, quasi communior videatur, quę dicit non esse hypothecata, æquior tamen, & verior est in contrariũ, vt videri poterit apud *Bart. in l. cum dotem 23. §. sin autem in sæuissimo nu. 7. ff. solut. matrim. in l. lucius 12. num. 4. ff de alim. & cibar. leg. & in tract. de alim. propè finem, Alex. part. 4. conf. 56 num. 7. de Affl. decis. 10. num. 3.* & vide ex abundanti ad quæstionem *Ripa in l. priuilegia num. 10. ff. de priuileg. credit. Negusant de pign. 1. membro 5. part nu. 11. & Ias. Ang.* & alij quos adducit *Oin. in §. fuerat de act. num. 40.*

Suntque bona, vel nostra, vel mulieris, alio priuilegio decorata,
81 quod magnum est, vt in isto casu non sistant sub legis dispositione, nempe vt libera sint, & alienari possint, dato quo vinculata, & fideicommissata reperiãtur, tã pro dote dãda, quam pro dote restituẽda, cõtra *text. in l. fin. §. nemo itaq. C. commun. deleg.* qui correctus inde fuit per *auth. sequentem* ibi positam *Resqua*, cuius verba cum necessaria sint, volui hic ea transcribere pro rei claritate maiori, & sunt. *Resqua subiacent restitutioni prohibentur alienari quidem, vel obligari, sed si liberis portio legitima non sufficit, ad dotis, siue donationis propter nuptias obligationem permittitur res prædictas in eam causam alienare, vel obligare pro modo honestati personarum congruo. Ea enim, quæ communitèr omnibus prosunt ijs, quæ specialiter quibusdam vtilia sunt præponimus*, quod probat *Pasch. de patria potest. part. 2. cap. 7. num. 78.* Ratio est fundamentalis huius prærogatiuæ causa publica, nempe, vt mulieres sint dotatæ cum hoc reip. interfit, iuxta *tex.* dispositionem in *l. 1. ff. solut. matrim.* & nos hic supra diximus *num. 69.* & sic utilitas communis præferri dicti particulari, *l. 3. C. de Primipilo lib. 12.* & habetur *in dict. auth. resqua*, per illa verba .s. *Ea enim quæ communiter omnibus prosunt, &c.* & hanc partem tutantur *Did. Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 6. num. 10. Villalob. comm. opinion num. 38. lit. B. Menoch. de Arbitr. Iud.* ubi plures congerit authores *casu 182. numer. 69.* latissimè *Philipp. Paschal. supracitato loco, Costa de facti scientia inspect. 57. numer. 8. & centur. 2. distinct. 82. num. 1. Mastr. decis. 265. num. 21.*

est ta-

est tamen uerum, quod *Reg. Rouit. in cons.* 41. *num.* 19. *vol.* 1. dicit, hoc etiam vltimum extremum, nam si aliunde potest dos constitui, non sunt danda bona fideicommisso subiecta subdens, *numer.* 20. quod si mater aliquid habet, ipsa potius cogenda est ad dotem filiæ dandam, quam ad tangendum fideicommissum, & sic debet stare in subsidium pro casu necessariò.

Sed difficultas est, quando repugnat expressa testantis voluntas, 82 quæ voluit, non deberi alienari bona sua, etiam pro causa dotis, vel alia consimili.

Et in hoc est duplex opinio; affirmatiua, quod adhuc alienari possunt non obstante repugnantia voluntatis defuncti; & negatiua de directo contraria.

Primam secuti sunt *Iaf. in dict. auth. resqua num.* 31. *vers. Decimo extende, Bald. nouell. de dote part.* 6. *priuileg.* 13. *num.* 2. *Peregrin. de fideicomm. ff. art.* 42. *sub num.* 6. *vers. contra vero, & num.* 9. *vers non ergo vniuersaliter, Pater Molfes. super consuetud. Neap part.* 3. *quæst.* 1. *sub num.* 42. *Guid. Papa decis.* 96. *num.* 10. & ex professo sic concludit *Surdus decis. Mantuan.* 62. *per tot.*

Secundã verò amplectitur *Curt. iunior. in dict. auth. resqua num.* 36. *Crot in l. filius famil.* §. *diui num.* 59. *ff. de leg.* 1. clarè *Tiraquell. in tract. de nobil. Rub. de iure primogeniorum quæst.* 61. *num.* 7. *Ludouic. Molina de Primog. Hispan. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 11. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 189. *num.* 117. *Rot. Roman. decis.* 526. *num.* 1. *part.* 1. *& Milan. decis.* 7. *à num.* 47. *ad* 49. & alij quos non recenseo, tam pro vna, quam pro altera parte, cum non sit ne-83 cessaria DD. progressio in infinitum. Ratio istorum est, quod cum quilibet sit rei suæ moderator, & arbitrer, *l. in re mãdata* 21. *C. mandati*, potest imponere legem, quam vult in rebus suis, & vti lex seruanda est, per *text. in* §. *disponat, auth. de nuptijs.*

At ipse primam sequor opinionem, tanquam magis fauorabilem, & rationabilem: Fauorabilis, dum prouidet necessitati, & honori mulierum, vt conseruari possint in decore, melius enim est amittere bona, quam honorem, qui honor debet esse semper causa vltimi finis hominum; ad quid præcipit testator fideicommissum, non ad aliud, nisi quod bona seruentur in familia pro illius decore? & si mulieres pauperes nõ haberent, quomodo virum ducere, & ab honore migrarent, esset ne decus familiæ? tuum sit iudicium, qui Mundi pericula noscis. Rationabilis; quia si testator submittendo bona sua fideicommisso, respexit tantùm eius familiæ priuatum commodum; potentior est causa publica, quæ respexit ad commodum mulierum, vt honestè, & honoratè viuerent, & filios legitimè in Reip. seruitium procrearent, debet enim publica commoditas priuati præferri, vt dictum est supra, & propterea alienanda bona fideicommissata, & prohibita alienari à testatore pro dote in vtilitatem publicam, ad quæ vide *Costa de facti scientia centur.* 2. *distinct.* 82. vbi dixit in fine 84 dari etiam mulierum maius priuilegium, nempe optionem, & electionem agendi, vel contra alia bona mariti alienata in tertios possessores, vel contra bona vinculata sub fideicommisso, ne duriorem viam per excussionem experiantur cum facilior eis concedenda sit, vt suas dotes consequantur.

Et hæc sufficiant pro complemento priuilegiorum mulierum, quæ coaceruare, vt potui, malui biennali studio licèt interpellato labo-

labore potius nocturnis,quam meridianis lucubrationibus:tunc quādo permittebat professionis nostræ interuallum cum vacare fori negotijs,haud possibile est vltro, quā causarum currentium quęrere metam,& fateor, quod hos sum labores amplexus ad delinendum animi tristitias, quas in dies patimur, & experimur in negotiorum patrocinijs, & hæc fuit mihi applicatio summi solatij;cum didicerim,quod ignorabam in tam vtili materia *Petrarcha* sententiam.

Altro diletto,ch'imparar non prouo. & tantò magis cum sperem gratam esse lectoribus, & Reipublicæ vtilem non minus, quàm necessariam, & possum dicere cum *Alciat. in commento ad emblema* 36. quod cum hac spe deuoraui molestias legalis scientiæ professionis,satis acerbas, etenim studij applicatio est remedium opportunum pro sanandis vulneribus quibus feriuntur infelicissimi Doctores,nam saltim non sic egrè ferunt, quod patiuntur, dum distractio mentis tollit animi passionem, & cordis motum. Fidem faciat de hoc ille, *Peritissimus Iurisconsultus Fabius de Anna*, per hæc verba in suo testamento descripta sub die

85 25.Septembris 1604.*manu Notarij Anelli Auriuola*,in quo instituendo hæredem posthumum, sic ait. *Item voglio, ch'in caso nascesse masculo non si faccia Dottore, perche non voglio, che patisca li minispretij,trauagli,flagelli,struppij,studij, & inuidie,che patiscono nella professione,massime quello,che hò sofferto io, mà attenda altre virtù*, & tamen iste fuit doctrina, & authoritate suo tempore præclarissimus, ita quod meruit inter Regios creari Ministros huius nostri Sacri Regij Consilij, & reuera, quid peius, quid crudelius, & quid acerbius, quam assiduè controuersari cum Actuarijs, & Scribis, quorum labia

86 semper spuunt mendacium, vt ex *Ierem*.8.*sup.litt.D*. Ibi *stilus mendax Scribarum*,& lucrandi ansa est insatiabilis decipiunt amicum pro vno nummulo,& rarò quod promittunt obseruant;cum nuncijs, & alguzerijs? qui primum uotum,cum officium exercere incipiunt emittunt parentes non cognoscere, & compatrem prodere; quibus cum benefeceris, & lucrum dederis pe-

87 iores fiunt, vt dixit *S. Ignatius Mart.* cum ad bestias ferebatur, & legitur in suis lectionibus ordinarij officij prima die Februarij in *secundo nocturno* per hæc verba. *A' Syria, Romam vsq; terra marisque, cum bestijs depugno, noctu diuq, alligatus decem Leopardis qua est militaris custodia, qui, & si beneficio affecti peiores fiunt.* Cum iudicibus,& ministris, qui quot sunt, tot diuersas gestant qualitates, & nescio si merentur vocari boni viri, secundum *sext. in l vir. bonus* 18. *ff. iudicatum solui*, *l.si societatem 6. & l. societatem* 76.§.*arbitrorum,ff.pro socio, de Aflict.decis.*178. *numer*.12. *& decis*. 371. *numer*. 9. licèt hac nostra tempestate experiamur optimos magistratus, & forsan hucusque pares eis non habitos; & tandem cum clientulis, qui nec modum nec finem negotiandi, sed tantùm expensarum habent ad præmia, & labores nostros, & qui minus munera tribuit arrogatior; istorum insolentiæ sunt intolerabiles, putat quilibet tantùm suum negotium esse præmanibus, nec de alio fatur semper eandem defatigatis auribus cantilenam repetendo, non exeogitando, quod oportet paulatim,& sigillatim omnibus satisfacere,nō parcunt hi,nec temporibus nec accidentibus, semper enim te integrum volunt æstiuo,& hyema-

li

li tẽpore, diebus feriatis, & festiuis, de mane de meridie, & de vespero ita quod, vita nostra est continua militia, vt dixit *Iob. cap.* 7. & tanquam ad labores nati, secundum eundem *Iob. cap.* 5. nec in cubile quietem, nec in mensa saporem degustamus oportet pro causarum defensione illicò post commestionem egredi per frigora, & per calores ambulare, ita quod vitam infelicissimam ducimus pro aliorum necessitatibus, parum nostris consulendo rebus pro propriæ animæ salute, dum vt Mundo seruiamus Patrem nostrum destituimus, quem flexis genibus humilitèr exoro, vt mihi lumen, & vires tribuat, vt ipsi soli complaceam, & seruiam, vt ipsum solum quæram, vt ipsum solum inueniam inter Choros Angelorum, cum Beatissima Virgine Maria, & Sanctis omnibus, quibus sit laus, honor, & gloria per infinita sæcula sæculorum. Amen. Neapol. die 29. Iunij 1652.

F I N I S

INDEX RERVM

In Opere Contentarum.

A

ABortum procurantes mulieres, qualitèr puniantur. cap. 1. nu. 146.
Absoluere potest quilibet Sacerdos constitutũ in mortis articulo, etiã nõ approbatus ab ordinario. cap. 3. spec. 7. n. 107
Absolutio à peccatis data quomodo intelligatur, quo ad culpam, vel quo ad pœnam. cap. 1. nu. 221.
Absolutio iuramenti in contractibus semper est obtinenda ad finem agendi, cuius formula demonstratur. cap. 4. nu. 152.
Abbatissa potest retinere dignitatem cum administratione. cap. 1. nu. 241.
Abbatissa, an possit excommunicare. cap. 2. nu. 33.
..An possit absoluere ab excommunicatione. nu. 34.
..Reuerendissima nominari debet. ib. nu. 44.
..Feudataria potest exire è monasterio præstandi causa iuramentum fidelitatis, sed quando. cap. 3. special. 9. n. 43.
..Cuius debeat esse ætatis. ibid. nu. 7. & 60.
..Non potest esse vltra triennium. ibi. nu. 64.
..Non potest velare moniales, sed bene loci ordinarius. ibid. nu. 19.
Abbatissarum electio, vt canonica sit, quæ seruanda. ibi. à nu. 60. ad 65.
Actio patriæ potestatis extincta, amplius non reuiuiscit. cap. 1. nu. 48.
Actio in factum datur aduersus vxorem, constante matrimonio. cap. 2. nu. 58.
Actio ad exhibendum, non tantum datur contra principalem, sed etiam contra hæredem. ibid. nu. 58.
Actio ex stipulatu competit ex simplici dotis promissione, quæ trahit secum hypothecariam. cap. 3. spec. 4. nu. 76.
Actio hypothecaria, an detur nurui in bonis socrus. cap. 4. nu. 27.
..Recuperandæ dotis spectat ad virum, eiusque hæredes, sed potest etiam cedi vxori. ibid. nu. 84.
..Ex stipulatu datur tam pro dote danda, quam constituenda, dum vxoria nõ non est in vsu. ibid. nu. 85.
..Et quæ sit ratio, quod non detur actio rei vxariæ. eod. nu.
..In rem datur pro donatione propter nuptias. ibid. nu. 87.
..Pro dote, an detur ex simplicibus capitulis matrimonialibus. cap. 3. spec. 6. nu. 75.
..Ex stipulatu, & si competere possit mulieri, quando dat viro fundum æstimatum in dotem, nihilominus, habet quoq; actionem ex empto, quæ fortior est constante matrimonio, postea verò debet vti actione ex dote, quæ est maioris prærogatiuæ. ibi. nu. 89.
..Ex stipulatu pro dote recuperanda non competit mulieri, quando sua culpa dotem amisit. ibid. nu. 108.
Actori eligenti iudicem ordinarium, potius statur, quam reo eligenti M. C. cap. 3. spec. 6. nu. 44.
Actus pro non facto haberi non potest, etiam apud Deum. cap. 3. spec. 2. nu. 2.
Actus ciuiles, non alitèr euertuntur, nisi modo, quo fuerunt celebrati. cap. 2. nu. 97.
Actuarij, & scribæ tenentur ire domum mulierum ad capiendam earum depositionem, iuramentum, vel alium actum exercendum. cap. 1. nu. 161. & 163.
Accessorium sequitur naturam principalis. cap. 5. nu. 78.
Accusare hodie quis potest non obseruata pœna talionis, sed vbi, si, & in quantum obseruetur. cap. 2. nu. 106.
..Possunt mulieres virorum occisores, & præferuntur filijs. ibid.
Accusans mulier aliquem calumniosè, punitur. ibi. nu. 107.
Adiutorium tenentur dare vassalli pro priuigna feudatariæ, quando feudum dedit viro æstimatum. cap. 3. special. 4. nu. 101.
..Tenentur dare vassalli, tam pro filia maritanda, quam pro filia monacanda,

sed quando. cap.3. special.9. num.33.
..*Quod debetur baronibus à vassallis, an sit dandum pro secularibus effectiuis, vel pro illis impositis in taxa per Regiam Curiam.ibi.nu.34.*
Adoha hodie à feudatarijs soluitur loco seruitiorum. cap.2.nu.31.
Adoptatus, quando transeat in potestatem adoptantis. cap.3. special. 10. sub nu.3.
Adoptare nisi possunt mulieres, valent tamen adoptari.ibi.sub nu.6.
Adoptati beneficia, quae. ibid. num.7. & seq.
Adoptant tenetur alere adoptatum. ibid.
Adoptatus, an succedat agnatis adoptantis ibi.sub nu.9.
Adoptio quid sit.dict.spec.10.nu.1.
Adoptio, sicut legitimatio non potest fieri per procuratorem.ibid.nu.5.
Adulter, non potest ducere adulteram in vxorem, nec eam instituere haeredem, sed potius succedit fiscus. cap.1.nu.16.
Adultera non potest amplius virum ducere, si suo adulterio matrimonium separetur, sed maritus sic.ibi.nu.18.
Adulterium, an dici possit si sponsa sponso fregerit fidem.ibi nu.22.
Adulterium quando sit mixti fori.ibid. nu.27.
Adulterium est si vxor secundo nubat viuente primo viro; & adulterij poenae subest.ibi.nu.34.
Adulterij poena non plectitur, qui mulierem vxoratam cognoscit. cap.3.spec.7. nu.9.& 67.
Adultera ducens adulterum in sponsum, non potest amplius de adulterio accusari.cap.3.spec.10.nu.22.
Adulterium, vt tale sit debet habere validitatem matrimonij.cap.4.nu.112.
Adultus aequiparatur pupillo, & tanquam pupillus prohibetur bona sua alienare. cap.3.spec.2.nu.5.
..*In quibus pupillo aequiparetur, & in quibus non.ibi.nu.7.*
..*Carens curatore, si stipuletur, valet stipulatio, sed si laedatur habet restitutionem in integrum.ibi.nu.9.*
Aes nostrum, quod dicatur.cap.5.nu.57.
Aetas minor in muliere circa legata alimentorum, quae cap.1.nu.7.
Aetates quot sint.cap.3.spec.2.nu.3.
Aetas hominum florens, quae.ibid.
Aetas probatur ex aspectu.ibi nu.6.
Aetas hominis potest currere vsq; ad ventum viginti annos. spec.9.nu.10.
Affinitate finita, cessant iura pro affinitate inducta.cap.3.spec.9.sub nu.50.
..*Contrahitur etiam ex damnato coitu, sed quomodo.spec.7.nu.46.*
..*An sit soluta soluto matrimonio.special.12.nu.8.& 12.*
..*Superueniens post concubitum, non dirimit matrimonium.cap.3.special.1. nu.17.*
Agnati, quare vocentur ad tutelam pupillorum, & quare patroni ad tutelam libertorum.cap.3.spec.5.nu.33 & seq.
Aggressus potest aggressorem interficere, sed quando cap.1.nu.158.
Alere, an teneatur mater filium inopem, & econtra. cap.3.spec.11. nu.6.
Alienatio facta per secundum virum adhuc primo viuente, nulla erit. cap.3. spec.4.nu.8.
Alienatio fundi dotalis, nulla.ibi.nu.145.
..*Bonorum pupilli, vel adulti, etiam si interueniat tutoris, vel curatoris consensus non valet absq; iudicis decreto.cap.3.spec.2.nu.6.*
Alienatio rei dotalis an per iuramentum conualidetur.cap.5.nu.7.
Alimenta legata debentur, iuxta personarum conditionem, & patrimonij quantitatem.cap.3.spec.4.nu.39.
..*Debentur vxori per haeredes sicut debentur à viro in vita.ibid.*
..*Danda sunt vxori pendente iudicio assecurationis, & interim possunt sequestrari fructus.ibi.nu.52.*
..*Debentur vxori petenti dotis restitutionem, etiam lite pendente, vel data reclamatione, & si decedat transeunt ad haeredes, sed quando, iure communi attento.ibi.nu.93.*
..*Vidue danda cessant per secundas nuptias.spec.6.nu.70.*
Alimentorum appellatione veniunt vestes.dict.nu 70.

Ali-

Alimenta danda sunt uxori, durante anno luctus, & quandoq; post, sed quando, & quid in hæreditate iacenti. ibid. nu.81.

Alimenta cum debeantur alicui, quomodo taxanda. spec.10.nu.56.

..Danda sunt à matre filijs, etiam incestuosis, & nepharijs. ibi.nu.42.

..Danda sunt à genitoribus, etiam naturalibus filiabus, & à fratribus sororibus naturalibus. nu.59.

..Danda sunt à filijs naturalibus eorum genitoribus. nu.73.

..Præstita à matre filijs ex paupertate patris si ad meliorem prouenerit fortunam repetuntur, & præfertur cæteris crediteribus. spec.11.nu.7.

..Moderatè sunt danda uxori per virum. cap.5.nu.14.

..Danda sunt etiam uxori fatuæ. ibi.

..Danda sunt uxori pendente lite de adulterio. cap.4.nu.115.

Aman suspensus in patibulo Mardochei. cap.1.nu.200.

Amantium est deplorabilis status. cap.3. spec.7.nu.70.

Amantes, quare sint raro philosophi. ibi. nu.83.

..Sunt pauidi. nu.84.

..Sunt quandoque etiam sapientes. nu.85.

..Equiparantur furiosis, & delinquendo amoris causa, extraordinariè puniuntur. nu.86.

Amare est naturæ. nu.77.

Amasiæ non possunt expelli à conuicinio honorato, nec possunt dici meretrices. nu.74.

Amicum meliorem patre non habemus, nec ullus affectus vincit paternum, ità quod liberè cum eis contrahere possunt filij absque aliorum propinquorum authoritate, si ita dictaret statutum; & quid si vellent donare causa mortis. cap.1.nu.55.

Amicus alter ego. cap.3. spec.7.nu.79.

Amica nomen est generalissimum ad omnes fæminas. nu.103.

Amor meretricis, est aurum. ibid. nu.70.

Amoris incendium quomodò extinguatur. nu.7. & 78.

Amor latentius grandis. ibid. sub nu.79.

Amor fortis, ut mors, & omnia vincit. nu.81.

Amoris furore nil vehementius. nu.87.

Amoris infirmitatis remedium, & si dicatur morbus insanabilis. nu.88.

Andragini, sunt populi in Africa. cap.3. spec.13.nu.5.

Anima unius plus valet, quam totus mũdus. spec.7.nu.43.

..Primi viri contristatur per secundas nuptias uxoris. spec.6.nu.14.

Annibal Cartaginensis, & Scipio Africanus, à quo dignitatem obtinuerunt. cap. 2.nu.10.

Antefatum debetur, si fuerit data dilatio, pro dote, & interim vir decedat, tamen si non fuerit maritus in mora dotes exigendi post datas dilationes, non debetur. cap.3. spec.4.nu.81. & cap.5.nu.13.

..Non datur sine dote, nec ultra dotis merita. ibi.nu.83.

..Gaudet ijsdem priuilegijs dotis. ibi.

Antefati nomen terribile, dum mortis memoriam portat. dict. spec.4.nu.3.

Antefatum, & donum propter nuptias, sũt idem, & dantur mulieri pro dote, quod quandoque quarta dicitur, & sinonima appellatur. nu.119.

..Dari ob amissam virginitatem impugnatur, sed ex alia causa, ut hic. nu. 120. & 129.

..Datur etiam viduis à secundo viro, ipsis tamen superuiuentibus. dict. nu.120.

..Datur iuxta loci consuetudinem, sed non debetur, nisi sit constitutum, vel promissum constitui. n.122. & 140.

..Quomodo practicetur cum constitutione dotis in Vrbe Romano. nu. 125.

..Quomodo practicetur in Regno nostro. nu.126.

Antefati interesse usq; ad quam summam extendatur. nu.127. & 128.

..Quomodo detur in Ciuitate Neapol. sed non iure magnatum. ibi.

Antefato succedunt filij, non uti filij, non uti hæredes. ibi.

Antefatũ non datur, nisi pro quãtitate dotium, receptarum, sed si opponatur clausula,

sula, vt hic, debetur, etiam sine dote, cum multis alijs. dict. nu. 126.

..Quomodo constituatur apud Ianuenses. nu. 134.

..Et quomodo in nostra Ciuitate more magnatum, & nobilium. nu. 140.

..An peti possit, quando maritus est foriudicatus. nu. 136. & 139.

..Debetur etiam, quod non sit constitutum, secundum opinionem, vt hic. dicto. nu. 140.

..Sponsæ cui, detur sicut vxori, tam apud Ianuenses, quam apud alios. cap. 3. spec. 5. nu. 36.

..An detur quando dissoluitur matrimonium, ob impedimentum parentelæ. cap. 4. nu. 107.

..Quando debeatur, etiam dote non soluta. ibi nu. 75.

Anulus dispõsationis est pignus, & amoris signum, & ideo inseritur in quarto digito, qui dicitur anularis. cap. 2. n. 123.

..Est signum possessionis, & inuestituræ. ibid.

..Quare debeat esse rotundus, circularis, & vnus in muliere. ibi.

Anulus disponsationis, & si sit preciosus dicitur donatus spõsæ, & similiter gemma data à consanguineis viri. cap. 3. spec. 6. nu. 80.

Appellatione fratris veniunt sorores. cap. 2. nu. 155.

Appellatio datur ab omni quocumq; grauamine. cap. 3. spec. 6. nu. 30.

Apostatæ moniales, demoniales appellantur, & qua pœna puniantur. cap. 3. spec 9. nu. 85.

Appellatione liberorum. Vide in verbo. liberorum appellatione.

Appellatione filiorũ veniunt nepotes. cap. 3. spec. 10. nu. 79.

Appellatione mobilium, veniunt mouentia, & è contra. cap. 4. nu. 64.

Appellatio licèt non impediat exequutionem in iudicio assistentiæ, impeditur si fuerit etiam de nullitate dictum. cap. 4. nu. 119.

Arbitrer, an differat ab arbitratore. cap. 2. nu. 99.

rgumentum de contractibus ad vltimas voluntates, quando valeat. cap. 1. n. 97

..Valet de matrimonio carnale ad spirituale. cap. 3. spec. 1. nu. 6. & cap. 4. in allegat. authoris sub nu. 10.

..Ab exemplo doctoris scribentis dicitur probabile. spec. 4. nu. 77.

Arma Religiosorum sunt lacrimæ, & orationes. spec. 9. sub nu. 84.

Arma Regni infructuosa in bello, nisi Dominus pugnauerit. cap. 2. nu. 21.

Articulandi modus traditur ad probandum filios natos ex concubina. spec. 7. nu. 100.

Assecuratio dotis: verb. Dotis assecuratio.

Assensus dotis, vide ver. Dispensatio.

Assistentia, vide Saluianum interdictum.

Assuerus, Rex dimissa vxor Vaste, duxit Hester, quod hodie est improbatum. cap. 1. nu. 29.

Auaritia mulierum, hodie prudentia. cap. 5. nu. 2.

Augmentum factum in re dotali præsumitur ex bonis viri. cap. 3. spec. 3. n. 7.

Auus, & auia concurrendo in administratione tutelæ, quis præferatur. c. 2. n. 76.

Auo concurrente cum tutore datiuo, an præferendus in tutela, postquam fuit à matre exclusus. ibi. nu. 89.

Auia, & mater tutrices, vide ver. Mater, & Auia.

Auia, an sub nomine matris comprehendatur. cap. 3. spec. 11. nu. 4.

B.

BAnnum, quod apprehendantur arma contra hostes, non comprehendit mulieres, quod facit contra officiales locorum, &c. cap. 1. nu. 251.

Banniti possunt impunè interfici. cap. 2. nu. 148.

Bannitus, siuè foriudicatus habetur pro mortuo. cap. 3. spec 4. nu. 135. & 138.

Baro non potest petere causæ remissionem, quando est facta electio fori. cap. 3. spec. 6. nu. 31.

Barones improbantur cum in matrimonijs se ingerant vassallorum. cap. 1. nu. 65.

Baro potest petere remissionem causæ introductæ

traducta coram Superiore per viam electionis fort si, post electionem vidua statum mutauerit.cap.3.spec.5.nu.57.

Barones omnes habent primarum causarum cognitionem, nec possunt compelli ad ostendendum priuilegium, sed sufficit, quod dicant, esse barones, & habere vassallos.ibi.

..Habent causam priuatiuam contra vassallos, ne alibi pro iustitia confugiant.

Baronum priuilegium generale.quod possint cognoscere causas miserabilium. vide ver.Priuilegium Baronum.

Bastarda non legitimantur per ingressum congregationis mulierum communitèr viuentium, neq; eligi possunt in Abbatissas.cap.3.spec.9.nu.6.

Bellona soror Martis.cap.1.nu.1.

Beneficium ex maleficio nemo sentire debet.cap.3.spec.10.nu.77.

Bigamia quando contrahatur, & quis dispensabit.cap.3.spec.4.nu.10.

Birruarij, siuè satellites, quomodo improbetur ab Ignatio Martire.*cap.3.spec.4. nu.163.& cap.5.nu.87.*

Bizochæ vide in ver.moniales.

Bonatenētia soluitur in loco, vbi bona sita sunt, à qua nec minus Neapolitani sunt immunes.cap.1.nu.86.& cap.5.nu.21

Bona dotalia alienari prohibita. cap. 2. nu.41.

Bona fecundi viri sunt obligata pro administratione tutelæ mulieris. ibi. nu. 66.& 72.

Bonus quisque, & non malus in dubio præsumitur. cap.3.spec.3. nu.6. & cap.4. nu.150.

Bona viri statim sunt hypothecata vxori, etiam pro alimentis post contractas nuptias .spec.4.nu.45.& cap.4.nu.22.& cap.5 sub nu.12.& nu.57.

Bona viri confiscata transeunt cum hypotheca contracta ad fauorem mulieris dict.spec.4.nu.46.

Bona quæ superfunt viro in assecuratione dotium vxoris sunt ipsi danda pro suis necessitatibus nu.54.

Bona dotalia post assecurationem sipereunt, an pereant mulieri. ibid.nu.58.

Bona in dotem viro data vxoris sunt. ibi. nu.91.

Bona subiecta fideicommisso dari possunt in dotem ibid.nu.159.

Bona monialis transeunt de vno ad aliud Monasterium, sed ad quod spectent, ad primum, vel secundum. spec.9. nu.45. cum multis sequentibus.

Bona patris, quando sunt obligata pro dote filio data.cap.4.nu.23.

Bona empta ex pecunia dotali, vel à principio in dotem data sunt exempta à vexatione aliorum creditorum.ibid. nu.31.

Bona nostra dicuntur, deducto ære alieno. ibi.nu.34.

Bona prohibita alienari, vel data puellæ sub conditione de illa non alienando, possunt in dotem dari.nu.35.

Bonum publicum consistit magis in nuptijs, quam in continentia. ibid.nu.39.

Bona dotalia vtcumq; talia sint, alienari prohibentur, etiam consentiente marito, & interueniente iuramento, sed quando, & quid in Ciuitate hac Neapol.ibid.nu.55.

Bona paraphernalia, an possint per mulierem alienari.nu.58.

Bona dotalia stabilia sunt magis priuilegiata, quam mobilia, dum ista indistinctè vendi, & alienari possunt. ibidem nu.62.

Bona dotalia mobilia si exequantur, & vendantur per viri creditores, quomodo defendantur ab vxore.ibid.

Bona dotalia mulierum, nec tangi, nec alienari possunt, nec exequi, nec vendi ibid.nu.69.

Bona dotalia vsucapi nō possunt, sed quando.cap.4.nu.60.

Bona per mulierem acquisita durante matrimonio, quomodo acquisita præsumantur.nu.71.

Bona dicuntur à beando, quia beatum faciunt eorum possessores in mundo. cap. 5.nu.2.

Bona dotalia sunt inalienabilia, exceptis tamen nonnullis casibus.ibi.nu.3.

..Sed possunt permutari.dict.nu.3. 4. & 5.

Bona dotalia præscribi non possunt dict. nu.4.

Bona sunt accessoria personis, & propterea personarum quoq; debent potiri priuilegijs, sed quando limitetur. ibi. nu.20 & 22.

Bona dotalia mulieris Neapolitanæ, & si extra districtum sint, ligantur consuetudine ibi. nu.21.

Bona paterna sunt obligata pro filia dotanda, cum onus dotandi sit patris, & quid si dotauerit eam de bonis paternis, & maternis, an præiudicet filiæ, ne maternam portionem petere possit? remissiuè, & quid si legatum sit factum à patre, & filia reperiatur dotata de bonis maternis? ibi. nu.25.

Bona dotalia ob delictum uxoris non confiscantur in præiudicium viri, & è conuerso. ibi. nu.60.

Bona iocalia, & similia tanquam dos, nec minus ex delicto possunt confiscari. ibi. nu.61.

Bona paraphernalia quæ dicantur. ibid. nu.62.

..Restitui debent soluto matrimonio vna cum fructibus. ibid.

..Non habent hypothecam super bonis viri, ob eorum administrationem. ibid.

Bona prohibita alienari, vel fideicommisso subiecta tam pro dote danda, quam pro dote restituenda dari possunt, & quæ sit ratio. ibi. nu.81.

Bona prohibita alienari non debent capi pro muliere dotanda, si aliunde sint. ibid.

Bona prohibita expressè alienari, etiam pro causa dotis, an alienationi subsint. nu.82. & seq.

C

Cadit quisque, licèt magnus. cap. 2. nu.119.

Calamitas matris non nocet filijs, sed quando hoc limitetur. cap.3. spec. 11. nu.10.

Calphurniæ causa, mulieres non accedunt ad tribunalia. cap 2. nu.118.

Carcerarij hodie, quomodo sint lenones, cap.1. sub nu.236.

Carcerarijs, siue carcerum custodibus vetitum est retinere mulieres carceratas, simul cum hominibus. ibi. nu.235.

Carceres mulierum debent longè abesse ab alijs hominum dict. nu.236.

Carceratorum maxima est miseria, & sunt omni miseratione digni. cap. 3. spec.4. nu.161.

Carcerum custodes, qui, quales sint. ibid nu.163.

Cardinalis Piattus Mediolanensis habebat uxorem, sed in clausura. cap.1. nu.27.

Carnibus vesci tempore prohibito, quando sit peccatum spec.9. nu.56.

Castæ mulieres, etiam virgines appellari possunt. cap.3. spec.3. nu.1.

Castitas, & paupertas Deo placent. cap. 3. spec.7. nu.27.

Casus duo referuntur inter se contrarij circa deosculantes mulierem. cap. 1. nu.208.

Casus quidam fortuiti enarrantur. cap.5. sub nu.12.

Causæ enarrantur pro quibus possunt mulieres intercedere. cap.3. spec.4.

Cautela ne mulier possit alienare bona dotalia. dict. spec.4 nu.14.

Cautela Gailli circa ātefatum, quod permittitur in capitulis matrimonialibus post contractas nuptias. cap.3. spec.5. nu.37.

Cautela, quod donatio inter spōsos valeat. cap.4. nu.82. & 83.

Certioratus non est certiorandus. spec. 4. in alleg. nu.6. fol.185.

Certioratio iurium, an requiratur quando mulier renunciat cum iuramento. in alleg. nu.27 fol.208.

Cesar Augustus vnde dictus. cap. 1. nu. 149. spec.4. in alleg. nu.6 fol.185.

Cessante causa, cessat effectus. cap.3. spec. 6. sub nu.50. & cap.4. in alleg. Authoris. nu 5. fol.368. & cap.1 nu.46.

Cessante causa dispensationis cessat dispensatio, & si causa afferta sit falsa, nulla est spec.4. in alleg nu.20. fol.206

Cessionarius, an possit vti priuilegio cedentis, & an trāseat ad hæredes, etiam extraneos. cap.3. spec.4. nu.72.

Cha-

Charitas fit de eo, quod superest. spec. 10. nu. 56.
Ciuiles actus euertuntur eo modo, quo fuerunt celebrati.cap.2.nu.97.
Ciuitates sine ciuibus dicendæ sunt campi. cap.4.nu.18.
Clausula constituti, & precarij est de stylo notariorum, & censentur tacitè apposita. cap.4. nu.122. & Mantica lib.3. tit.9.nu.34.de tacit.conuen.
Clerici concubinarij pæna. cap.3. spec. 7. nu.115.
Clericus cohabitando cum muliere suspecta quomodo puniendus.ibi.nu.119.
Clericus coniugatus retinet in se ordines undè si mortua uxore voluerit Sacerdotium suscipere non indiget nouis ordinibus,gaudet priuilegio fori,& canonis si quis suadente diabolo. cap. 1. nu.85.
Cognoscentes monialem,in verbo.Moniales.
Cognoscentes mortuam quomodò puniendi.cap.1.nu.128.
Cognito vno de contrarijs,cognoscitur, & reliquum.cap.3.spec.2.nu.1.
Coire mulieres, quando incipiant. cap.3. spec.1.nu.5.
Coitus quiq. prohibitus præter coniugalem.cap.3.spec.7.nu.11.
Coitus vllus de Iure naturæ damnatus, vnde qui legitimatur hodie restituitur primis natalibus.spec.10.nu.61.
Comitis Oñatte in Regno Neapol. Proregis laudes, & gratiarum indulgentiæ factæ ponuntur.cap.2.nu.163.
Commoda eum sequuntur,quem sequũtur incommoda.cap.3.spec.5.nu.34.
Commodum ex proprio delicto,nemo sentire debet.spec.6.nu.48.& special.10. nu.77.
Compensatio aduersus dotem non datur, sed mulier non prohibetur compensare cum hæredibus viri.cap.3.special.4. nu.111.
Compromissum vsq; ad quem gradum detur inter consaguineos spec.12 nu. 12.
..Non potest peti per nouercam cum priuigno, dum non sunt affines, soluto matrimonio.ibid.
Concubinatus est iusta causa separationis thori. cap.1.nu.125.
Concubina non potest expelli à vicinia. cap.3.spec.7.nu.58.
Concubina quæ, & in quibus differat ab amasia.ibi.nu.92.
..Parum differt ab vxore. num. 93. & 95.
Concubinatus quid sit.ibid.
Concubinas diuersas eod. tempore habere interdictum est.nu.94.
Concubina non succedit concubinario. nu.96.
..Quando non potest esse vxor,& eius filij non succedant concubinario. sub nu.97.
..Non potest hæres institui, nec ei donari.nu.98.
..Non sequitur forũ concubinarij, nec vxor forum viri,imo nec minus domicilium mutat.nu.101.
..Quando verè talis dicatur.nu.100.
..An præsumatur ditata bonis concubinarij,sicut vxor bonis viri. nu. 102.
Concubinæ nomen honestius,quam nomen meretricis,vel amicæ.nu.103.
Concubinatus non erat antiquitus punibilis,secus hodie.nu.104.
Concubinarius segregandus est à consortio fidelium,& non audiendus, nisi dimittat concubinam.nu.105.
Concubinarius in articulo mortis absoluitur, etiam non dimissa concubina. nu.106.
Concubinatus crimen, an sit mixti fori. nu. 108. quomodo damnatus per Sac. Conc.Trident. & an possit ex officio in eo procedi.ibid.
Concubina potest expelli ab Vrbe, sed non concubinarius.nu.109.
Concubinatus fructus indicantur. sub nu.110.
Concubinarius vxoratus infamis est, & non admittitur ad accusandum,nec potest hæres institui.nu.11.
Concubina pro concubinario, an testis esse possit,& eum facere hæredem.nu.112.
Condemnatus ad mortem non potest ducere meretricem in vxorem, vt liberetur,sed benè meretrix eum,si voluerit. cap.2.sub nu.167.

Condemnatus ad mortem, si ipsi indulgeatur, dummodò tale monasterium ingrediatur, si ingressus petatur ab vxore, & fuerit denegatus à superioribus, si exeat, & mulieri cohaereat non punitur. ibi. nu. 168.
Condemnatus ex aliquo delicto, non potest esse testis cōtra alium pro ead. causa. cap. 1. nu. 181.
Confessio viri dotem recepisse absq; alia probatione, non praeiudicat creditoribus. cap. 3. special. 4. nu. 69. & cap. 4. nu. 103.
Confessio dotis facta per maritum post instrumentum dotale praeiudicat creditoribus. dict. cap. 4. nu. 104.
Confessio extorta in tortura à praegnante, nullius est momenti. cap. 1. nu. 147.
Confessores sollecitantes in confessione poenitentes, quomodo puniendi. nu. 200. & seq.
Confiscari non potest dos ob vxoris delictum in praeiudicium viri, nec èconuerso, & quid de bonis iocalibus. cap. 5 nu. 60. & 61.
Coniugium felix, & nuptiae fortunatae, sed quando. cap. 1. nu. 77.
Coniugatorum, vt plurimum est miserabilis status. nu. 78.
Coniuges sunt socij diuinae, & humanae domus. cap. 2. nu. 138.
Coniugatorum non disperata pro animabus salus, sed virginitas, est tutior status. nu. 34.
Coniunctus admittitur ad defendendum coniunctum, si caueat derato. cap. 1. nu. 159.
Coniux Iustiniani fuit vocata Serenissima Augusta. cap. 2. nu. 133.
Connanus, quomodo sit intelligendus dicens: puberem illum nuncupari, qui 14. anni diem vltimum incepit. cap. 2. nu. 12.
Consensus tacitus, quandoq; plus operatur, quam expressus. cap. 3. special. 4. nu. 144.
Consensus consanguineorum, & tutorum quando necessarius in professione monialium. spec. 9. nu. 17.
Consensus patris in matrimonio filij inducit propriam obligationem. cap. 4. nu. 24.
Consensus patris quando filius est maior annis 25. toleratur, quod non sit necessarius pro gerendis negotijs. nu. 69.
Consequens debet habere antecedens. cap. 4. nu. 105.
Conseruatorium, quod in Ciuitate Neap. pro filiabus meretricum. cap. 3. spec. 7. nu 13.
Consensus patris in matrimonio contrahendo per filium famil. iure ciuili requiritur, & sufficit oretenus datus. cap. 1. nu. 57.
Consequentia non est sumenda de his, quae contra iuris dictamen disposita sunt. cap. 3. spec. 5. nu. 23.
Cōsilium mulierū inualidum, & vt plurimum contra propria commoda laborat in alleg. sub nu. 1. fol. 193.
Consuetudo quid sit. cap. 2. nu 91.
Sufficit, si per binum actum inducatur. ibid.
Consuetudine quando induci possit, vt mulieres sint iudices. ibid.
Consuetudo etiam in spiritualibus seruanda. cap. 3. spec. 4. nu. 8.
Consuetudo circa vestes, & gemmas, quae traduntur vxori, in Ciuitate Neapol. non est scripta, & quomodo practicanda. spec. 6. nu. 78.
Constitutio loquens de fratribus mendicantibus, extenditur etiam ad moniales. cap. 2. nu. 154.
Consulares electi, vir, & vxor eodem tempore, vir praefertur. nu. 97.
Continuatio est facienda de titulo ad titulum. nu. 1.
Contractus definitio. cap. 3. special. 5. nu. 5.
Contractus minoris, vt rescindatur metus, & laesio requiruntur cum sola laesio non sufficiat in allegat. sub num. 24. fol. 191.
Contractus, ipso iure nullus, in quo mulieres se obligant in allegat. num. 8. fol. 194.
Contractus ex partium voluntate legem accipiunt. cap. 3 spec. 5. nu. 38.
Cōtractus à muliere celebratus cōtra forma

mũ statuti.si ipsi noceat nullus,si prodest valet secundum nonnullorum optuionem cap.4.nu.138.
Contractus,aut in totum validus, aut in in totum inualidus, & non pro parte validus,& pro parte non.nu.139.
Cõtractus dolo celebrati,reuocari possunt. nu.148.
Contrahere mulieres possunt si alterius non subsint potestati.nu.136.
Contrahentes possunt inuicem se decipere cap.1.nu.98.
Contumax vigore statuti habetur pro confesso,sed non procedit contra mulieres. cap.2.nu.141.sub nu.157.
Contumax non reputabitur delinquens illa die, qua desponsatur ex priuilegio coniugatorum.cap 3.spec.4. nu.21.
Conuersæ habent beneficium electionis fori.cap.3.spec.9.nu.83.
Correlatiuorum eadem est dispositio. cap. 1.nu.104.& cap.2.nu.111.
Creditor sciens conditionem debitoris tempore contractus,non potest amplius eam improbare cap.1.nu.128.
Creditores chyrographarij non habent hypothecam.cap.3.spec.4.nu.65.
Creditores in restitutione, dotis non habent ius offerendi contra mulierem,sed quando.nu.68.
Crimina suum sequuntur authorem. cap. 3.spec.4.nu.49.& cap.1.nu.120.
Crines tondere tenetur mulier in morte viri.cap.1. nu.41.
..Non possunt tondi mulieri ex causa delicti.ibi.
..Tondere sibi mulier non potest absq; viri licentia.nu.42.
..Tondere sibi vidua in Regno, quid importet.ibid.

D

Damnum euitanti plus fauendum, quam lucrum quærenti. cap. 5. nu.57.
Damnatus ad mortem ex gratia Principis potest liberari.cap.3.spec.4.nu.139
Debitor pauper carceratus, potest petere alimenta.cap.1.nu.156.
Debitori non potest incusari instrumentum illo die,quo desponsatus est, sicut etiam delinquens non reputari contumax.cap.3.nu.3.spec.4.nu.21.
Decimam Deo soluere,tenẽtur omnes.cap. 2.nu.102.
Decisio de Afflict. 311. declaratur in alleg. sub nu.10.fol.194.
Decisio eiusdem 260.non acceptatur.cap. 1.nu.93.
Decisiones contra decisiones quandoq; interponuntur in causis, in ijsdem allegat.nu.16.
Decretum latum contra principalem,non obstat possessori non citato.cap.5.nu.60.
Delinquens à quo Iudice cognoscendus ab illo loci delicti,vel originis. cap. 5. nu.24.
Delinquentes qui non gaudeant immunitate Ecclesiastica.cap.4. spec.3. nu.12.
Deriuatiuum æquiparatur positiuo. spec. 4.nu.82.
Deosculans vi mulieres quomodò puniatur in Regno, & quid si vis recedat. cap 1.à nu.203.vsq;ad nu.208.
Desponsalentes mulieres, vt eas ducerent in vxores,non sunt puniendi nu.209.
Deus qui creauit hominem ab initio, masculum, & fœminam fecit eos. cap. 1. nu.132.
Deus solus scrutator cordium. cap.3.spec. 4.nu.29.
Dei mina aduersus oppressores viduarum.spec.6.nu.96.
Deo plus placet canis latratus, quam cantus Clerici luxuriantis. special. 7. nu.121.
Dictio QVIA importat causam finalem. in alleg.nu.15.fol.194.
Dies inceptus habetur pro expleto in fauorabilibus. cap.3.spec.1.nu.12.
Dignitas,quibus modis capi possit. cap. 2. nu.3.
Dignitas vera,quæ.ibid.
Dignitas duplex datiua, & natiua. nu.5.
Dignitas datiua,vnde sit dicta.nu.6.
Dignitates,vt plurimum potius conferri solent ob scelera,quam ob merita ibid.
Dignitatem ex se quis habere non potest, nisi ab alio conferatur.nu.10.

Dignitas Imperatoris, quomodò conferatur. ibid.

Dispensatio in gradu prohibito facta cum uno, non prodest, si alterum consimilē ducat, sed iterum est dispensandum. cap. 3. spec. 4. nu. 13.

Dispensatio, qua fit obligationibus mulierum ab uno regente in illis verbis liceat, quia vidua, vel liceat quia maritata, dūmodò nō remaneat indota- ta *an valeat in alleg. nu. 3 fol. 180.*

Dispensatio Regij Collateralis Consilij in obligationibus mulierum, siue fiat ab uno siuè à pluribus Regentibus, valet in alleg. nu. 8 fol. 185.

Dispensatio in obligationibus mulierum omnem tollit difficultatem. nu. 12. dict. fol. 185.

Dispensationes quæ fiunt in Regio Collaterali mulierum obligationibus, varijs modis fiunt iuxta statum fœminarum in alleg. nu. 12 fol. 104.

Dispensationes istæ, an sint validæ, si fiant ab uno ex Regentibus. ibid. nu. 13.

Dispensationes pro obligationibus mulierum quomodò obtinendæ. nu 17.

Dispositio ut Caius succedat Titio, si sine filijs decesserit, sufficit ut substitutus excludatur, si filias Titius habeat. cap. 2. nu. 159.

Dispositio testantium pro lege habetur. cap. 1. nu. 107. & cap. 3. spec. 4. nu. 160.

Dispositio pœnalis non est extensibilis, sed debet restringi ad casum proprium. spec. 6. nu. 4.

Diuitiæ faciunt plebeum nobilem. cap. 5. nu. 2.

Diuortium per matrem peti non potest pro filio, sed bene per patrem, dummodò non sit emancipatus. cap. 1. nu. 23.

Doctor nobilis magis honorandus, quam doctor ex genere ignobili. cap. 2. nu. 5.

Dolus præsumptus à muliere commissus remittitur per leges. cap. 4. nu. 9.

Dolus facit cessare beneficium. cap. 3. spec. 4. nu. 143.

Dolus abesse semper debet ab animo contrahentium. cap. 4. nu. 50.

Dolus quid sit, & quomodò probetur. nu. 51.

Dolus cum dolo compensatur. cap. 3. spec. 7. nu. 54.

Domina rem habens cum seruo, qualiter punienda. cap. 3. spec. 10. nu. 72.

Dominus noster Iesus Christus Dei patris voluntati obtemperabat. cap. 1. nu. 54.

Donatio propter nuptias à Iure C. reprobata, de iure nouissimo authent. admissa fuit, & reuertitur ad virum, sed quando. cap. 3. spec. 4. nu. 121.

Donatiuum dictum alio vocabulo sponsaliorum largitas ad exemplum antefati seruata forma regia pragmatica debetur viduæ secundo nubenti quo ad vsumfructum tantùm, sed hoc fallit in Ciuitate Neap. spec. 6. nu. 21.

Donatio facta vxori, & si prohibita morte confirmatur sub nu. 74. sed an requiratur in via traditio. ibid. cap. 4. nu. 77

Donatio in dubio non præsumitur. dict. spec. 6. nu. 75.

Donatum meretrici non potest repeti, imò pro promissis agere potest. spec. 7. n. 39.

Donatio facta meretrici remoto veneris actu, valet, sicut etiam institutio. ibid. nu. 42.

Donatio facta à minore, milite, vel Clerico meretrici, quando valeat? nu. 45. & 98.

Donare inuicem maritus, & vxor, an possint, & quid boni ex hac donatione poterit prouenire. cap. 4. nu. 75.

Donatio facta inter coniuges cum iuramento valet, sed quando nu. 76. & 78.

Donatio inter patrem, & filium iurata, tenet. ibi & cap. 5. nu. 8.

Donatio iure prohibita, & iuramento confirmata, poterit reuocari, prauia iuramenti absolutione. dict. cap. 4. nu. 77.

Donatio facta inter coniuges inualidabitur per hæredes. nu 78.

Donatio inter coniuges, quibus in casibus permittatur remiss. nu. 79.

Donatio inter sponsum, & sponsam est prohibita sicut illa inter virum, & vxorem, post tamen contractum matrimonium secùs ante. numer. 80.

Donatio inter sponsos, ut valeat, quæ sit obseruanda cautela. nu. 82. & 83.

Do-

Donatio inter viuos nobis facta à consanguineis, est magis irreuocabilis, sed quibus in casibus.nu.99.
Donatio inter viuos transfert donatario dominium à die donationis.nu.101.
Donatio inter viuos, vel causa mortis debet reuocari expressè, & non per verba generalia.nu.102.
Donatio propter nuptias secundum quorundam opinionem, & si non sit promissa à viro constituta intelligitur, sed si fuerit expressè assignata, quem effectum producat.cap.5.nu.77.
Donatio propter nuptias facta à sponso sponsæ, si post osculum sponsa decedat, medietatem lucratur sponsa superstes, dato quod osculetur à procuratore, sed si prædecesserit sponsa reuertitur. cap.1.nu.137.
Donatio in dubio non præsumitur. cap.3. spec.6.nu.75.
Dotem vt lucratur vir ob vxoris adulterium, ita vxor potest illam sibi restitui petere, ob adulterium viri.cap.1.nu.15
Dos non est de essentia matrimonij.nu.24.
Dos danda est filiæ si nubat etiam inuitis parentibus, dato, quod ab eis nõ sit viro promissa, dummodò indigno non nubat, quo in casu nec minus gaudet dignitate maiorum.nu.67.
Dos potest committi alterius fidei, quanta esse debeat, & in hoc dictum vnius sufficit.nu.108.
Dos, adhuc dos vocatur soluto matrimonio.cap.2.nu.50.
Dos danda stupratæ, an debeat esse, secundum conditionem mulieris, vel stupratoris, rem cap.3.spec.3.nu.30.
Dos præfertur fisco, itaut si ex Crim. Læsæ Maiest. viri bona confiscarentur restitui debet vxori, vna cum donatione propter nuptias.spec.4.nu.48.
Dotis assecuratio datur vxori ob inopiam viri.nu.51.
..Datur etiam quando vir incipit male vti substantia, nec per cautionem potest euitari, secundum veram sententiam.nu.53.
..Quomodò concedatur praxis ponitur.ibid.
..Debet dari audito fisco, quod etiam in Reipub. Ianuens. obseruatur.ibid.
Dos semel assignata viro, durante matrimonio, quod non possit ab eo auferri, quando limitetur.nu.55.
Dotis assecuratio datur, etiam contra socerum, quando ipse dotem recepit.nu.56.
..An concedatur statim post nuptias contractas.ibid.
..An possit peti ab extraneo, qui dotauit mulierem de proprio.ibid.
..Et an sit probanda inopia per mulierem, quæ petit assecurari. ibid.
Dotis assecuratio, quid producat mulieri, & an sit danda cautio de non barattando antequam concedatur.nu.57.
Dotare filiam pater an iterum teneatur si sua iniuria primam amisit.nu.59.
Dotis assecuratio data super vno corpore, non potest inde variari.nu.60.
..Statim quod petitur impedit exequutionem sententiæ latæ in fauorem viri creditorum, nec si inde diues euaserit assecuratio data corruit. nu.62.
..Si fuerit petita, si interim vir decedat, ex illius actis potest mulier restitutionem petere absque nouis probationibus.nu.63.
..An detur, si maritus deportetur, vel bannitus fiat.nu.69.
Dotis simplex promissio citra instrumentum dotale, an inducat hypothecam, casus deciditur.à nu.73.ad 81.
Dos, & quarta secundum consuetudinem Neapol. non potest peti citra instrumentum dotale.nu.74.
Dos non recuperata per virum sua incuria, habetur pro soluta in eius damnum, & tenetur, etiam ad antefatum. nu.81.
Dos, & donatio propter nuptias æquiparantur.nu.84.
Dotis restitutio in casu diuortij quomodò peragenda si maritus nihil habeat. nu.94.
Dos dupliciter æstimata dari potest.nu.97
Dotis æstimatio in dubio semper censetur facta ad inducendam emptionem.ibid. & cap.5.nu.67.
Dotis æstimatæ propter emptionem, periculum

lum,& augmētum spectat ad maritum, qui in casu restitutionis tenetur ad pretium.nu.98.
Dos æstimata potest alienari per maritum. ibid.
Dotalia bona si fiant deteriora,cuius damnum erit viri,vel vxoris.nu.99.
Dotalia bona data æstimata,quando reperiuntur alienata recuperantur à muliere per reuendicationē; quando sunt in posse mariti hypothecariam exercebit actionem. nu.103.
Dotis restitutio,an fieri debeat in pecunia. ibid.
Dos datur propter onera matrimonij, & ideò non datur sine matrimonio.n.118.
Dotis lucrum,etiam sine dote stipulari potest cum sit donatio.nu.124.
Dotis restitutio,integra est facienda,etiam cum antefato, & si exacta nō sit,si tamē mariti incuria hoc euenerit. nu.130.
Dotarium dotarij, siue antefatum āte fati, an debeatur.nu.132.& seq.
Dos potest consistere etiam in ijs rebus in quibus mulier commoditatem habet. nu.133.
Dotalia non possunt alienari per virum etiam vxore consentiente nu.159.
Dos pia causa dicitur. spec.4. in allegat. sub nu.10 fol.185.
Dos est proprium mulieris patrimonium in alleg. sub nu.30.fol.209. & cap.4. sub nu.33.
Dos ante matrimonium dari non potest, cap.3.spec.5.nu.17.
Dos promissa à patre filiæ sponsæ pro matrimonio contrahendo cum Titio si deinde eo mortuo, vel consilio mutato cum alio contrahatur adhuc debetur. ibid.nu.18.
Dos est necessaria moniali, alias recipi non potest,sed quando limitetur.spec.6 nu.30.
..Non potest alienari per monialem, nisi certa parua quantitas.ibid.
Dos monialium, quanta esse debeat.spec. 9.nu.32.
Dotis fructus sunt obligati pro alimentis filiorum.nu.7.
Dos confessata nō gaudeat priuilegijs veræ dotis.nu.30.
Dos si sit restituta mulieri in nominibus debitorum,qui reperti sunt non soluendo,non obstante quietatione per mulierem factā in beneficium restituentium repeti potest,dum cedens,tenetur facere nomen debitoris soluendo.cap.4.nu.91.
Dos data constituta,& non consignata,repeti non potest.nu.67.
Dos confessata per virum in testamento præuio iuramento,vel in vita, & postmodum confirmata potest repeti, & si alias non constet de eius traditione,secundum vnam opinionem,secus secundum aliam contrariam veriorem.n.98
Dos recuperanda venit per mulierem sicut antefatum pro quantitate consignata nu.107.
Dotis fauore est amplectanda opinio, quæ ei magis fauet,cum in ambiguis pro dote respondendum sit. num. 123. & est text. in l.in ambiguis 80.ff.de Reg. Iur.
Dotando pater filiam, vel extraneus mulierem potest paciscí,quod dos reuertatur ad suos, si sine liberis decesserit. nu.128
Dotis causa publica est, & quare. cap. 5. nu.3.
Dotis causa est fauorabilior causa fisci. ibid.
Dotis vsura per longum tempus non exacta à dotatoribus,non censentur remissa.nu.13.
Dos succedit loco legitimæ tam iure communi,quam Regni nostri.nu.27.& 51.
Dos an possit simpliciter promitti nulla expressa quantitate nu.28.& 29.
..Quod possit etiam in re minima consistere,quomodò intelligatur.ibi.
Dotibus in dubio fauendum est,& pro eis respondendum.nu.30.
Dos congrua quæ dici possit.nu.31.
Dos quando est data ad quantitatem legitimæ,si non sufficit; debet augeri pro iustis nuptijs contrahendis.nu.32.
Dos simpliciter promissa,quando possit augeri arbitrio boni viri.nu.33.
..Congrua,& incongrua,quando,& quo tempore dicatur.ibi.
Dos promissa per tutorem debet intelligi

iuxta patrimonij quantitatem. nu.34.
Dos, quod possit esse minor legitimâ est opinio Artn. Pistor. quam multi impugnant. nu.37.
Dos data uni ex filiabus, si aliæ parem non habebunt, potest reuocari usq; ad legitimam, & quid si filia nascatur post dotes constitutas, an reuocetur; tanquam inofficiosa? nu.39.
Dos data alicui puellæ ab extraneo absq; pacto restitutionis, donata censetur, & quid si datur à fratres? nu.40. & seq.
Dos legata uxori, quæ & si nullam dederit dotem, legatum valet, sed quando. nu.42.
Dos illa prius restituitur, quæ prius fuit tradita, quando vir diuersas habuit uxores, & filij agunt pro restitutione. nu.46.
Dos, quæ datur viro ab uxore, vel eius consanguineis, vera dos dicitur. nu.47.
Dos quæ datur filiæ à patre, respectu filiæ dicitur dos, sed respectu patris dicitur legitima. nu.48.
Dos quæ debetur à patre filiabus est subrogata loco legitimæ, & currit usq; ad legitimæ quantitatem nu.51.
Dos triplici modo nuncupatur. nu.54.
Dos promissa, nulla expressâ quantitate, debetur arbitrio boni viri. cap. 3. spec.6 sub nu.61.
Duæ causæ concurrentes simul, magis stringunt. cap.1. nu.13.
Duo vincula fortius ligant. cap.2. nu.62.
Duplici onere nemo grauandus. cap. 1. nu.6.
Dulcis amor patriæ, dulcè videre suos. cap.3. spec.11. nu.1.

E

EAdem ratione cocurrente. vide vers. Ratione eadem.
Effectus patriæ potestatis, remissiue ponitur cap.3. spec.9. sub nu.50.
Electio fori, vide Fori electio.
Electio Abbatissarum, ut canonica sit, quæ seruanda. dict spec.9. à nu.60. & 65.
..Debet fieri per scrutinium, & duæ partes votorum, requiruntur; & quid disponat circa hoc Sac. Conc. Trid. ibid. nu.61.
Electus ad duo officia, debet unum ex his resignare alias electio esset inualida. sub nu.62.
Electio Papæ potest fieri, etiam per compromissum. sub nu.65.
Ælemosina debet fieri de eo, quod superest. spec.10. nu.56.
Emancipatio, quid sit.
Emens ignoranter fundum dotalem, an emptio sit valida? spec.4. nu.145.
Emptio, & venditio occultantur sub specie, & nomine dotis. ibid. sub nu.97.
Emphiteusis concessa pro se, & filijs, in ea non veniunt fœminæ. cap.2. nu.159.
..Pro se, & filijs, non intelligitur de naturalibus. cap.3. spec.10. nu.56.
Episcopi opera, quæ debeant esse, ut bonus sit spec.7. nu.122.
Episcopi luxuriosi quomodò puniendi. ibid. nu.123.
Episcopi absque legitima causa non possunt ad monialium monasteria accedere. spec 9. sub nu.64.
Eum sequuntur commoda. Vide ver. Commoda.
Eua, quare tracta de Costa lateris Adæ. cap.2. nu.125.
Euictio, & si non promissa, tacitè subintelligitur. cap.4. nu.93.
..Etsi de natura contractus sit, tamen operatur plus expresiè quam tacitè. cap.5. nu.58.
..An debeatur emptori si non sit promissa. Ver. Venditor scienter.
Exceptiones principalis, quando prosint fideiussoribus cap 4. nu. 11.
Excommunicare non spectat directè ad claues, & propterea etiã seculares cum Papæ licentia excommunicare possunt.
Excommunicationem virginum raptores, quando incurrant. cap.3. spec.3 nu.18.
Excommunicatio minor, regulariter contrahitur per communicationem cum excommunicata, sed quando limitetur. spec.7. nu.116.
Excommunicatio promulgato contra alloquentes monialem, non ligat alloquentes nouitias. spec.9. nu.50.

Exceptiones dilatoriæ possunt opponi, etiam post litem contestatam.nu.134.

Excommunicationis pæna ab omnibus prælatis contra alloquentes moniales impuni solet,& ligat omnes, & habet locum dato monasteria non sint subdita. nu 70.& 72.

Ex diuersis non fit illatio.cap.5.nu.48.

Exemplarem substitutionem,quando possunt facere mulieres. cap.3.spec.6.sub nu 86.

Expensæ accessoriæ quæ sint in bonis dotalibus,quæ minuunt dotem, & quid de expensis, quæ fiunt in Iudicio. cap.5. nu.17.

Expensæ in rebus dotalibus factæ, an censeantur remissæ, si dos legetur vxori? ibid.

Expensæ, quæ fiunt ab vxore viro in funeralibus repetuntur ab hæredibus. nu.18.

Expensæ infirmitatis,an repetantur à viro,sicut expensæ funerum nu.19.

Exigibilitas non venit sub nomine eiectionis, nisi expresse promittatur. cap.4. nu.94.

Extrema in iudicio assistentia non probantur per instrumenta, sed examinandi sunt testes.nu.118.

F

Fabij de Anna Regij Consiliarij testametaria confessio adducitur circa legalem professionem.cap.5.nu.85.

